DE VERO RUBICONE QUEM CAESAR CONTRA ROMANUM INTERDICTUM TRAJECIT. ET IN...

Giovanni Battista Braschi

Digitized by Google

15.5.302

15 R 5

Digitized by Google

65

Ex Legato D. Equitis Antonii
Francisci de Marmi

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VERO
RUBICONE

Quem Cæſar contrà Romanum Interdictum trajecit.

ET IN EODEM FLUVIO,

RUBICO CÆSENAS

Firmiſſimè propugnatus. Atque ab Objectis, Mendaciis, & Ineptiis validiſſimè vindicatus.

ACCEDIT EXAMEN

SANCTIONIS RUBICONIANÆ

Ac Proſtheſis de Flumine SAPI, Cæſenæ proximo.

PHILALETHIA

Seù Amor, & Studium Veritatis

EXPRESSA CALAMO

D. JOANNIS BAPTISTÆ BRASCHII

Archiepiſcopi Niſiben.

INVICTISSIMOQUE PRINCIPI

CAROLO VI.

AUSTRIACO

ROMANORUM IMPERATORI

Pio, Felici, Victori, Triumphatori, ſemper Auguſto

HUMILLIME DEDICATA.

ROMÆ, Apud Raphaelem Peveronum MDCCXXXIII.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

AUGUSTISSIME CÆSAR.

TUnc primum Romani dignitas Imperii Orbi terrarum illuxit, cùm Cajus Julius Cæſar, Latinarum ductor Legionum, quibus ultrà, & citrà Italicas alpes, mirabilia virtutis bellicæ fuerat operatus; trajecto Fluvio *Rubicone*, limitem exceſſit Provinciæ, ſuæ adminiſtrationi concreditæ: victorque fortiſſimus, tàm potentiæ, quàm invidiæ ſuorum hoſtium: ac ferro prævalens, & fortunâ; Romam redivit: atque almæ Urbis regimen, omnino, penitùſque ad sè tractum, ex democratico in monarchi-

Digitized by Google

cum tranſmutavit. Magna proindè fama, ingens honor, ineffabilis gloria ipſimet fluvio ex eodem tranſitu acceſſit. Sed adhùc major ex eo, quod in ipſius trajecti margine Orientali nata eſt conſpicuitas Imperialis Apicis, qua hodie Cæſarea VESTRA MAJESTAS cunctis terrenis Principibus meritiſſimè ſuperemi- net. Cæſarem namquè trajeciſſe *Rubiconem*, & poſuiſſe fundamenta Imperii Romani; unus, atque idem actus fuit, memoriæ nunquam interituræ. Decurrit hujuſmodi fluvius propè Cæſenam Italiæ Urbem, & adhùc noſtrâ ætate *Rico* per Syncopen appellatur. Quem cum eſſe verum, proprium, & ipſum denique Antiquorum Rubiconem, quidam nuper impugnare minimè dubitaverint, ut ipſius prærogativam, ac denominationem alioſum traducerent; præſens Opus in sè ſuſcipit onus ejuſdem Riconis jura ſartatecta ſervandi coram univerſo Literatorum cætu: nè impugnatio non repreſſa, ſpeciem aliquam ſibi vindicet veritatis, aptæ ad decipiendum, vel rerum

non

Digitized by Google

non benè conſcios, vel incautos. Dum igitur iſta Lucubratio arte typorum eſt lucem publicam aſpectura; sè sè prius reverentiſſime in conſpectu Cæſareæ MAJESTATIS VESTRÆ provolvit: ut & proprio dignum Argumento præſtoletur Tutorem: & ſuæ Cauſæ benè adaptatum adipiſcatur Patronum. Decet ſanè Cæſari dedicari quod Cæſareæ Dignitatis tractat initia. Placeat propterea VESTRÆ MAJESTATI gratum non minus, quam ratum habere obſequentiſſimum hoc tributum. Ut quæ Cæſaris hæres eſt, ac Cæſarem imitatur, hinc victoriis, atque triumphis, indè benignâ in rem ſcientificam propenſione, ac literarum amore; blando quoquè complectatur affectu oblatum hunc ſibi Codicem: continentem eruditiſſimam Controverſiam, quâ vix ulla conſimilis, & certè nulla eſt in amænis ſtudiis præclarior. Annuat item, ut ſub Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris fauſtiſſimis auſpiciis literarium Orbem perambulet Liber, qui omnibus nervis tuetur verum ſitum, & locum, ubi exor-

Digitized by Google

dium ſumpſit Romanum Imperium, univerſum hodie terrarum Orbem implens decore. Vivat denique Vestra Cæsarea Majestas annos innumeros: & ſicut armis æternam ſibi promeruit laudem; ſic ſcientificarum quoq; rerum ſemper munificentiori patrocinio, immortalem ſibi gloriam adſiſcat. Simulque multiplicem poſt sè relinquat maſculinam Prolem, quæ utramque hanc dotem in Auguſtiſſima Veſtra Domo perennet. Ità fieri ego humillimus ſervus Veſter quotidianis votis imploro: ac ſpè allectus proſperi eventus; Cæſareæ demùm Vestræ Majestati obſequia, quæ majora poſſum, exſolvo. Romæ pridie Kalendas Octobris MDCCXXXIII.

Cæsareæ Majestatis Vestræ

Humil.mus Dev.mus & Obſeq.mus Servus

Joannes Baptiſta Archiepiſcopus Niſibenus.

Digitized by Google

ERUDITISSIMO LECTORI
AUCTOR.

HOris pomeridianis, graviora ſolitus relinquere ſtudia, & aliquantiſper incumbere amœnæ lectioni; quadam ego die, pervoluens Athlantem Venetum Vincentii Coronelli, adverti, quod hic Auctor magnâ confidentiâ, perplura profert minimè ſubſiſtentia, de Cæſare Rubiconem trajecturo, de Sanctione Rubiconianâ, & de ipſomet celeberrimo Flumine Rubicone. Ac inter cætera ſubtrahit iſtius denominationem fluvio Riconi (qui & Piſatellus vocatur), ut illâ in fluvium Apruſam transferat, vulgò Luſum. Alia vice ſumptâ præ manibus Tabulâ Legationis Provinciæ Romandiolæ, à Philippo Tito elaboratâ; notavi, quod is Geographus ingenti libertate diſpoſuit nomina fluminum, Cæſenam, atque Ariminum, intercurrentium: eandem Rubiconis denominationem, nedum ſolâ reticentiâ denegans Riconi præfato; verùm etiam poſitivâ nuncupatione tranſlucens in prædictum fluvium Luſum: & nomen Luſi adſcribens fluvio Sabiniano, aliàs Flumicino.

2. Miratus ſum facilitatem, ne dixerim audaciam, utriuſque Auctoris: ratuſque illos, vel non legiſſe, vel non benè percepiſſe, aut intelligere noluiſſe, quæ Scipio Claramontius, in Apparatu Hiſtoriæ Cæſenæ, de Antiquorum Rubicone ſcripſit: & Vincentius quoque Cæſenas eodem de argumento vulgavit adverſus Jacobum Villanium; non potui non improbare conatum tàm Coronelli, quam Titi, quo ſubvertere nixi ſunt nomina Fluminum antedictorum. Et ne, quæ unus eorum ſcribendo, alterque delineando, commentitiè diffuderunt, incautos ludificent, ac rerum non benè conſcios circumveniant; præſentem Lucubrationem aggredi neceſſarium duxi: eò directam, ut Orbis literarius agnoſcat, quàm erroneè, ac quàm injuſtè antefati Auctores calamum adhibuerint, ut veritatem, & denominationem Cæſarei Rubiconis, Riconi ſubtractam, in fluvium Luſum transfunderent.

3. Ex propoſito igitur hic funditùs diſcutietur, cuinam ex recenſitis fluviis memorata Rubiconis veritas, & denominatio debea-

beatur, Luſo *agri Ariminenſis*, *an* Riconi *territorii Cæſenatis*? *Nec propterea hujuſmodi quæſtio agitabitur inter Cæſenates*, *&* *Ariminenſes*, *uti Cives*, *ut incolas*, *uti patricios ſuarum reſpectivè Civitatum*. *Hæ namque duæ Urbes*, *propinquitate*, *amicitiá*, *cognationibus*, *aliiſque mutuæ benevolentiæ titulis cohærentes*; *diſcrepantias non habent*, *quæ debeant literis agitari*. *Et ſive nomen*, *ac veritas antiqui Rubiconis ad unum ex recenſitis fluviis pertineat*, *ſive ad alium*; *ipſæ Civitates ex propriis prærogativis abundè ſibi ſufficiunt*, *independentèr ab hoc negotio*: *in quo non de jure civico agitur*, *illarum proprio*; *ſed de articulo doctrinali*, *omnibus communi*, *qui humanas ſcientias profitentur*. *Nec item hæc ipſamet quæſtio verſabitur inter Cæſenates*, *&* *inquilinos locorum*, *ex quibus ortum duxerunt Coronellus*, *ac Titus*: *quippè patriæ iſtorum nihil habent commune cum Rubicone*.

4. *Controverſia ergò vertetur inter ſcientificos viros defenſores hinc & inde*, *Riconis*, *ac Luſi*, *undecumque ipſi originem trahant*, *& cujuſcumque ſint Provinciæ*, *Regni*, *aut Nationis*. *Non niſi enim peritorum venerandæ antiquitatis*, *& operam dantium amœnis ſtudiis*, *eſt hujuſmodi eruditas ventilare quæſtiones*: *in quibus agitur*, *non de patriæ curando*, *ſive amplificando ſplendore*; *ſed de indagandæ ſolertiá veritatis*. *Nec major hominum vociferatio*, *ſed excellentior doctrina in pretio habenda eſt*: *benè ponderatis viribus*, *& momentis Rationum*, *quibus illorum dicta innituntur*, *tum probando proprium*, *tum refellendo aſſumptum contrarium*. *Hiſque talitèr*, *ac tàm aptè propoſitis*, *ut modeſtia loquendi honorem locutioni conciliet*: *nec acria*, *vel injurioſa verba*, *cuiquam inferant contumeliam*.

5. *Ego ſanè ſum Riconis patronus*: *& quidem non genio*, *non affectione*, *non ullo humano impulſu*; *ſed ſolá juſtitia ſic exigente*. *Ac in hoc Opere tot*, *tantaſque adducam Rationes*, *probantes*, *illum*, *non Luſum*, *eſſe verum*, *& proprium Rubiconem*, *quem Cæſar manu armatâ trajecit*, *contra interdictum Senatus*, *Populique Romani*: *Tot item*, *ac tàm validis Reſponſionibus diruam quidquid adverſus idipſum proponere eſt*; *ut me rear*, *non prò ipſo fluvio Ricone*, *ſed pro Veritate*, *imò prò veritatis evidentiá ſcripſiſſe*. *Nec ſolus ero in hoc ſenſu*: *ſed alios quoque habeo aſſeclas eruditos*. *Quos inter Vir antiquariæ rei peritiſſimus*, *docto ſuæ mentis fœtu*, *idem argumentum Riconi favorabile pertractavit*

Digitized by Google

vit, quàm primum publicæ luci exponendum. Adſunt & ex ære Geographica binæ Tabulæ diligenter elaboratę. Quarum prima Potamographica exhibet curſum Rubiconis. Secundà verò Chorographica repreſentat tractum Romandiolę, à Ravenna uſque ad Ariminum, quo Cæſar properavit occaſione hoſtilis tranſitus Rubiconis. Hæque ambæ præſenti operi adponentur inſertæ, ut adjuvent intelligentiam eorum, quæ referentur: & inſpectione oculari comprobent, quod verborum ſuggerit ratiocinium.

6. *Tu benigniſſime Lector, atque in doctrinâ pręſtantiſſime, omnia, & quæcumque in hoc ipſomet Libro ſcripta reperies, tua ſuſcipe humanitate, grataque plurimum habe, ac ſimul eadem accuratè perpende. Judicis namque officio debes in præſenti causâ perfungi. Ut cunctis benè libratis: Rationibus nempè, Auctoritatibus, Argumentis, Inductionibus, Conteſtationibus, & Motivis, quæ tuo examini ſubiicientur: iiſque tàm diſiunctivè, quàm collectivè conſideratis; prudentèr deniquè, ſapientèr, atque ingenuè, tè dignam proferas in ſenſu veritatis ſententiam: cujuſnam ex dictis fluviis* Ricone, *ac* Luſo, *jura præponderent: adeòque cuinam ipſorum ſit adjudicanda veritas, nomen, &, ut uſuali voce dicitur, identitas Cæſarei Rubiconis. Vale.*

AP-

APPROBATIONES.

LIbrum, cui titulus *De vero Rubicone*, *quem Cæſar &c.* attente perlegi, Reverendiſſimo P. Joanne Benedicto Zuanelli Sac. Palat. Apoſt. Magiſtro jubente; nihilque in eo reperi, quod ſacroſanctæ Catholicæ noſtræ Religioni, probiſque moribus diſſonet. Cumque inſuper in eo omnia tractentur omnimoda eruditione, reique Antiquariæ documentis quamplurimis; digniſſimum eſſe cenſeo, ut publici juris fiat. Sic eſt; atque ita cenſeo, Romæ Kalendis Martiis MDCCXXXI.

Ego Joſephus Roccus Vulpius Societatis Jeſu, in S. Athanaſii Magni Collegio, Studiorum Præfectus, & Sacræ Theologiæ Polemicæ Lector.

LEgi perdiligenter, Reverendiſſimo P. Jo: Benedicto Zuanelli Sac. Apoſtolici Palatii Magiſtro mandante, librum inſcriptum, *De vero Rubicone*, *quem Cæſar &c.* In illo nihil Catholicæ Religioni, & bonis moribus contrarium animadverti. Benè quidem in Auctore plurimam Scriptorum, tum Veterum, tum Recentium lectionem deprehendi, per quam ſuam erga Patriam pietatem egregiè teſtatam voluit, vindicando illi Rubiconem, fluvium inter alios, ob Cæſaris tranſitum, celeberrimum, & nihil omittendo ex iis, quæ ſuæ cauſæ favere poſſe viſa ſunt. Dignum itaque opus, quod publicam lucem adſpiciat, quantum ad me pertinet, judico.

Ex Collegio Clementino die xv. Januarii M. DCC. XXXI.

D. Jo: Franciſcus Baldinus Cl. Reg. Congregationis Somaſchæ, Sacrorum Congreg. Rituum, ex Jndicis Conſultor.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanen. Viceſg.

IMPRIMATUR

Fr. Joannes Benedictus Zuanelli Ord. Prædic. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

SE-

SERIES CAPITUM

Quæ in hoc Opere continentur.

CAP. I. *De celeberrima Flumine Rubicone, olim termino Italiæ.* *fol.* 1.

CAP. II. *Quiſnam ſit verus Rubico Antiquorum:* Rico, *qui & Piſatellus? An vero Aprusa, ſeu* Luſus? *Et adducuntur tres Rationes favore Riconis, ex Strabone, Plinio, & ex identitate Nominis.* *fol.* 16.

CAP. III. *Proponitur quarta Ratio favore fluminis* Riconis, *ſeu Piſatelli, deſumpta ex Auctoritate Scriptorum.* *fol.* 30.

CAP. IV. Quinta *Ratio affertur, continens teſtimonia Scriptorum, qui vernaculo idiomate, ac poeticè ſunt locuti.* *fol.* 45.

CAP. V. *Proponuntur aliæ tres Rationes, faventes* Riconi, *ſeu Piſatello: deſumptæ à Poſſeſſione Denominationis: & à factis Principum illam firmantium.* *fol.* 58.

CAP. VI. *Exhibentur aliæ duæ Rationes, deſumptæ ab* Oſtio, *quo Rico, ſive Piſatellus fertur ad mare. Atque a Titulo* Finis Italiæ. *fol.* 71.

CAP. VII. *Adhuc aliæ duæ adducuntur Rationes, deſumptæ ex Epitheto* Punicei, *quod competit Rubiconi. Et ex communi ſenſu Scriptorum favore Riconis.* *fol.* 83.

CAP. VIII. *Reſpondetur Objectis denegantibus* Riconi, *ſeu Piſatello identitatem antiqui Rubiconis. Agiturque de* Anno, Menſe, Die, Hora, Loco, *& militum* Conſortio, *quibus Cæſar illum Fluvium pertranſivit.* *fol.* 92.

CAP. IX. *Diluitur* Prima Objectio *adverſativa Riconi, ſeu Piſatello: ſtatuendo unam* Hipotheſim. *Agiturque de* Hora, *qua Cæſar Rubiconem tranſivit.* *fol.* 113.

CAP. X. *Continuatur Materia, & Aſſumptum Capitis præcedentis.* *fol.* 127.

CAP. XI. *Eadem* Prima Objectio *diluitur, proponendo, & probandam aſſumendo* aliam Hypotheſim. *fol.* 141.

CAP. XII. *Occurritur* quinque *aliis Objectionibus, detrahentibus* Riconi, *ſive Piſatello identitatem antiqui Rubiconis.* *fol.* 151.

CAP. XIII. *Reſpondetur* Mendaciis *confictis contra* Riconem, *ad ei detrahendam identitatem antiqui Rubiconis.* *fol.* 174.

CAP. XIV.

Digitized by Google

CAP. XIV. *Propulſantur alia* Tria Mendacia, *detractiva identitatis antiqui Rubiconis fluvio Riconi, ſive Piſatello.* *fol.* 187.

CAP. XV. *Proſternuntur alia iterùm* tria Mendacia, *quibus Riconi denegatur identitas antiqui Rubiconis.* *fol.* 199.

CAP. XVI. *Diſſipantur alia* tria Mendacia, *quibus detrahitur identitas antiqui Rubiconis fluvio Riconi.* *fol.* 210.

CAP. XVII. *Reſpondetur* Tribus Ineptiis, *quæ contra Riconem acervantur, ut ab identitate decidat antiqui Rubiconis.* *fol.* 221.

CAP. XVIII. *Retunduntur aliæ* Tres Ineptiæ, *inſultantes Riconi, ne cenſeri debeat Rubico identicus Antiquorum.* *fol.* 237.

CAP. XIX. *Ad nihilum rediguntur aliæ* Tres Ineptiæ, *impugnatrices identitatis antiqui Rubiconis cum Ricone.* *fol.* 288.

CAP. XX. *Confutantur poſtremæ* Tres Ineptiæ, *detrahentes Riconi, ne ſit Rubico identicus Antiquorum.* *fol.* 259.

SANCTIO APUD RUBICONEM EXISTENS.

CAP. XXI. *De Sanctione Rubiconiana, ejuſque Relatoribus, & Impugnatoribus.* *fol.* 270.

CAP. XXII. *Pluribus Rationibus probatur, Sanctionem Rubiconianam eſſe genuinam quoad* ſubſtantiam. *fol.* 302.

CAP. XXIII. *Probatur, Sanctionem Rubiconianam quoad* Modum, & identitatem, *eſſe genuinam.* *fol.* 315.

CAP. XXIV. *Oſtenditur, quod Sanctio Rubiconiana, quantum* ad Stylum, & Elocutionem, *ac verba, quibus conſtat, eſt genuina.* *fol.* 330.

CAP. XXV. *Examinantur alia verba in Sanctione Rubiconiana contenta, & ejuſdem ſinceritati ſuffragantia.* *fol.* 342.

CAP. XXVI. *Examinantur cætera verba Sanctionis Rubiconianæ, pro ipſius ingenuitate tuenda.* *fol.* 355.

CAP. XXVII. *Perpenduntur ultima verba Sanctionis Rubiconianæ, ad ejus ingenuitatem oſtendendam.* *fol.* 366.

PROSTHESIS DE FLUMINE SAPI.


CAP. XXVIII. *Agitur de Flumine* Sapi, *& de illius Prærogativis, ac de Portu Auguſtali ejuſdem.* *fol.* 375.

CAP. XXIX. *De Tribu Sapinia, & Præliis militaribus initis apud Sapim.* *fol.* 387.

CAP. XXX. *De Pontibus Fluminis Sapis. De Eccleſiis ab eo disjectis. Et de Inſcriptionibus antiquis apud illud repertis.* *fol.* 401.

Digitized by Google

Digitized by Google



t de Inſcriptionibus antiqu ... ol.401.

RUBICO CÆSENAS

CAPUT I.

De celeberrimo Flumine Rubicone, olim termino Italiæ.

SUMMARIUM.

1. *RUbico Flumen eſt magnæ famæ. Fluit propè Cæſenam. In ejus ripa erat Diſtichon.*
2. *Refertur idem Diſtichon, extans Cæſenæ, atque honore dignum.*
3. *Inter Provincias, & Regiones, ſunt ſui fines, & cur, ac in quibus rebus conſiſtant?*
4. *Exigui fines innuuntur Terræ Promiſſionis, Exarchatus, Longobardiæ, aliarumque Regionum.*
5. *Tam majores, quàm minores res, aptæ ſunt fungi munere limitis inter Provincias.*
6. *Hæ potiſſimè dividuntur Fluminibus. Nec refert an ſint fluvii parvi, vel magni.*

7. *Diſtichon in primo carmine deficit à regulis poeticis menſuræ metricæ.*
8. *Rubico eſt Flumen parvum, per* 18. *millia paſſuum decurrens: dictum etiam* Rico, *&* *Piſatellus.*
9. *Erat parvum etiam tempore Cæſaris, ac tranſibile per ponticulum.*
10. *A' Lucano deſcribitur velut parvum. Cæſar an tranſiverit Rubiconem per viam Æmiliam.*
11. *Utramque Galliam Trans, & Ciſalpinam, regebat Cæſar: cujus terminus erat Rubico.*
12. *Plinius, Cicero, Plutarchus, Sidonius Apollinaris &c. tradunt, Rubiconem fuiſſe finem Italiæ.*
13. *Idem habetur ex Hadriano Cardinali, & Svetonio recenſente inceſſum Cæſaris.*
14. *Italia dicta quoque Saturnia, Oenotria, & magna, seù citerior Heſperia.*
15. *Item dicta Auſonia: pars nempè illa Italiæ, quæ habet ab Occiduo Rubiconem.*
16. *Quinam fuerint fines Romanæ potentiæ pro diverſis temporum varietatibus?*
17. *A' freto Siculo ad Rubiconem erat Italia. A Rubicone ad Appenninum erat Gallia Ciſalpina.*
18. *Terminus cum priùs eſſet Æſis; cur factus ſit Rubico? Hicque limes erat Provinciȩ Cæſari creditæ.*
19. *Rubico interdum ingentibus turget aquis. Ac ita tempore Cæſaris accidit, & Clementis VIII.*
20. *Tempus, & modus, quo Cæſar tumentem Rubiconem tranſivit, deſcribitur à Lucano.*
21. *Rubico cur dictus* Puniceus? *Per decurſum ſuum nomen mutat. Idque facit etiam Danubius.*
22. *Rubiconi Cæſar dicavit gregem equorum, qui propè illius mortem flere viſi ſunt.*
23. *Carmina Italica de hujuſmodi equorum conſacratione flumini Rubiconi.*
24. *Propè illum caſtrametati ſunt Aſdrubal Cartaginenſis, & Conſules Romani, ut pugnarent.*

25. Pæ-

Digitized by Google

25. *Pœnus qualiter feſellerit Conſules? Prœliumque ſubinde initum eſt ad Metaurum.*

VOLITAT per ora virûm fama Fluminis Rubiconis: cujus etſi non ſit admodum prolixus decurſus aquarum, nec amplitudo magna, neque profunditas multa; ingens tamen eſt celebritas, vulgatiſſimum decus, ac nomen implens hiſtorias ſermonibus eruditis. Itaut ſi capax eſſet loquelæ, poſſet de ſeipſo per proſopopæjam accinere:

Jam canitur toto nomen in Orbe meum (1)

Fluit propè Cæſenam paſſibus circiter mille quingentis, à parte, quæ reſpicit ad Orientem. De illoque protulit Strabo: Cæſena, tunc *Sena, Iſapi Fluvio, & Rubiconi propinqua* (2). Sive juxtà recentiorem editionem: *Cæſena ad Iſapin Fluvium, & Rubiconem* (3). Apud ripam Occidentalem hujus Fluminis, olim erectum conſiſtebat marmoreum Epitaphium: quod poſteà temporis injuria disjectum, cura publica fuit Cæſenam translatum, ibique inſertum parieti Impluvii Palatii Decurionalis (4)

2 Verba ejusmet Epitaphii metricè concepti, & conſtituentis diſtichon, ſunt quæ ſequuntur (5)

HIC, LICET VNDA BREVI, GALLORVM TERMINVS OLIM,
AVSONIÆQVE FVIT PVNICEVS RVBICON

Antiquiſſimæ hujuſce Inſcriptionis clariſſimum eſt eloquium. Sed ne res ſignificata per voces illam implentes, ulli legentium ſit ignota; præſtat examinare ſingulas dictiones, componentes idem diſtichon, & ipſarum

(1) Ovid. Epl.a1.

(2) Strabo Geograph. lib.5.

(3) Idem ibi juxt. impreſſion. Pariſiens. an.1640.

(4) Scip. Claram. Hiſt. Cæſen. In Apparat.2. fol.18.

(5) Idem Claram. loc. cit.

rum

Digitized by Google

rum dare rationem perpetuò permanſuram. In honorem namque apud Cæſenates nunc quoque iſtud eſt marmor translatum intrà Urbem: non minus ac eſſet, quando conſpicuum apparebat in margine Rubiconis. Nec eſt fortaſsè Civis, qui dum illud intuetur, non de ipſo accinat accommodè cum Tibullo

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seù vetus in trivio florida ſerta lapis. (6)

3 HIC LICET. Prævenit Auctor oppoſitionem, quæ fieri poterat ſuper eo, quod parvus fluvius fuerit conſtitutus limes Italiæ. Certè ſiquidem inter Provincias, Regiones, & Regna, ſui ſunt aſſignati fines, intra quos terminum habeant hinc inde ditiones: ne alterutræ Gentes conlimitaneæ ſtatuta tranſgrediantur confinia. Sive autem hi limites magni ſint, ſive parvi: & ſive pro finibus conſtituta ſint Flumina, ſive Oppida: ſive lapides, ſive montes, ſive aliud quidquam rationem præſeferens diviſionis; hoc parùm refert: dummodo de ipſis terminis conſtet. Namque diviſiones limitum fiunt *rivis, foſſis, arboribus, antemiſſis, tumore terræ, collectione petrarum, naturalibus, & ſignatis lapidibus, viis, arboribus peregrinis, & aliis ſignis* (7). Idque nedum reſpectu ad agros, & prædia, verùm etiam proportionaliter habito reſpectu ad varietates ditionum.

4. Inter celeberrimæ Terræ Promiſſionis terminos erant, Via Ethalon, Domus Ticon, Villa Adar, Torrens Ægypti, Villa Enan, & Fons Daphnis (8). Exigui ſanè fines! ſed tamen fines tam eximiæ Regionis. Inter Anglos, & Scotos terminus limitaneus erat Cluda parvus amnis (9). Finis Exarchatus Græcorum in Italia parte ab alpeſtri fuit Rivus nomine Bidens ad radicem Montis Acuti (10). Inter Peloponenſes item, & Jones, finis erat ſimplex columna (11). Columna pariter tacta cuſpide lanceæ, conſtituta fuit finis Regni Longobardorum (12). Quid plura? Olim terminus inter Statum Pontificium, & Longobardiam erat ſimplex Arbor

Ulmi

(6) Tibull. lib. 1. Eleg. 1.

(7) Vid. Orſat. marm. Erud. Let. 8. pag. 277.

(8) Numeror. cap. 34. n. 3. &c. Ezech. cap. 48. n. 15. &c. ibique Cornel. à lapid.

(9) Hector Boeth. lib. 10.

(10) Vid. Murator. rer. Ital. tom. 10. fol. 161. ſect. 16. num. 81.

(11) Strabo. Geograph. lib. 3.

(12) Paul. Diac. lib. 3. cap. 33.

Digitized by Google

Ulmi ſpecioſi: de qua Paſchalis Papa II. in epiſtola ad Landulphum Epiſcopum Ferrarienſem ſcribit, quod bona illius Eccleſiæ perveniebant *uſque ad Ulmum formoſam, quæ certa finis eſt inter Romaniam, & Longobardiam* (13).

5. Vide quot, & quam variæ ſpecies rerum, non modò majoris, ſed & minoris quoque momenti, aptæ ſunt ad formandos limites diviſorios hinc inde finium concernentium territoria Oppidorum, Civitatum, Provinciarum, & amplorum quoque Regnorum. Faciunt ad hæc quæ ſcribit, ſeu tranſcribit Sigonius: *Territoria inter Civitates, Municipia, Colonias, & Præfecturas; alia Fluminibus finiuntur, alia ſummis montium jugis, ac divergiis aquarum, alia etiam lapidibus poſitis præ ſignibus* (14). Ut plurimum verò Territoria, & Juriſdictiones habere ſolent pro finibus Vias, Flumina, & hiſce ſimilia, quæ habent rationem limitis publici, fixi, & invariabilis, atque terræ immobiliter inhærentis: tametſi & hæc non ita concludant perneceſsè limitationis eſſentiam, ut res aliter eſſe non valeat (15).

6. Potiſſimè igitur ad has diviſiones faciendas mos eſt aſſignandi Flumina, tamquam præ aliis rebus aptiora propter eorum fixam, naturalem, invariabilem, & perpetuam ſituationem. Atque ita quoad res geographicas, inquit Strabo: *Flumina in primis ad totam præſentem materiam conducunt: cum ea magnitudines, & figuras Regnorum naturaliter determinent*. Nil mirum ergo ſit, quod pro limite Italiæ à Republica Romana conſtitutus fuerit Rubico: qui tametſi non ſit ingens flumen, hoc nihil obſiſtit quoad effectum limitationis: eo modo, quo & nil obfuit parvitas Torrentis Ægypti, quin conſtitueret fines Terræ Promiſſionis: ac brevitas fluvii Timavi (non excedens binos circiter mille paſſus); quin extiterit limes inter Japidiam, & Carniam: præter ea, quæ mox diximus de amne Cluda, & de rivo Bidente. Namque non ex rerum, ſignorum, aut loco-

(13) Difeſa 2. di Comacchio 6. 22. fol. 66.

(14) Sigon. de Antiq. Jur. Ital. lib. 2. cap. 4.

(15) Card. de Luca de Regal. diſc. 136. n. 20.

Digitized by Google

locorum amplitudine, *ſed ex eorum ſitu conſtituuntur limites* Regnorum, & Provinciarum (16).

(16) Scip. Clarem. Hiſtor. Cæſen. in Appar. par. 2. fol. 34.

7. Cæterùm diſtichon in hoc marmore contextum, etſi benè reſonans, explicansque conceptum mentis Auctoris; attamen deficit in menſura metri: numerus enim ſyllabarum alicubi non reſpondet regulis poeticis: Nam ly *unda* poſita eſt in ablativo, adeoque ſecunda illius ſyllaba *da* eſt longa: cum tamen juxtà ſcanſionem carminis teneat locum ſecundæ ſyllabæ pedis dactyli, & propterea debeat eſſe brevis. Vel igitur Auctor parvipendit menſuram metricam, vel illius deficientiam non advertit, vel mendum aliquod in eodem carmine irrepſit. Et melius curreret verſus, ſi ly *unda* poneretur in caſu nominativo, & diceretur: *Hic, licet unda brevis* (ſubintellige *ſit*, per figuram ſynechdoche) *Gallorum terminus olim, Auſoniæque fuit, Puniceus Rubicon.*

8. UNDA BREVI. Exprimunt hæc verba puſillitatem fluminis Rubiconis. Etenim proculdubio fuit olim, & eſt quoque noſtris temporibus exiguus fluvius, de quo modulatus eſt Baptiſta Mantuanus:

Venerat Alpini parvum Rubiconis ad amnem (17)

(17) Baptiſta Mantuanus.

Non tamen adeo exiguus, ut ſit cum parvo torrente, aut cum rivulo comparandus. Curſus enim ejus ab origine alpeſtri uſque ad Mare Adriaticum, in quod labitur immixtus alteri amni, *decem & octo millia paſſuum* æquat. Namque *ſub Strigariæ Caſtello propè Montis Campi Villam, ejus eſt ſcatebra, & fons. Inde per Montis Leonis, Montis Jani, Subrivulique convalles delabitur: totoque eo tractu, qui octo circiter milliariorum eſt, uſque fermè ad Æmiliam viam, RICO vocatur. In PISATELLI inde nomen tranſit, quod uſque ad finem retinet. Præterlabiturque reliquo curſu decem ferè millium paſſuum Villas Riconis, Ruffii, Bagnarolæ* (18).

(18) Scip. Claram. Hiſt. Cæſen. in Apparat. 2. f. 18.

9. Nec niſi tenuis erat amnis idem Rubico, tunc quoque, cum Cæſar illum tranſiturus, ut Romam pergeret armatus; conſtitit ad ejus ripam: animo revolvens,

Digitized by Google

vens, num eſſet procedendum ultra , vel retro remeandum ? Quamobrem Lucanus (19) .

Jam gelidas Cæſar curſu ſuperaverat alpes ,
Ingenteſque animo motus , bellumque futurum ,
Cœperat : ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas

Puſillitatem pariter ejuſdem fluvii ſatis innuit Svetonius, teferens de Cæſare, quod *in obeundis expeditionibus , dubium cautior, an audacior eſſet* (20). Et quod cum perveniſſet ad Rubiconem , in illius margine conſiſtens, Commilitones ita eſt effatus : *Etiam nunc regredi poſſumus : quod ſi ponticulum tranſierimus , omnia armis agenda erunt* (21) .

10. Si per *ponticulum*, brevem videlicet pontem , patebat iter trans Rubiconem ; proculdubio Rubico erat exiguus amnis : Et ideo benè illum deſcribendo Lucanus cecinit prout ſupra (22)

Ut vantum eſt parvi Rubiconis ad undas &c.
Fonte cadit modico , parviſque impellitur undis

Parvis nimirum , non abſolutè , ſed comparativè . Decurrens enim per decem & octo milliaria , parvus erat , & eſt reſpectivè ad magna flumina . Non tamen parvus relativè ad minora , & ad rivulos , ac torrentes . quos immodicè ſuperat ordinario aquarum decurſu . Iufra ſuo loco diſcutiemus, an Cæſar adproperans Rubiconi , per amplam viam Æmiliam , nunc Romanam , inceſſerit , atque per Civitatem Cæſenæ : per illumque tranſierit pontem, qui nunc ſuperſtat eidem flumini, atque interſecat viam Conſularem ; aut longè infra ipſam : illeque ponticulus , quem memorat Svetonius , jamdiu dilapſus ſit , taliter, ut ubinam fuerit, nec etiam veſtigia diſcernantur . Ita etenim

Tabida conſumit ferrum , lapideſque vetuſtas (23)

Alia de puſillitate Ruhiconis , vide inferius (24) .

11. GALLORVM TERMINVS OLIM. Cæſari commiſſa fuerat à Senatu , Populoque Romano regenda Gallia (25). Nam , ut inquit Petavius : *artibus , &*

infi-

(19) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 18.
(20) Sveton. in Cæſar. cap. 57.
(21) Idem ibi cap. 31.
(22) Lucan. loc. cit. fol. 19.
(23) Ovid. 4. Pont 8.
(24) Vid. infra cap. 15. num. 11.
(25) Sveton. in Jul. Cæſ. cap. 25.

Digitized by Google

infinita largitione , cum ſibi omnium ordinum gratiam paraſſet , Galliam provinciam obtinuit , quam ab anno Urbis 696. adminiſtrare cœpit,ac novem annis rexit(26) Galliam,inquam, nedum Tranſalpinam reſpectu ad Romam, verùm etiam Ciſalpinam : quæ aliquando dicta eſt quoque *Italia Gallica* (27) ob diuturnam ibi morã factã à Gallis. Flumen autem Rubico erat limes , dividens partem illam Italiæ, quæ inde verſus Romam decurrit, ab alia parte , quæ proficiſcitur verſus Mediolanum , & Gallia Ciſalpina vocabatur , quam unà cum Tranſalpina, Cæſar nomine Romanæ Reipublicæ adminiſtrabat.

12. Rubiconem fuiſſe terminum Italiæ , præfato modo diſtinctæ, Plinius tradit expreſsè , dicens : *Octava regio Italiæ &c. Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiæ* (28). In eumdem ſenſum protulit Cicero : *An ille faciat , ut exercitum citra flumen Rubiconem , qui finis eſt Galliæ, educeret* (29). Sic & Plutarchus, quoque de Cæſare loquens , ait : *Ut venit ad amnem , qui Galliam Ciſalpinam à cætera Italia ſecernit , & Rubico dicitur &c.* (30). His adde Sidonium Apollinarem , rationem dantem itineris , quo ex Gallia Romam proceſſit , Heronio amico ſuo ; & inter cætera denunciantem, ſe perveniſſe ad Rubiconem: *qui olim Gallis Ciſalpinis , Italiſque veteribus terminus erat* (31). Nec omittendus Flavius Blondus pronuncians hæc verba: *Succedit parvus Rubico, terminus olim Galliæ Ciſalpinæ, Italiæque* (32). Conſentit & Sabellicus , de ipſomet Rubicone recenſens : *Is finis olim fuit Ciſalpinæ Galliæ , & Italiæ* . (33)

13. Utque locum quoque Muſis demus,hic aliquantulum eloquatur Hadrianus Cardinalis, metricè deſcribens itinerarium Julii Papæ II. jam ad noſtra loca progreſſi :

Tumidi hic ſubſiſtere montes
Incipiunt , ſuperoque mari conſternere littus ,
Planitiem ingentem, terris, opibuſque ſuperbam
Gallia,

(26) Patav. Ration. temp. p. 1. l. 4. cap. 18. f. 18.

(27) Paul. Merul. Coſmogr. p. 2. l. 4. cap. 21. fol. 861. B.

(28) Plin. lib. 3. cap. 15.

(29) Cicero in Anton. Philip. 6.

(30) Plutarch. in Cæſar.

(31) Sidon. Apollinar. lib. 1. epl. 5.

(32) Flav. Blondus.

(33) Sabellic. in vit. Cæſar.

Digitized by Google

Gallia, qua fluvio Rubicone Comata pateſcit.
Italiæ hic finis quondam (34).

Sed audiendus eſt Svetonius: Cæſar exiſtens Ravennæ, ac jam præmiſſa ſibi exercitus parte verſus limites provinciæ ſibi ommiſſę, *poſt ſolis occaſum, mulis è proximo priſtino ad vehiculum junctis, occultiſſimum iter modico comitatu ingreſſus eſt: & cum luminibus extinctis, deceſſiſſet via, diù errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedibus evaſit: conſecutuſque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paululum conſtitit, reputans quantum moliretur &c.* (35). Certiſſime igitur antiquitus Rubico erat finis Italiæ, atque Galliæ Ciſalpinæ (36).

14. AUSONIÆQUE FUIT. Ideſt *Italiæ*. Siquidem Italia diverſis temporibus plura nomina ſortita eſt: quippe quæ appellata invenitur, modo *Saturnia* à Saturno rege, uti ſcribit Iſidorus (37). Modo *Heſperia*, a Græcis ita vocata, eo quod ſit illis Occidentalis. Quod vocabulum commune fuit etiam Hiſpaniæ: ſic nihilominus, ut Hiſpania, *ultima Heſperia* fuerit nuncupata; Italia vero, *magna Heſperia* (38) vel *Heſperia citerior* (39). Et ad Italiam proſpexit Muſa Virgilii concinens (40).

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt, &c.

Aliquando etiam dicta eſt *Oenotria*. Sed undenam ſic fuerit appellata, diſcors eſt Scriptorum opinio: cui examinandę ſuperfluum eſt hic immorari: parum enim refert, quod Oenotriam Antiqui nuncupaverint ab *optimo vino*, uti putat Servius: vel ab *Oenotro* Lycaonis filio, qui primus ex Græcis in Italiam apulit, prout alii contendunt (41).

15. Præter cętera vero nomina, etiam iſtud obtinuit *Auſoniæ*: de quo Paulus Vualnefridus recenſens geſta Longobardorum (42). Sed & Feſtus Pompejus inquit: *Auſoniam appellavit Auſon, Ulyſſis, & Calypſus filius,*

(34) Alphonſ. Ciacon. in vit. Jul. Pap. II.

(35) Sveton. in Cæſar. cap.31.

(36) Vide infra cap.6. à num.14.

(37) Iſidor. etymol. lib.14. cap 4.

(38) Paul. Merul. Coſmogr. p.2. l.4. c.1. f.658. B.

(39) Ricobald. Ferrariens Compilat. Chronolog. Additam. cap.22.

(40) Virgil. Æneid. lib.1.

(41) Merul. loc. cit. f.658. D.

(42) Paul. Diac. de geſt. Longob. lib.2. cap.24.

Digitized by Google

eam primò partem Italiæ, in qua ſunt Urbs Beneventum, & Cales. Deindè paulatim tota quoquè Italia dicta eſt Auſonia ab eodem Duce (43). Utcumque ſit, Auctor Epitaphii ad metri commodum, uſus eſt vocabulo *Auſoniæ*, ut ſignificaret Italiam: aitque, quod Rubicon dividebat Galliam Ciſalpinam ab Auſonia, ideſt a parte Italiæ, inde Romam verſus eunte. Tantundem præcedenter eſt modulatus Lucanus (44).

Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis.
Puniceus Rubicon, cum fervida canduit æſtas.
Perque imas ſerpit valles, & Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

Ubi,ut patet,Auſoniam dicit regionem eam Italię, quæ habet Rubiconem ab occiduo (45).

16. Porro pro diverſis rerum reventuum,atque temporum varietatibus, diverſi quoque fuerunt fines potentiæ Romanorum, prout ſummatim recenſet & Lipſius (46) Nam ab initio limites ejus *ad quintum,ſextumve lapidem ab Urbe notabantur. Mox Lavinis &c. Poſtea Anco regnante, uſque ad mare imperium protelatum, Oſtiaque in ora Tiberis condita. Tempore proinde procedente longe dilatato, auctoque imperio, poſt magnos progreſſus, aliis in locis fines Romani imperii erant &c. Donec terminus à Gadibus ad mare rubrum, & Oceanum, & ab Oriente ad Euphratem, quo Lucullus proceſſit, & Oluras, quo ductu Pompeii magni Romana ſigna illata ſunt, imperii terminus propagatus fuit. A meridie vero ad tractum Lybiæ, & à ſeptentrione ad Rhenum, & Iſtrum* (47). Breviter complexa eſt limites Romanæ potentiæ Muſa Claudiani accinens:

Subdidit Oceanum ſceptris, & margine cæli
Clauſit opes,quantum diſtant à Tigride Gades
Inter ſe Tanais quantum Niluſque relinquunt(48).

17. Dudum autem ante Cæſaris ætatem, finis Romanæ ditionis, dividentis Italicas à Gallicis gentibus Ciſalpinis, ad mare Superum, ſeù Adriaticum, erat Aeſis

(43) Feſt. Pomp. lib.1.

(44) Lucan.Pharſal. lib.1. f.19.

(45) Ricobald. Ferrariens loc. cit. cap.101.

(46) Juſt. Lipſius de Magnit. Roman. lib.1.cap.3.

(47) Alex.ab Alex. Genial.lib.5.cap.27. f.806.

(48) Claudianus.

Digitized by Google

Aeſis flumen decurrens haud longè ab Ancona. Deinde dilatati ſunt termini ab ea parte uſque ad Rubiconem, longiùs ab Urbe diſtantem. Ab alia verò parte, reſpiciente mare inferum, ſeù Tyrrhenum, extenſi ſunt limites uſque ad Arnum flumen. Itaut à freto Siculo uſque ad Rubiconem, tractus terræ interpoſitus diceretur Italia. Ultra vero Rubiconem, reliquum terræ ſpatium vocaretur Gallia, nempe Ciſalpina (49). Quæ dilatatio finium facta eſt anno V. C. 488. (50). Conſentit Strabo, inquiens: *Primùm Aeſin fluvium limitem eſſe voluerunt, deinde Rubiconem. Aeſis inter Anconam eſt, & Senogalliam. Rubico intèr Ariminum, & Ravennam: ambo in Adriaticum mare affluunt*(51).

18. Porrò Aeſis erat limes inter Gallos Senones, & Romanos. Verùm poſtquam Romani debellarunt, & oppreſſerunt eoſdem Senones; fines quoque antiquos prolatarunt uſque ad Rubiconem: qui exinde terminus limitaneus eſſet inter ipſos Romanos, & Gallos Bojos, in eo terrarum tractu Gallorum Senonum ſucceſſores. Qua de rè Cluverius: *Poſtquam Senones à Romanis deleti fuere, terminum tunc Romani inter ſe, atque Bojos, ſivè inter Italiæ nomen, & Galliam Ciſalpinam, conſtituerunt Rubiconem amnem* (52). Quoad ſtatum vero finium tempore Julii Cæſaris, diſtinctè illos exprimit Sigonius, dicens: Italiæ, ſeù Galliæ Ciſpadanæ termini *fuerunt à mari ſupero Rubico, ab infero Arnus: ab alpibus Liguſtinis Varus, à Carnicis Formio flumina. Cis Rubiconem, primum Oppidum erat Ariminum, quod juris Italici fuit, non Provinciæ Gallicæ. Cis Arnum, Piſæ. Ultra Rubiconem in Ciſpadanis Gallis, Ravenna: Ultra Arnum in Liguribus, Luca, ambo ultima Provinciæ Galliæ Oppida. Quo factum eſt, ut Cæſar cum Galliam Proconſule obtineret, modo Ravennam, modo Lucam, ut in extrema Provinciæ ſuæ Oppida ventitarit* (53).

19. Citrà ullam igitur difficultatem, flumen Rubico

(49) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib. 2. cap. 21. fol. 860.

(50) Idem loc. cit. cap. 19. f. 806.

(51) Strabo Geograph. lib. 5. fol. 347.

(52) Phil. Cluver. Ital. antiqu. fol. 273.

(53) Carol. Sigon. de antiq. Jur. Ital. lib. 1. cap. 26.

bico fuit limes inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam, ſumptus in conceptu, & ſub diſtinctione præfata. Tuncque cum Cæſar hoſtili manu Rubiconem tranſivit; idem fluvius plurimum aquis intumuerat(54): & equidem eo uſque, ut opus fuerit ipſi Duci præmittere milites equitantes, qui curſum aquæ frangerent, ac retinerent, ſicque ſternerent iter peditibus fluvium tranſgreſſuris. Quomodo & magnum Tamerlanem feciſſe legimus, cum Rham flumen, alias *la Vuolga*, eſſet ibi cum ſuo exercitu tranaturus, ubi hæc ſe pluribus oſtiis exonerat in mare Caſpium (55). Porrò Rubiconem crebrò accidit, ſuperare ripas vi aquarum, & alluere arva finitima, molaſque frumentarias evertere, ac diſſipare. Atque ita eo tempore, quo Clemens Papa VIII. Ferraria Romam rediturus, ex Cæſena digreſſus pervenit ad Rubiconem, *tanta aquæ copia ibi fuit, ut non minus negotii nunc Pontifici, quam olim Cæſari in tranſeundo attulerit* (56).

(54) Lucan. lib. 1. Pharſal. & ibi Ugo Gratius fol. 19.

(55) Jovius in vit. Tamerlani.

(56) Caram. hiſtor. Cæſen. in Appar. p. 2. f. 35.

20. Sed de Cæſaris tranſitu, qui viſis oſtentis, eum, ſonitu claſſici velut invitantibus ad audacter pertranſeundum, & armata manu Romam pergendum, Rempublicamque opprimendam, protulit celeberrima illa verba: *Eatur, quò deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat* (57): de illius, inquam, tranſitu audiatur Lucanus: Rubiconi

Tunc vires præbebat hiems, atque auxerat undas
Tertia iam gravido pluvialis Cynthia cornu,
Et madidis Euri reſolutæ flatibus alpes.
Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem,
Excepturus aquas: molli tum cætera rumpit
Turba vado, fracti faciles jam fluminis undas.
Cæſar ut adverſam ſuperato gurgite ripam
Attigit Heſperiæ, vetitis & conſtitit arvis;
Hic, ait, hic pacem, temarataque jura relinquo:
Te fortuna ſequor, procul hinc jam fœdera ſunto.
Credidimus fatis, utendum eſt judice bello (58).

(57) Sveton. in Cæſar. cap. 32. Appian. de civil. bell. lib. 2.

(58) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 20.

PU-

21. PUNICEUS BUBICON. Phraſis eſt ejuſmet Lucani, qui totidem verbis utitur memorando flumen præfatum: inquit enim.

Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis
Puniceus Rubicon (59).

Undenam autem *Puniceus* dicatur? Ad hoc reſpondet Hugo Grotius, *A colore terræ* (60). An iſtud autem ſit ex eo, quod alveus Rubiconis contineat arenam, ſive glaream punicei coloris (61): vel quia dum turget plenitudine aquarum, undas perferat infectas fulvo colore; alii exactiùs inquirant. Infra de hac rè ſermo redibit (62). Hodie iſtud flumen, prout ſupra innuimus, à ſui exordio uſque ad viam Æmiliam, *Rico*, velut per ſyncopen a Rubicone, vocatur, vulgò *Rigone*. A via vero Æmilia uſque ad locum, quo ſecundum præſentem ſtatum ſe immiſcet alteri fluvio, (eique junctus tendit ad mare) *Piſcitellus*, vel Piſatellus comuniter appellatur. Nec inſolitum eſt, nomina fluminum per decurſum itineris immutari: nam hoc ſignanter contingit in Danubio: de quo Appianus: *Idem fluvius his in locis Danubius dicitur: nec multò deindè inferiùs elapſus, uberioribus aquis, pro Danubio, Iſtri nomen aſſumit* (63).

22. In honorem fluminis Rubiconis hic memoretur, quod tanta illud veneratione proſecutus eſt Cæſar, ut ex qua die ipſum hoſtiliter pertranſivit, eidem conſecraverit gregem equorum: quos emeritos fecit, exèmit à labore, liberos tandem eſſe voluit, ut quocumque mallent, poſſent ſine detentore vagari (64). Pietate ſanè, ac officioſitate rara, ſed non ſingulari. Nam & Lucullus flumini Euphrati (quem traiecerat, ut pulſaret armis Tigranem regem Armeniæ) taurum immolavit (65). Et de manumiſſione animalium, plures recenſentur hiſtoriæ (66). Inter oſtenta verò, portendentia mortem vicinam Cæſaris, hoc quoque fuit obſervatum, quod paucis diebus, antequam occideretur, *Equorum greges quos traiiciendo Rubicone flumine* vel, ut legit. Tur-

(59) Idem loc. cit. fol. 19.

(60) Hugo Grotius in Lucan. lib. 1. ad ly tunc vires f. 19.

(61) Schildius in Sveton. in Cæſare cap. 31. ad ly provinciæ eius.

(62) Vide infra cap. 17. n. 1. 2. &c.

(63) Appian. de bellis Illyric.

(64) Sveton. in Cæſar. cap. 81.

(65) Plutarc. in Lucull.

(66) Joan. Schildius in Sveton. loc. cit.

Digitized by Google

Turnebus, Rubiconi flumini) *conſecraret, ac vagos, ac ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinaciſſimè pabulo abſtinere, ubertìmque flere* (67).

(67) Sveton. loc. cit. & ibi Schildius.

23. De Cæſare Rubiconi ſacrante gregem Equorum, aliquando cecinit Fabius Signius celebris Poeta Florentinus, ſequenti Epigrammate Italico, vulgo Sonetto.

Per l'Oſſequio, che porto al Rubicone,
Hoggi liberi fò tutt'i deſtrieri,
Che tragittaron me co' miei guerrieri,
Dai lidi Galli all'Itala regione.
Giubilati li ſacro à tè, o Rigone,
Senz'obligo di più comparir fieri
Nelle battaglie, ò eſercitar meſtieri
Di ſervitude, o affaticata azzione.
E tù pregiati pure, o fiumicello,
Del tuo honor, del tuo nome. E fà antiſtare
All'Eridano iſteſſo il Piſatello.
Che sè al primo vicin nel Ciel ſuol ſtare
Il Caval Pagaſeo; Tù più di quello
N'haurai molti d'intorno à ſaltellare.

24. Nec ſpernendum quoque decus affert Rubiconi, noviſſe, quod ad ejus tractum caſtrametati ſunt Aſdrubal cum ſuo exercitu Carthaginenſium; & Livius Salinator, atque Claudius Nero Conſules cum Legionibus Romanis; ut ibi terribile illud prælium conſerent, quod paulò poſt eſt habitum ad Metaurum. Veniebat Aſdrubal ex Gallia Ciſalpina, ut pergaret in Apuliam, & ibi ſuppetias ferret Hannibali fratri ſuo, eundem in Caſtris Apulis expectanti. Cum Aſdrubal jam tranſcendiſſet Senam, nunc Cæſenam, obvii occurrerunt illi mox fati Conſules, ut & impedirent, ne Rubiconem tranſiret: & ſimul ipſum provocarent ad pugnam.

25. At Pænus arte vaferrima Conſules nil minus cogitantes fefellit. Nam relictis per ſua caſtra inumeris

meris luminibus accenſis, & ignibus flammas attollentibus ad cælos; ipſe intempeſta nocte, motuque tacito, viam inferius decurrentem adorſus, clàm Rubiconem tranſivit, ac citato greſſu proſecutus eſt iter verſus Picenum. Quo dolo mane comperto, ipſimet Conſules abeuntem proſecuti ſunt Africanum: propioreſque demum illi facti apud Metaurum, eundem Aſdrubalem formidabili prælio profligarunt, & occiderunt, univerſumque illius exercitum diſſiparunt (68).

(63) Scip Clarem. Hiſtor. Cæſen lib. 3. f. 116. & in Apparat. par. 1. fol. 16. Braſch. Memor Cæſenat. c. 6. à num. 13.

26. Summum denique decus attulit Rubiconi hoc, quod apud eum poſita ſunt fundamenta, & prima initia Imperii Romani: cujus poſtmodum fama, & dignitas, ac potentia totum terrarum orbem implevit. Antea namque Romani, more, atque inſtitutis Reipublicæ vivebant; regimine apud Senatum, ſimulque Populum reſidente. At ex quo Cæſar idem flumen hoſtiliter pertranſivit; oppreſſa Republica, ipſe univerſam poteſtatem ad ſe traxit, & regimen Romanum ex democratico in monarchicum tranſmutavit: unus, & ſolus arbitrariè cuncta diſponens ſub nomine Imperatoris. Quod equidem nomen antea non erat titulus abſoluti, & ſupremi Principis, ac Monarchæ, ſed Præfecti militarium copiarum, ad miniſtratoris belli, & ductoris exercitus, Magiſtratum illum ſubalternè ad Rempublicam exercentis. (69). Hocque ſanè nomine Imperatoris, velut mitiſſimo, uſus eſt Cæſar, ne videretur tyrannidem affectaſſe. Verum auctoritate totali ſibi arrogata, titulus idem in ſummi & abſoluti Principatus denominationem tranſivit, ac propagatus eſt in ſucceſſores, qui exinde Imperatores: & ab eo, qui prima Imperii Romani ſundamenta jecit apud Rubiconem, Cæſares dicti ſunt (70).

(69) Alex. ab Alex. Genial. lib. 1. c. 2.

(70) Nizol. Theſ. Ling. Latin. V. Impero Alex. ab Alex. loc. cit. loc. cit.

CA-

CAPUT II.

Quiſnam ſit verus Rubico Antiquorum: *Rico*, qui & Piſatellus? An vero Apruſa, ſeù *Luſus*? Et adducuntur tres Rationes favore Riconis, ex Strabone, Plinio, & ex identitate Nominis.

SUMMARIUM.

1. *Usque ad annum circiter 1560. nemo dubitavit, quin* Rico *ſit Rubico Antiquorum.*
2. *Alias Scriptores Cæſenates non tacuiſſent. Et præſertim Darius Tibertus id innuiſſet.*
3. *Nonnulli deinde attribuere ſatagerũt* Luſo *identitatẽ Rubiconis. Loquimur cum amantibus veritatem.*
4. Prima Ratio *ex Strabone favore* Riconis. *Cæſena eſt* Sena *ejuſdem Strabonis.*
5. *Hanc ille deſcribit per Sapim ab Occidente, ac Rubiconem ab Oriente.*
6. *Luſus non eſt primus à Cæſena fluvius, ſed quartus, multumque diſtans ab ea.*
7. Secunda Ratio *ex Plinio contemporaneè nominante Apruſam, & Rubiconem.*
8. *Quidam tranſtulit nomen* Apruſæ *à fluvio Luſo ad amnem* Aveſam.
9. *Idem ratus eſt Cluverius, contra communem ſenſum Scriptorum. Quid de Jacobo Villanio?*
10. *Merula, Ferrarius, & alii, dicunt* Apruſam *Plines eſſe fluvium appellatum il* Luſo.
11. *Idipſum ſuggerunt Nicolaus Doglionus, Leander Albertus, & Flavius Blondus.*

12. *Ta-*

Digitized by Google

12. *Tabulæ quoquè Geographicæ, inſertæ Operibus Cæſaris, & Rebus Italicis, idem ſtatuunt.*
13. *Illis obeſt Cluverius: nec ipſos dicendum eſt fuiſſe à Blondo deceptos.*
14. *Potius Cluverius deceptus fuit circa fluvium Apruſam, à Plinio memoratum.*
15. *Ex ordine verborum Plinii oſtenditur, quod* Apruſa *non eſt* Aveſa, *ſed* Luſus.
16. *Deſultorie, vel retrorſum inceſſiſſet Plinius, ſi Apruſa eſſet ille amnis, qui dicitur Aveſa.*
17. *Geographi eſt nominare loca prout ſunt, non prout prædita majori dignitate.*
18. *Nec homines à proceritate corporis, nec flumina à longitudine curſus æſtimantur.*
19. *Plinius conſideravit in linea æquali Mariculam, & Apruſam: & pro hac intellexit Luſum.*
20. Tertia Ratio *deſumpta ab identitate nominis Rubiconis adhuc vigente.*
21. *Non habet nomen à* Ricone *Rizzardello. Supra Viam dicitur Rico: infra Piſatellus.*
22. *Flumina dare ſolent nomen hominibus, non homines fluminibus. Duo* Rigones *memorantur.*
23. *Antequam eſſet Rigo Rizzardellus, erat Rico fluvius. Cognomina quando incæperint?*
24. *Amnis dictus* il Luſo *habet aliquam conſonantiam cum* Apruſa: & *Apruſa cum* Aveſa.

INter Cæſenam & Ariminum, præter Mariculam, decurrunt ordinatim quatuor flumina minora, ſeù fluvii, unus poſt alium, viam Æmiliam interſecantes. Primo *Rico*, qui & Piſcitellus, ſeù Piſatellus. Secundò *Butrius*, cæteris minor. Tertio *Sabinianus*, vulgò Fiumicino. Et quarto Apruſa, ſive Pluſa, vulgari voce, *il Luſo*. Ex his autem quatuor fluviis nemo uſque ad annum circiter 1560. nedum negavit; ſed & nec etiam in dubium revocavit, quod ille, quem Cæſar

Digitized by Google

pertranſivit, ſignis elatis procedens contra Rempublicam Romanam, ut eam opprimeret; ſit *primus* in ordine præfatorum fluviornm, ac ille idem, proprius, peculiaris, individuus, & identicus, qui noſtra ætate vocatur *Rico*, ac nomine magis triviali Piſcitellus, ſeù Piſatellus (1).

(1) Vincent. Cæſenas de Rubicon. antiq. ſect. 1. cap. 1.

2. Et ſanè ſi controverſia iſta prius emerſiſſet, eam Scriptores veteres enunciaſſent, quam tamen ſilent (2). Nec item adeo deſides fuiſſent Scriptores Cæſenates illorum temporum, ut non ipſam impugnaſſent, vel ſaltem indicaſſent. Inter alios profectò Darius Tibertus civis Cæſenas (vir admodum eruditus, Hiſtoricus egregius, & Poeta Laureatus, qui redegit in compendium vitas Plutarchi, eaſque dicavit Julio Cæſari Cantelmo Kalendis Maii anno 1592. ex caſtro Montis Guidonis, cujus erat Comes, nec multum diſtat à Rubicone) Hic, inquam, in vita Cæſaris refert, quod *cum Antonius, Curioque Tribuni plebis, magna cum ignominia ex Urbe ejecti, in Galliam ad ipſum* (Cæſarem) *veniſſent, ulterius differendum eſſe non cenſuit. Ità Rubicone trajecto Urbem verſus iter direxit*. Et in margine contrapoſito adnotat, *Rubiconem ſuperat Cæſar* (3). In tam facili autem, obuia, & opportuna occaſione, Darius non prætermiſiſſet aliquid attingere de identitate fluminis Rubiconis, ſi tunc jam nata fuiſſet contentio præfata.

(2) Vide infr cap. 4. num. 2. & 7.

(3) Dar. Tibera. Epitom. Vit. Plutarch. In Cæſar. fol. 393.

3. Nihilominus extunc nonnulli pauci nixi ſunt contendere, quod Rubico Antiquorum non ſit ille idem, qui nunc *Rico* appellatur, & idiotico nomine Piſcitellus; ſed alius, dictus olim Aprusa, ſeù Pluſa, vulgo *il Luſo* (4), At certiſſimè tot, & tantæ ratione, auctoritates, ac teſtimonia Scriptorum, tum veterum, tum recentiorum, ſuggerunt oppoſitum; ut nedum ſuadere, ſed & convincere aptæ ſint quemcumque virum, dummodo ſit veritatis amans, & capax legitimi ratiocinii. Nam ſi quis ad utrumque, vel ad alterutrum

(4) Claramont. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. 2. à fol. 17. Vincentius Cæſen. diſſert. de Antiq. Rubicon.

non

Digitized by Google

non ſit natura, ſive voluntate diſpoſitus; cum eo ſermonem non habemus. Nec enim ulla lingua, ullus calamus, ullus liber adæquare poteſt mentem illius, qui non vult conſentire rationi, neque cedere veritati, etiam cognitæ, etiam probatæ, etiam evidentiſſimè patefactæ; ſed pernicax, & imperſuaſibilis ſe confovet in ſuo erroneo ſenſu: quod refertur à Theologis ad unum ex peccatis in Spiritum Sanctum: veritatem videlicet agnitam impugnare (5).

4. *Prima Ratio*, probans, quod Rubico ſignis elatis à Cæſare pertranſitus, ille idem ſit fluvius, qui nunc *Rico* dicitur, alio quoque nomine Piſcitellus, vel Piſatellus; non vero alter appellatus Apruſa, ſeu Pluſa, & vulgari denominatione *il Luſo*; deſumitur ex *Strabone*, qui apertiſſimè diſpellit omnem ambiguitatem, & controverſiam, ſcribens: *Inter has Placentiam, & Cremonam, & Ariminum; ſunt Parma, Mutina, Bononia &c. Forum Cornelium, Faventia, Sena Iſapi fluvio, & Rubiconi propinqua, hæc proxima Arimino* (6). Quod ibi per ly *Sena* intelligatur Cæſena, eſt ſole meridiano clarius. Recenſet namque Geographus Civitates, quæ ſitæ reperiuntur inter Placentiam, & Ariminum: ac ordinatim procedendo à prima uſque ad ultimum, dicit, quod *Sena* eſt inter Faventiam, & Ariminum: quod eſt Iſapi fluvio, & Rubiconi propinqua: & quod eſt proxima Arimino. Sed inter Faventiam, & Ariminum: & in propinquitate Iſapis, ſeù Sapis, & Rubiconis: nec non proxima Arimino, non eſt, nec unquam fuit ulla alia Sena, quam Cæſena; Ergo per ly Sena Strabo intelligit Civitatem Cæſenæ.

5. Hocque adeo verum eſt, ut Iſaac Cæſaubonus commentator Strabonis, in hunc locum affirmet, in antiquis codicibus pro *Sena* legi *Cæſena*. Et pro *Iſapi* legendum eſſe *Sapi* (7). Conſonat & Philippus Cluverius, pro Sena Strabonis intelligens Cæſenam (8). Et quod Cæſena vetuſtis temporibus diceretur *Sena*, nomine

(5) D. Thom. 2.2. qu. 14. art. 2. ſed contr.

(6) Strabo Geograph. lib. 5.

(7) Caſaubon. in Strabon. lib. 5.

(8) Cluver. Ital. Antiqu. lib. 1. fol. 295.

Digitized by Google

mine à Gallis Senoribus dimanato, latè probat Scipio Claramontius Hiſtoricus Cæſenas (9). Nunc ad rem noſtam ſic arguitur. Si Strabo celeberrimus Geographus, qui vixit paulo poſt Cæſarem, obiitque anno circiter undecimo imperantis Tiberii (10) deſcribit Cæſenam ex uno latere per flumen Iſapim, ſeù Sapim, quod huic urbi proximius eſt à parte Occidentali; rationabiliter dicendum eſt, non illam deſcripſiſſe à parte Orientali, niſi per flumen, quod ei magis proximè fluit. Sed hoc eſt illud, quod vocatur *Rico*, ſeù Piſcitellus, ergo Rico, ſeù Piſcitellus, & non alius, eſt ille idem Rubico, quem Cæſar contra interdictum Romanæ Reipublicæ pertranſivit.

(9) Clarem. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par. 1.

(10) Caſaub. in init. Geograph. Strabon.

6. Confirmatur eadem ratio ex eo quod Apruſa, ſeù Pluſa, vulgò *il Luſo*, non eſt primus poſt Cæſenam fluvius, occurrens euntibus verſus Ariminum, ſed quartus. Ergò ex hoc quoque capite inveriſimile eſt, quod Strabo circumſcripſerit Cæſenã ab hac parte Orientali per quartũ ab ea flumen, diſtans ab ea undecim circiter mille paſſibus; quando illam poterat, & rationabiliter debebat, deſcribere per coæqualem fluvium, primum, & proximiorem, videlicet per Riconem, ſive Piſcitellum, ab ea non diſtantem ultra milliare unum cum dimidio. Quamobrem nemo prudens, & ſapiens, ac veritatis amator, veriſimile judicabit, quod magnus Geographus Strabo, quo nullus fuit in hac profeſſione peritior, per Rubiconem intellexerit Apruſam, ſeù Pluſam, vulgò *il Luſo*. Sed equidem veroſimilius, & omnino rationabilius eſt, quod intellexerit Riconem ſeù Piſcitellum. Adeoque hic, non verò Apruſa, ſive Pluſa vulgò *il Luſo*, eſt Rubico, de quo ſermo habetur. Sicque intelligendam eſſe Strabonem, vide Paulum Merulam infrà (11).

(11) Vide infra cap. ſequent. n. 8.

7. *Secunda Ratio* deſaminatur ex *Plinio*, evidenter diſcriminante in eodem contextu, & inter eaſdem Civitates Arimini, ac Cæſenæ, nominatim unum poſt

alium

Digitized by Google

alium hos duos fluvios *Apruſam*; & *Rubiconem*. En ejus verba (12) Italiæ *octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluvius Cruſtuminum* (vulgò la Conca). *Ariminum Colonia, cum amnibus Arimino, & Apruſa. Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiæ: ab eo Sapis, & Vitis* (qui nunc dicitur, il Ronco: Ergo Apruſa, ſeù Pluſa, vulgò *il Luſo*, non eſt Rubico, ſed alius fluvius diſtinctus, & diverſus à Rubicone, ibi contextualiter nominato. Et verus Rubico eſt ille, cui per ordinem fluminum, à Plinio memoratorum, gradiendo ab Oriente ad Occaſum, ſequitur immediatè Sapis lambens Cæſenam. Sed fluvius cui ſequitur Sapis ut ſupra, eſt Rico, ſive Piſatellus. Ergo Rico ſeù Piſcitellus eſt verus Rubico à Cæſare pertranſitus, non autem *Luſus*.

(12) Plinius Hiſtor. natur. lib. 3. cap. 15.

8. Ad eludendam pariter, & declinandam vim fortiſſimam hujuſmodi Rationis, quidam Impugnator veritatis commentus eſt ſpecioſiſſimam adinventionem: autumans, *Apruſam*, ibi à Plinio nominatam contemporaneè cum Rubicone, non eſſe fluvium, vulgari voce appellatum, *il Luſo*, & decurrentem inter Ariminum, & Cæſenam: ſed alium amniculum vocatum *Aveſa*, ſive Apeſa, fluentem inter Ariminum, & Piſaurum. Sicque transferens nomen Apruſæ à ſuo loco ad alium; à fluvio Occidentali Arimini, ad amnem eidem civitati Orientalem: quo ſanè figmento, ac forma confundendi, transferendi, & ſubvertendi nomina topographica, fluminum, & locorum, quæ ab antiquis Hiſtoricis, & Geographis memorantur, nil dari poteſt magis à veritate alienum, & ab honeſtate remotum.

9. Miramur vero, quod Philippus quoque Cluverius hic ſeſe incaute implicaverit, confundendo Apruſam cum Aveſa (13). Qui tamen, ſi ex una parte verba Plinii exactiùs diſcuſſiſſet: & ex alia diligentiùs conſideraſſet curſum fluminum, Cæſenam inter, & Ariminum decurrentium; cuncta demum legiſſet hic referenda

(13) Cluver. Ital. antiqu. cap. 5.

da; diverſam profecto foviſſet opinionem, ac ſubſcripſiſſet communi omnium aliorum ſententiæ, firmiter aſſerentium, Apruſam Plinii eſſe illum, & eundem fluvium, qui nunc dicitur vulgari voce *il Luſo*. Huic namque veritati ſuffragantur una voce quotquot Hiſtorici, & Geographi de ipſo fluvio Apruſa ſunt locuti: &ſi Jacobus Villanius rem ſubvertere nitatur, ac Apruſam tranſmutare in Aveſam (14). Cui tamen Auctori, tamquam in cauſa propria ſcribenti, & ſupponenti quod probandum eſt, ac prætcrea notato cenſurâ interdictæ lectionis, nullam profecto adhibebunt fidem viri cordati: maximè in conſpectu tot aliorum graviſſimorum Scriptorum, apertiſſimè ſtatuentium oppoſitum.

(14) Milan. Arimin. Robic. à fol. 38. & in ejus addition. fol. 11.

10. Etenim *Paulus Merula* celeberrimus Geographus, & eruditiſſimus Antiquarius, poſt mentionem factam Arimini, proſequitur: *Interrumpit Æmiliam paulo poſt Pluſa, Apruſa Plinio &c. Torrens ſuccedit Butrius &c.* (15). Pariter *Philippus Ferrarius*, inſignis & ipſe Geographus, præſenti quæſtione diligenter perpenſa, pronunciat: *Apruſa, Pluſa, fluviolus Galliæ Togatæ, viam Æmiliam ſecans apud Savinianum, inter Cæſenam, & Ariminum* (16). Et alibi: *Eſt itaque Rubico is, qui inter Apruſam (quæ PROCULDUBIO LUSO, quaſi Pluſo, nunc appellatur) & Sapim in mare delabitur* (17). Sic etiam Auctor *ſupplementi Ambroſii Calepini* eruditè tradit, quod Rubico Cæſenæ proximus *mare ſubit inter Apruſam fluvium, vulgo Luſo, & Sapim* (18). Nuperque Anonymus Mediolanenſis in Tabula Chorographica Italiæ medii ęui ſect. 16. num. 83. Luſum flumen eſſe idem cum Apruſa diſertiſſimè conteſtatur (19).

(15) Merula Coſmogr. lib. 4. cap. 11. fol. 730.

(16) Philip. Ferrar. Geograph. V. Apruſa.

(17) Idem loco cit. V. Rubico.

(18) Calap. Verb. Rubico.

(19) Murator Rer. Ital. tom. 10. fol. 166.

11. Ad hæc & *Joannes Nicolaus Doglionus* in ſua Europa Italicè conſcripra diſertiſſimis verbis ait: *Alla via Emilia, vi è Savignano, e poi trovaſi il fiume Pluſa, da Plinio detta Apruſa &c.* (20). Huic adde alium notiſ-

(20) Dolion. in Romandiol.

tiſſimum Hiſtoricum, & Geographum, *Leandrum Albertum*, pariter Italicè referrentem: *Seguitando detta via*, Emilia, *ſi ritrova eſſer interotta dal fiume Pluſa, da Plinio dimandata Apruſa* (21). Denique, omiſſis aliis, tum Scriptoribus librorum, tum Auctoribus tabularum Geographicarum, allegamus Flavium Blondum Romandiolum, & patria Forolivienſem, hiſtoricum inſignem, ac virum ingentis famæ, qui apertiſſimè inſinuat, flumen dictum *il Luſo*, eſſe Pluſam, & illud ipſum, quod Plinius vocat Apruſam (22).

(21) Leand. Albert. deſcr. Ital. in Romandiol.

(22) Flau. Blond. in region. 6. Romandiol.

12. Addimus his Tabulam Geographicam Italiæ, quæ inſerta cernitur Operibus Julii Cæſaris impreſſis Londini anno 1712. typis Jacobi Tonſon: ubi ordinatim ab Ortu ad Occaſum delineata reperiuntur nomina horum fluminum, & Civitatum: ***Ariminum***, *Apruſa*, *Rubico*, *Cæſena*, *&* *Sapis* (23). Conſonat alia Tabula, quâ ſocii Palatini Mediolanenſes nuper ornarunt primum Tomum Scriptorum rerum Italicarum: ubi propè Cæſenam adpoſitus eſt Rubico: inde *Apruſa* fluvius: poſtea Ariminum (24). Apruſa igitur non eſt Rubico inter Cæſenam, & Ariminum: neque eſt *Aveſa* inter Ariminum, & Piſaurum: ſed eſt ille, qui correſpondet Apruſæ Plinii, & fluvio nunc appellato *il Luſo*.

(23) Opera Cæſaris impreſ. Londini an. 1712. poſt fol. 221. ad lib. 1. de Bell. civil.

(24) Murator. Rer. Ital. to. 1. in princip.

13. Nec opponatur præclaræ huic Tabulæ, Sociiſque Palatinis præfatis, ac Geographis, & Hiſtoricis mox recenſitis, Philippus Cluverius, reputans Apruſam Plinii non eſſe *Luſum*, ſed Aveſam. Nam petimus cur deferendum ſit potius uni tantum Scriptori, quam multis? Unico dumtaxat Cluverio, quam Sociis Palatinis ac tot, & tantis Auctoribus ſuperius memoratis? Quod ſi effutias, omnes iſtos fuiſſe deceptos à Blondo, ponente Apruſam Plinii pro Pluſa, vulgò *Luſo*: & omnes oculo cæco, ac inconſiderate ad inſtar ovium errantium, illum eſſe ſecutos; cave ne nimis temerarium ſit hujuſmodi vaniloquium, & injuriorum tot, ac tantis viris rerum uſu, ſolertia, & eruditione præclaris, ac ſum-

ſummopere de republica literaria benemerentibus: adeoque tali contumelia neutiquam afficiendis.

14. Deinde quærimus, cur potius cenſendum ſit, quod tot, & tanti viri, numero, & eruditione conſpicui, decepti fuerint à Blondo, loquente juxta textum obvium Plinii, ut mox patebit: item nativo provinciæ Romandiolæ; ac experimentalem notitiam habente fluminum per eandem decurrentium: quæ fortaſſe millies pertranſivit, ac peragrando ſcrutatus eſt: & non magis veracius, ac rationabilius judicandum ſit, quod unicus Cluverius Ultramontanus ex Dantiſco in à Pruſſia, lector Leidenſis, ubi obiit ætatis annorum 43. (25) ac qui vix forte ſemel per tranſennam vidit flumina Romandiolæ, ſe incaute dederit alicui alteri decipiendum, impugnanti veritatem, loquenti contra textum apertiſſimum Plinii, ac transferenti nomen Apruſæ à fluvio Luſo ad alterum Aveſæ?

(25) Coronel. Atlante Venet. in princip.

15. At perſcrutemur funditus verba Plinii. Progreditur ille ſermone ordinatim ab Oriente ad Occidentem, commemorans fluvios in ora maris Adriatrici conſtitutos, ac in regione octava Italiæ contentos, dicens: *In ora fluvius Cruſtaminum, Ariminum Colonia, cum amnibus Arimino, & Apruſa. Fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiæ. Ab eo Sapis, & Vitis* (26). Statuit ergo *Apruſam*, non ante, ſed poſt flumen, quod vocatur Ariminum (& alia voce Maricula, vulgò *la Marecchia*) decurrens penes Civitatem Arimini. Nec ipſam Apruſam ponit inter Cruſtuminum, & Ariminum flumen, prout eſt *Aveſa*; ſed inter Ariminum, & Rubiconem proximum Sapi, prout eſt *Luſus*. Ergo Apruſa Plinii non eſt Aveſa, ſed Luſus.

(26) Plinius hiſtor. natur. lib.3.c.11.

16. Profectò valdè ineptus, & inordinatus eſſet ſermo Plinii, procedens ab Oriente in Occaſum, ſi memoraſſet ſubverſive prius Ariminum, & poſtea Apruſam, hancque velut eidem Occidentalem; ſi *Apruſa* occurriſſet ipſi ante Ariminum ab Oriente, prout ei occurrit

currit *Aveſa*. Item cum ſibi præfixiſſet mentionem ordinatam, & gradatam fluminum ibidem decurrentium in fretum Adriaticum; ſanè nominando prius fluvium Ariminum, ſive Mariculam, quam Apruſam; non ordinatim proceſſiſſet, ſed deſultoriè. Imò retrorſum inceſſiſſet more cancrorum, ſi reverà prior occurriſſet illi Apruſa, quam Maricula, ſeù flumen Ariminum. Hæc autem tum ordinis præterverſio, tùm nominũ tranſpoſitio, tum præpoſteratio ſermonis, nec ſupponenda eſt, nec poteſt admitti, ſine injuria tanti Scriptoris.

17. Dices, quod Plinius nominare debuit prius flumen Ariminum, ſive Mariculam, quam Aveſam (ſuppoſitam ſub nomine Apruſæ, tametſi ordine poſteriorem) ratione majoris dignitatis, qua ſit præditum primum: tamquam prolixiorem habens curſum, & uberiorem copiam aquarum. Denominatio enim fieri debet à digniore (27). At puerilia ſunt hæc ubi Scriptoris verba clare loquuntur. Et iſta ſic torquere, ac pervertere, non eſt exponere veritatem, ſed cavillari. Negatur enim primo ſuppoſitum, quod ſapientis Geographi ſit in deſcribendis rebus geographicis nominare prius digniores, tametſi ſubſequentes, quam minus dignas, quantumlibet præcedentes: nominare namque, ſignare, memorare debet res ordinatim prout ſunt, & occurrunt, atque à natura diſpoſitæ reperiuntur, nulla dignitatis habita prælatione.

(27) Gloſ. in leg. prim. ff. de verb. oblig.

18. Secundo negatur aliud ſuppoſitum, nempè quod major dignitas fluminum deſumatur à majori prolixitate curſus eorum, & magis afluenti copia aquarum, quas ducunt. Nam ſicut major dignitas hominum non à majori proceritate ſtaturæ, neque à majori pinguedine corporis æſtimatur; ita & flumina non eo magis digna ſunt, quo longius percurrunt, vel quo uberius undis tumeſcunt: ſed ex aliis prærogativis, quæ illis famam, & honorem conciliant. Certè Tiberis prolixitate itineris, & aquarum afluentia, multis à fluminibus ſuperatur

Digitized by Google

tur; famâ tamen, honore, ac dignitate nulli eſt inferior: & fortè vix ullum habet fluvium æqualem.

19. Tertio, Plinius inter Mariculam, ſeù flumen Ariminum, & Apruſam nullam conſiderat dignitatis prærogativam. Ait etenim: *Ariminum Colonia, cum amnibus Arimino, & Apruſa* (28). Si utrumque afficit nomine *Amnis*; non alium alio magis dignum prædicat, ſed ambos retur æquales. Si æquales; ergo nullam habuit cauſam præpoſterè nomen alterutrius adnotandi. Ergo ſi nominavit *Apruſam*, non inter Cruſtuminum, & Ariminum, ubi eſt *Aveſa*, ſed inter Ariminum, & Rubiconem, proximum Sapi, ubi eſt *Luſus*; evidentiſſimè patet, quod Plinius pro Apruſa non intellexit Aveſam, ſed Luſum. Et cum in eodem contextu diſtinctè memoret, uti fluvios differentes, & diſparatos *Apruſam*, vulgò Luſum, & *Rubiconem*, vulgò Riconem, ſeù Piſcitellum; etiam cæcutientibus patefecit, quod Rubico Cæſaris non eſt *Luſus*, ſed Rico, ſeù *Piſcitellus*.

(28) Plinius loco paulo ſupra citat.

20. *Tertia Ratio* deſumitur ab identitate nominis *Rubiconis*, quod fluvius Rico, ſeù Piſatellus ſemper, & perpetuo uſque ad noſtra tempora conſervavit, ſervatque adhuc integrum, & intactum apud Cæſenates, Ravennates, Forolivienſes, alioſque circumvicinos incolas provinciæ Romandiolæ, nobiles, doctos, & cultius eloquentes: qui hoc flumen nominando, illud vocant Rubiconem, prout experientiâ omnibus innoteſcit: & individuè ſic nominari à Cæſenatibus teſtantur inter cæteros Philippus Ferrarius (29) & Auctor ſupplementi Calepini (30). Apud gregarios vero, ruſticos, & minus cultos, non integrum, ſed corruptum pronunciatur, nempe *Rico*, ſeù *Rigone*: quod per idiotiſmum fit, ex eo quia forma loquendi per eandem provinciam apud imperitos innumeras patitur eliſiones: itaut eorum ſermo in ſyllabis, & verbis continuam præſeferat ſeriem figurarum Apheresis, Syncope & Apocope.

(29) Ferrarius Lexic. Geograph. V. Rubico.
(30) Calepin. verb Rubico.

Hæc

Digitized by Google

Hæc nihilominus verba *Rico*, & *Rigone* non ne obvium continent ſonum *Rubiconis*, quamvis eliſum & depreva-tum? Propagatio autem hujus nominis, ejuſdem quoque fluminis identitatem evidentiſſimè probat. Alia de hac rè vide infra (31).

21. Nec dicas vocabulum *Riconis*, & *Rigonis*, non referri ad nomen Rubiconis fluminis, ſed ad *tumbam Rigonis Rizzardelli propè Piſſadellum* ſitam, & à Cæſenæ Statutis municipalibus memoratam (32) quippè citò veniloquii convinceris, quoties pacato animo ponderabis, quod idem fluvius non Rico, ſive Rigo, vulgò Rigone, appellatur per totum ejus decurſum; ſed à ſolo fonte montano uſque ad viam Æmiliam per octo mille paſſus. Ab eadem vero via uſque ad mare, per iter decem milliarium, non Rico, neque Rigone, ſed Piſatellus communiter nominatur, uti referunt Flavius Blondus (33) Marius Nizzolius (34) Michael Angelus Baudrand (35) Nicolaus Loydius (36) & alii: quos inter Scipio Claramontius inquit: *Toto eo tractu, qui octo circiter milliarium eſt, uſque fermead Æmiliam viam*, Rico *vocatur. In* Piſatelli *inde nomen tranſit, quod uſque ad finem retinet* (37). Rigo autem Rizzardellus non ſupra, ſed longe infra viam Æmiliam tumulatus fuit: & è regione illius tumbæ fluvius noſter non Rico, non Rigone dicitur, ſed Piſcitellus. Non ergo nomen accipit à Rigone Rizzardello, ſed illud habet idioticè depravatum ab originario ſuo vocabulo Rubiconis (38).

22. Præterea poſtulamus, cur judicandum ſit, quod fluvius Piſcitellus nomen Riconis, à ſua ſcatebra uſque ad viam Æmiliam, traxerit à Rigone Rizzardello; & non potius Rico Rizzardellus nomen ſortitus ſit ab ipſo fluvio Ricone, ſeù Rigone? Si rem ſerio ponderemus, & in ſenſu veritatis judicium ſit ferendum; eſt multo veriſimilius, quod homo nomen acceperit à flumine, quam tradiderit. Et ſicut plerumque fabulas potius, quam hiſtorias referunt, qui recenſent, hoc, vel illud flu-

(31) Vide inf. cap. 17. n. 12. & 19.

(32) Stabut. Cæſen. fol. 292.

(33) Flau. Blond. Ital. illuſtr. Region. 6.

(34) Nizzol. Theſ. ling. Latin. V. Rubico.

(35) Baudrand. Geograph. V. Rubico.

(36) Lloyd. dictìon. Hiſtor. &c. V. Rubico f. 860.

(37) Clarem. Hiſt. Cæſen. in appar. par. 2. fol. 15.

(38) Vincent. Cæſenat. de Rubicon' antiq. ſect. 3. cap. 8. fol. 52.

men traxiſſe nomen à tali, vel tali viro, aut muliere; ſic & hiſtoricæ veritati ſine ambiguitate innituntur, qui quoſdam homines tradunt à fluminibus ſua nomina recepiſſe. Legat, cui placet Antiquarios, & inveniet in lapideis elogiis nominatos Damnuuium, Euphratē, Inachum, Halim, Boryſthenem, Nilum, Rhenum, Scamandrum &c. (39): quæ nomina ſunt hominum, à totidem fluminibus deſumpta, conſimilis appellationis. Ac individuè de nomine Riconis, ſeù Rigonis, reperitur in antiquis Annalibus Cæſenatibus, quod anno 1316. die 18. Maii, Faſolinus olim d. *Rigonis* Faſſi Capitaneus Caſtri Rontæ, à Forolivienſibus fuit in eodem obſeſſus (40). In Tabulario item Epiſcopatus Sarſinæ tempore Franciſci Cabuli Epiſcopi, unus ex Feudatariis nobilibus illius Eccleſiæ nomen obtinebat *Rigonis* de Monte Auriolo (41). Magis ergo rationi conſonū eſt affirmare, quod Rigo Rizzardellus, ut & Rigo Faſſus, ac Rigo de Monte Auriolo, nomen ſortiti ſint à fluvio Rigone; quam quod hic illud mutuò acceperit à Rigone Rizzardello. Et ſanè cur à Rigone Rizzardello, non verò à Rigone Faſſo, vel à Rigone de Monte Auriolo?

(39) Raphael Fabret. Inſcript. antiqu. cap. 3. n. 486. cap. 5. n. 192. & cap. 8. f. 348. Urſat. monum. Patau. lib. 1. ſect. 33.

(40) Annal. Cæſenat. an. 1316. apud Murator. to. 14. fol. 1136.

(41) Libell. Epiſcop. in Cancell. Epiſcopal. Sarſin. in Franc. de Calbulo Epiſcopo.

23. Augetur vis reſponſi, rurſus petendo. Antequam Rigo Rizzardellus tumularetur haud longe à Piſcitello; fluvius Rico, vulgò Rigone, quomodo vocabatur? Certè innominatus non erat: & ab initio mundi per multas annorum chiliadas fuit ante ipſum defunctum. Cumque Rigo ſit nomen, & Rizzardellus ſit cognomen, ac non admodum antiquæ euphoniæ: Cognomina autem in uſu non eſſent priſcis temporibus, præſertim Gothorum, & Longobardorum dominantium Italiæ imò & nec uſque ad ſæculum Chriſti nonum, aut decimum, ſive circa illa tempora (42) ſequitur quod idem Rizzardellus non ad remotiora ſęcula pertinet ſed potiùs ad poſteriora. Igitur antequam ille iu vivis eſſet, *Rico*, ſive *Rigone* fluvius, quomodo vocabatur? Cer-

(42) Braſchius de famil. Cæſen. cap. 5. num. 7.

Certè non niſi *Rico*, ſive Rigone. Ergo non accepit nomen à Rizzardello, ſed dedit. Et ipſe idem fluvius per ſyncopen dictus eſt Rico, ſive Rigone, non à Rigone Rizzardello, ſed ab antiquo nomine Rubiconis.

24. Quod item fluvius decurrens inter Sabinianum, & Ariminum, vulgò, *Luſo*, latine *Pluſa*, & à Geographis cum Plinio appellatus *Apruſa*, prout ſupra probatum eſt, ſit unus, & idem; id evenit ex analogia, quam invicem ſervant vox Apruſa, cum voce Pluſa, & Pluſa cum Luſo: quamvis ſecunda, & tertia ſint idioticè, vel figuratè per apherefim, aut paranomaſiam conturbata, retento tamen tinnitu, & reſonantia quadam vocis *Apruſa*. Præterea illi, qui nomen idem *Apruſa*, de fluvio Luſo ad alium vocatum *Apeſa* ſeù *Aveſa* orientalem Arimini transferre nituntur; id honeſtari poſſe ſibi ſuadent ex aliquali ſimilitudine vertente inter voces Apeſa, & Apruſa; multo magis igitur honeſta eſt ratio arbitrandi, quod nomen fluvii Riconis, vel Rigone, ſit ſynonimum, ex identicum vocabulo Rubiconis, cum quo majorem conſonantiam, pleniorem que continet euphoniam. Et ſic fluvius Rico, ſeù Piſatellus nedum integrè, ac expreſſe, penès viros cordatos, & cultius eloquentes; verum etiam idioticè, aut figuratè apud ruſticos, & gregarios, nomen retinet Rubiconis; Ergo ille idem *Rico*, non Apruſa, ſeù Pluſa, vulgò il Luſo, eſt verus Rubico à Cæſare pertranſitus.

CA-

CAPUT III.

Proponitur quarta Ratio favore fluminis *Riconis*, ſeù Piſcitelli, deſumpta ex Auctoritate Scriptorum.

SUMMARIUM.

1. QUarta *Ratio proponitur ex auctoritate Scriptorum omni exceptione majorum.*
2. Blondus, *ante motam litem, Riconem, ſeù Piſcitellum, pro Rubicone antiquorum agnovit.*
3. Joannes Philippus Bergomas *illum eſſe Rubiconem tradit, qui vocatur ab accolis, Piſatellus.*
4. Marcus Antonius Sabellicus *Rubiconem corrupte Rugonem nunc appellari aſſeverat.*
5. Abraham Ortelius *idem ſenſit. Non ſupponendum eſt, ſed probandum, hos Scriptores fuiſſe deceptos.*
6. Joannes Jacobus Hofmannus *eum fatetur eſſe Rubiconem, quem hodie Rugonem, & Piſatellum appellant.*
7. Paulus Merula *conteſtatur, Livii, Lucani, & Svetonii Rubiconem, eſſe illum, qui nunc dicitur Piſatellus.*
8. *Nec ſemel, ſed bis, quæſtione ventilata, & rationibus perpenſis id affirmat.*
9. Philippus Ferrarius *Riconi, ſive Piſatello, aſſignat identitatem antiqui Rubiconis.*
10. *Habenſque præ oculis noſtram difficultatem, ea examinata, idipſum pronunciat.*
11. Marius Nizzolius *eandem ſententiam favore Riconis, ſive Piſcitelli tuetur.*
12. Raphael Volaterranus, *nec non* Auctor Supplementi *Ambroſii Calepini, ſentiunt idipſum.*

13.

Digitized by Google

13. Joannes Schildius, *atque* Michael Angelus Baudrand *favent ipſi Riconi, ſive Piſatello*.

14. Sebaſtianus Munſterus, *itemque* Aldus Manutius *eidem flumini ſuffragantur*.

15. Philippus Cluverius *prædicatum antiqui Rubiconis aſſignat Riconi, licet Inſcriptionem impugnet*.

16. *Sed & bis, ac ter cauſam Riconis fovet, ut antiquorum Rubico cenſeatur*.

17. Nicolaus Perottus *patefacit, illum eſſe Rubiconem, qui nunc Rico nuncupatur*.

18. Lucas Holſtenius *monuit Villanium de agnoſcenda identitate Rubiconis in Piſatello*.

19. *Cui & quinque motiva conſideranda propoſuit id comprobantia*.

20. *Holſtenius, Baudrand, Ferrarius, & alii, poſt ſcripta favore Luſi, ſtetere pro Ricone*.

21. Angelus Maria Torſanus *ter de Rubicone loquitur favore Riconis*.

22. *Memoratque, in ejus ripa erectum eſſe Obeliſcum, continentem Juſſionem Romanam*.

23. Nicolaus Loydius *identitatem Rubiconis aſſignat, Riconi, ſive Piſatello*.

24. Gaudentius Merula *fruſtra requiri docet Rubiconem circa Ariminum: & eſſe Piſatellum*.

QUarta Ratio, probans, Rubiconem Antiquorum eſſe non Luſum, ſed Riconem, ſeù Piſcitellum, deſumitur ex auctoritate Scriptorum, omni exceptione majorum, qui tum geographicè, tum hiſtoricè præſentem materiam attigerunt, nedum ante, verum etiam poſt motam quæſtionem. Numquid enim *de nomine Fluminis antiquo poſſumus aliter* melius, *quam Scriptorum doctorum teſtimoniis decernere, quo plura ſunt, & expreſſiora* (1). Hicque prætermiſſis, tamquam ſub ſuſpicione cadentibus, tam Scriptoribus Cæſenatibus, quàm Ariminenſibus, qui fovent hinc inde cauſam propriam

(1) Vincent. Cæſenas de Rubicon. antiqu. ſect. 3. cap. 8. fol. 51.

priam (& quorum nonnulli magis prudenter, ac ſapienter proceſſiſſent, ſi de ſola veritate ſolliciti fuiſſent abſque verborum aculeis elocuti : cum non jurgia, non invectivæ, non calumniæ, non contumeliæ, vel injuriæ; ſed rationes, graviter, & modeſtè prolatæ, in rebus doctrinalibus debeant prævalere). His, inquam, prætermiſſis; cæteri, qui neutri partium contendentium addicti ſunt, ſed ſoli præbent ſuffragium veritati; omnes uno ore, junctis calamis, concordibuſque vocibus identitatem Rubiconis adjudicant Riconi, ſeu Piſcitello, ſi unum, vel admodum paucos excipias, qui rationes Cæſenatum aut neſcierunt, aut perpendere noluerunt.

2. Et in primis adeſt *Flavius Blondus*, vir eruditionis eximiæ, à ſecretis Eugenii Papæ IV. & à Pio PP. II. dictus *Hiſtoriarum Scriptor egregius* (2) : quas produxit ab anno 407. uſque ad annum 1440. (3). Huic, tamquam patriâ Forolivienſi, & rerum provinciæ Romandiolæ tam ſtudio, quam experientia peritiſſimo, multum deferendum eſſe, quiſque prudens rationabiliter judicabit : cum propter propinquitatem veriſimile ſit, quod utrumque flumen Riconem ſcilicet, ſeù Piſcitellum, & Luſum, perpluries viſitaverit, & exactè ſit perſcrutatus. Is ergo ante motam quæſtionem, ita ſcribit : *Succedit Torrens parvus Rubico, terminus olim Galliæ Ciſalpinæ, Italiæque. Infra Flaminiam viam Piſatellum vocant; ſupra, Riconem. Florente Romana Republica, vetabatur, nè quis armatus illum abſquè Magiſtratuum licentia tranſiret* (4). Vide quam diſerte loquitur ! Et quoniam nil ſibi obiicit de Luſo; ſignum, eſt, quod ſuæ ætate nulla forabatur ambiguitas, quin Riconi, ſeù Piſcitello competeret identitas Rubiconis.

3. Similiter *Jacobus Philippus Bergomas*, celeberrimus, & eruditus, tum Geographus, tum Chroniſta, qui floruit anno Chriſti 1480. (5) : ſcribens de Arimino, inter cætera tradit, quod *habet Rubiconem fluvium*

(2) Pius II. commentar. libr. 11. fol 310. 28.
(3) Bellarmin. de Script. Eccl. in Blondo.
(4) Blondus Ital. illuſt. Region.6.
(5) Bellarmin. & Labbe de Script. Eccleſ. in eodem.

Digitized by Google

vium propinquum : qui fluvius cum parvulus ſit , ab accolis Piſatello vocatur (6) . Nec vim facias ſuper verbo *propinquum* : hæc enim propinquitas eſt ſuo termino congruè referenda , qui eſt Rubico *vocatus ab accolis Piſatello*: hacque de re vide inferius (7) . Neque pariter effutias ſolitam cantilenam , quod Bergomas, & plures alii , decepti fuerunt à Flavio Blondo : quippè injurioſa eſt hæc calumnia tot, & tantis Auctoribus, à Republica literaria commendatis , & de omnigena eruditione benemerentibus . Adde quod Bergomas vix forte legit ſcripta Blondi coetanei ſui : quæ (nondum adhuc tunc effuſius divulgata Typographiæ arte)non adeo cito potuerunt cunctis per orbem Scriptoribus eſſe facta communia .

(5) Jacob. Philip. Bergom. ſuppl. Chronic.

(7) Vide inf. cap. 20. à num. 16.

4. Subſequitur his *Marcus Antonius Sabellicus* vir magni nominis , & eruditionis , qui de Rubicone ita loquitur : *Is finis olim fuit Ciſalpinæ Galliæ , & Italiæ &c. Hodie corrupto nomine Rugonem accolæ vocant* (8) Rigonem , ſeù Riconem , & Piſcitellum, unum , & eundem eſſe fluvium , pro varietate locorum ſic diverſimodè nominatum , jam ſatis fuit ſuperiùs patefactum . Si ergo Rigo, ſeù Rico, eſt idem ac Rubico ; igitur Piſcitellus , qui eſt unus , & idem ac Rigo , ſeù Rico ; eſt quoque unus , & idem ac Rubico . Nec refricetur illud inane dicterium , quod Sabellicus deceptus fuit à Blondo : quippe Sabellicus non erat vir talis , qui aliorum deceptioni pateret . Magiſque idoneus erat, ut errantes ipſe corrigeret , quam ut à veritate deviis conſentiret . Præſertim quod hic non loquitur in ſententia Blondi , vel alterius Auctoris , ſed in ſuo ſenſu proprio, & peculiari. Ac generaliter nunquā eſt dicendum, viros graves inconſulte locutos eſſe , vel deceptos fuiſſe ; niſi clarè probetur oppoſitum (9) . Oppoſitum autem hic nullus unquam probabit .

(8) Sabellic. in Sveton.

(9) Vincent. Cæſenas loc.cit.f.53.

5. Demus itidem locum *Abraham Ortelio Antuerpienſi* Geographo magnæ famæ , qui ſcripſit poſt motam

E li-

Digitized by Google

litem, è viviſque receſſit anno 1598. (10). Audiamuſque illum ita loquentem: *Rubico Flaminiæ flumen, Italiæ quondam, & Galliæ terminus. Georgius Fabricius ſcribit hodie Runconem appellari. L. Albertus Piſatello. Hic hærerem, niſi hunc nodum mihi ſolveret Blondus* (11). Si opponis, quod Ortelius non aſſertivè, ſed relativè loquitur; falleris: nam concludit, ſe adhærere ſenſui Blondi. Si replicas fuiſſe à Blondo deceptum; perpende illius verba, & agnoſces, quod Blondum retur non deceptorem, ſed inſtructorem, & magiſtrum habilem ad nodos literarios dubios extricandos. Cæterum nimis vaga, petulans, futilis, & pudenda eſt hujuſmodi oppoſitio: quippe cui ſi prƺberetur auditus, nihil poſſet unquam probari auctoritate Scriptorum. Statim enim reſponderet impugnator, Scriptorem allegatum fuiſſe deceptum: & cum omnibus poſſit eadem reſponſio applicari; omnes jam pro deceptis oſtentarentur, & ſic actum eſſet de auctoritate Scriptorum: quos profecto non dicendum, non ſupponendum eſt, ſed efficaciter probandum, fuiſſe deceptos.

(10) Coronel. Calante Venet. in principio.

(11) Abr. Ortel. Geogr. verb. Rubico.

6. Ex recentioribus *Joannes Jacobus Hofmannus* Teutonicus, Profeſſor in Academia Baſileenſi, noſtra in ſubjecta materia ſic loquitur: *Rubicon fluvius in octava Italiæ regione, in Apennino monte naſcens, & inter Ariminum, & Ravennam in mare Adriaticum influens, antiquus Italiæ, & Galliarum terminus.* Lucan. lib. 1. num. 213. *Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis Puniceus Rubicon.* M. Tullius Philippica 6. *Flumen Rubiconem, qui finis eſt Galliæ.* Inde ſubdit: *Apud ortum Rugon, inferius vero* Piſatello *vocatur. Hunc cum armis exercitus tranſire nefas fecit lex vetus Senatus Populique Romani, morte puniendum* (12). Lucubravit hic Auctor ſuum opus dudum poſt motam controverſiam: legitque tam quæ pro, quam quæ contra identitatem Rubiconis fuerant exarata uſque ad ejus ætatem. Victuſque à veritate pronunciavit, flumen ipſum

(12) Hofman. Lexicon. univerſ. V. Rubicon.

ſum

Digitized by Google

ſum eſſe non *Luſum*, ſed illum, qui modo *Rugon*, ſeù Rico ſuperius, & infra viam Æmiliam *Piſatellus* communiter appellatur.

7. Allegamus modo *Paulum Merulam* Batarum eximium Coſmographum, Hiſtoricum, & Juriſconſultum, ac omnigena ſua eruditione præclarum: qui & ipſe ſcripſit poſt motam litem, fuitque ſucceſſor Juſti Lipſii in Cathedra lectorali Leidenſi, & mortuus eſt anno 1607. (13). Is habita præ oculis idea præſentis quæſtionis, ea quæ ſequuntur ſcientificis lectoribus, in obſequium veritatis expreſſit. Prætergreſſo Arimino, *interrumpit Æmiliam* viam *paulo poſt Pluſa, Apruſa Plinio. Torrens ſuccedit Butrius. In proximo exiguus eſt amnis Piſatellus. Sic hodie audit qui Rubico Livio, Lucano, Cæſari, Svetonio, Silio, Plinio, Itinerariæ tabulæ, aliis. Rubicon Ptolemæo, aliiſque Scriptoribus Græcis, Rubicon Straboni* (14). Vide quam diſerte ſtatuit, fluvium, quem Latini, & Græci Auctores Rubiconem vocant, eſſe illum ipſum, individuum, & identicum, qui nunc alio nomine dicitur Piſatellus!

(13) Coronel. Atlante Veneto in principio to. 1.

(14) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib. 4. cap. 33. fol. 1234.

8. Adde, quod hic Auctor alibi præcedenter deſcenderat ad intimum examen præſentis controverſiæ, in dubium revocantis, quiſnam ſit verus Rubico Antiquorum, Piſcitellus, an Luſus: & ita effatus fuerat: *Ne quis vero dubitet, utrum qui quondam Rubico, ſit hodie Piſatellus, an vero Pluſa (nam illud controvertitur) expendat velim Strabonem lib. 5. ubi ſcribit, Cæſenam Iſapi fluvio propinquam, & Rubiconi. Sic ſanè res hodie ſe habet. Cæſena non inter Pluſam, & Piſatellum locata; ſed inter Piſatellum, & Savium. Nam qui Savius nunc temporis, Iſapis eſt Straboni, Sapis Plinio, & Silio Italico lib. 8.* (15). Paulus ergo Merula idoneus adeo, & juſtus æſtimator Geographicarum, & Hiſtoricarum rerum, ut multis præferri, nulli poſtponi mereatur; ſemel, & iterum, cauſa cognita, rationibuſque hinc inde ventilatis, ac totius quæſtionis mo-

(15) Idem libr. 4. cap. 11. f. 730. & ſeq.

mentis optime ponderatis, urgente veritate, veluti ſententia definitiva pronunciat, Rubiconem Antiquorum eſſe illum, & identicum fluvium, qui nunc Rico, ſive Piſatellus voce idiotica nuncupatur.

9. In eundem ſenſum ivit *Philippus Ferrarius* excellens Geographus, & Hiſtoricus, qui per 48. annos Mathematicam docuit in Univerſitate Papienſi, obiitque anno 1626. (16). Ait namque, ſe data opera viſitaſſe loca, per quæ uterque fluvius decurrit; *Rico*, & *Luſus*: rebuſque bene penſatis, ac veritate cognita, & oculari obſervatione conſpexiſſe, quod celeberrimus Antiquorum Rubico, non eſt ille, qui nunc dicitur Luſus; ſed alius, qui Rico, ſeù Piſcitellus communiter appellatur. Quamobrem ſcripſit: *Rubico Piſatello, circa ortum Rugoſo teſte G. Merula, fl. Emiliæ, ſeù Galliæ Togatæ, apud Cæſenam Urbem, vix mille paſſus ab ea in ortum Ariminum verſus diſtans, olim terminus Italiæ: ubi à Populo Romano Cæſari interdictum, ne ulterius armatus procederet: uti columna marmorea ibi erecta indicat.*

(16) Vinc. Coronel. Atlant. Venet. to. 1. in princip.

10. Deinde acie mentis admota quæſtioni, quam diſcutimus, addit: *Rubiconem eum fluvium, qui inter Savinianum, & Ariminum decurrit, vulgò* Luſo *dictum Ariminenſes putant, quod is à Svetonio, & aliis per agrum Ariminenſium fluere dicatur: cum id Plinio lib. 3. cap. 15. apertiſſimè repugnet. Nam ille ſic ex ordine fluvios recenſet, Ariminum* (ideſt *Marecia*, quæ etiam Ariminum flumen dicitur) *Apruſa* (*qua Rubicon, Sapis &c. Eſt itaque Rubicon is, qui inter Apruſam proculdubio Luſo, quaſi Pluſo nunc appellatur*) *& Sapim in mare delabitur, olim in agro Ariminenſium, non longe à Cæſena fluens, apud ortum, vulgò Rugon, apud Cæſenates Rubicone, & inferius Piſatello appellatur. Apud mare verò, amiſſo proprio nomine, Fiumeſino nominatur, nomine à fluviolo apud Sabinianum oppidum decurrente, cui miſcetur accepto* (17).

(17) Philipp. Ferrar. Lexic. Geograph. V. Rubico.

11.

11. Sed in uno *Mario Nizzolio* viro eruditiſſimo, plures teſtes nunc dabimus, ita ejus eloquio perorantes: *Rubicon, nunc Piſatello, parvus quidem amnis, ſed memorabilis, quod terminus Gallorum, ac Romanæ provinciæ fuerit. Blondus in Italia illuſtrata: ſequitur magni quondam nominis torrens perexiguus Rubicon, Ciſalpinæ Galliæ, & Italiæ arva diſterminare ſolitus. Piſatellum nunc qui ſub Flaminia via: Ruconem, qui ſuprà accolunt, vocant: fuitque olim ſtante, & integra Republica Romana, lege prohibitum, ne quis armatus illum injuſſu Magiſtratuum tranſgrederetur. Eaquè lex loco mota, in quo ab initio fuit poſita, marmore literis inciſa elegantiſſimis, etiam nunc viſitur. Sabellicus in Svetonium, Rubiconem hodie corrupto nomine Riconem accolæ appellant. Priuſquam ad mare ſit ventum, proximo amniculo inſinuatus, aquis, & nomine confuſis in Adriam inter Ariminum, & Ravennam evolvitur. Sulpicius in Lucanum. Ultima Italiæ Urbs erat prima Galliæ Ravenna* (18). Deinde totam exhibet legem paulo ante indicatam.

(18) Nizol. Theſ. ling. latin. V. Rubicon.

12. Nec prætereundus eſt *Raphael Volaterranus*, qui de hoc ipſomet flumine ità effatur: *Rubicon, nunc Piſatello, parvus quidem amnis, ſed memorabilis, quod terminus Gallorum, & Romanæ provinciæ fuerit: nec legionibus ultrà tranſire licebat: ut ex Inſcriptione ejus loci hujuſmodi* (19): Et inſcriptionem ipſam de verbo ad verbum recenſet. Admittatur etiam in teſtem *Auctor ſupplementi* Ambroſii Calepini, ſic aſſeverans: *Rubico fluvius Emiliæ, ſive Gallię togatę apud Cæſenam Urbem, vix mille paſſibus ab ea in ortum Ariminum verſus, qui mare ſubit inter Apruſam fluvium vulgò Luſo, & Sapim, il Savio: & inter Portum Cæſenatem quatuor mille paſſibus, & Ariminum undecim. Hodiè vocatur apud ortum Rugon, apud Cæſenates Rubicone, inferius Piſatello, apud mare Fiumeſino, nomine accepto à fluviolo apud Saviniauum Oppidum decurrente, cui miſcetur*

(19) Volateran. geograph. l.3. fol. 129. 25.

Digitized by Google

tur. Olim fuit terminus Italiæ. Ibi à Senatu Romano Cajo Julio Cæſari interdictum eſt, ne ulterius armatus procederet (20). Quanta ſit Scriptoris hujus auctoritas diſces ex Cardinali de Luca (21).

(20) Calep. to. 2. V. Rubico.

(21) Card. de Luca de Regal. diſc. 97. num. 2. & de Præemin. diſc. 36. num. 11.

13. Ad hæc *Joannes Schildius* in notis ad Svetonium, referentem, quod Cæſar conſecutus eſt ſuas cohortes, quæ ipſi præiverant, ad Rubiconem, *qui provinciæ ejus finis erat*; exponit, quod eundem fluvium *hodie corrupto nomine Riconem accolæ appellant* (22). Dignus eſt quoque hic recenſeri egregius Geographus *Michael Angelus Baudrand*, cujus verba ſunt iſta: *Rubicon fluvius parvus Galliæ Ciſpadanæ, illam ab Italia ſeparans, Plinio, Svetonio, Straboni & Ptolemæo: ubi à Populo Romano Cæſari interdictum, ne ulterius armatus procederet, nunc vulgo creditur* il Piſatello, *amnis Romandiolæ, qui verſus ortum Rico dicitur, & propè Cæſenam Urbem fluens vix duobus milliaribus ab ea in ortum, Ariminum verſus* 18. *diſtans, poſtea amiſſo proprio nomine* Fiumicello di Savignano *dictus, nomine à ſtuviolo ad Savinianum Oppidum decurrente, cui miſcetur, accepto, in Adriaticum ſe exonerat &c.* (23).

(22) Schildius in Sveton. in Cæſar. cap. 31. ad ly Provinciæ ejus finis fol. 36.

(23) Baudrand. Geograph. V. Rubicon.

14. Audiendus & *Sebaſtianus Munſterus* Germanus Auctor contemporaneus ætati motæ litis, qui in ſua Geographia univerſali hæc tradit: *Ariminum eſt Civitas Flaminiæ, non procul à fluvio Rubicone, qui Piſatello hodie appellatur* (24). Poſtmodum præbendæ ſunt aures viro eximio ejuſdem temporis, & omni eruditione referto. Is eſt *Aldus Manutius*, ita ſcribens: *Tyro novus miles, cum Y, non cum I. ex Inſcriptione edicti vetuſtiſſimi, quod adhuc in Rubiconis ripa conſpicitur, à me ſuperiore anno* 1565. *cum Venetiis Romam redirem, diligenter exſcripta* (25). De hac Inſcriptione infra ſuo loco erit ſermo. Nunc ſubſumimus. Fluvius, in cujus ripa emicat ipſamet Inſcriptio ab Aldo viſa, non eſt Luſus, ſed Rico, ſive Piſatellus. Ergo ſecundum Aldum

(24) Sebaſt. Munſter. Geogr. Univerſ. lib. 2. f. 213.

(25) Aldus Manut. libr. de Ortograf. f. 7. 66.

Digitized by Google

dum, Rico, ſive Piſcitellus, non Luſus, eſt Rubico identicus Antiquorum.

15. Eodem argumento habetur ſenſus verax verborum *Philippi Cluverii*: de memorato edicto ſic liberrime perloquentis: *Falſiſſimo igitur loco ſupramemorata Inſcriptio hodie duobus millibus à Cæſena ad ſuperiorem Rubiconis partem conſpicitur, & ipſa ſanè falſiſſima, & adulterina* (26). Num Inſcriptio ſit falſa, & falſiſſimo in loco poſita, ut audacter comminiſcitur iſte Scriptor, nec nè, infra ſuo tempore fuſiſſime diſcutiemus. Nunc ſatis eſt nobis, quod Cluverius illam affirmat eſſe locatam *ad ſuperiorem Rubiconis partem* longe bis mille paſſibus à Cæſena. Verum locus ubi ſita, & cunctis conſpicua reperitur, non eſt fluvius Luſus, ſed Rico, ſeu Piſatellus, fluens bis mille paſſibus circiter à Cæſena. Ergo in ſententia Cluverii, non Luſus, ſed Rico, ſive Piſcitellus, eſt Rubico identicus Antiquorum. Diſcordat itaque à nobis hic Auctor quoad veritatem Inſcriptionis. At omnino conſentit nobiſcum quoad aſſignandum Riconi, ſeu Piſatello prædicatum antiquiſſimi Rubiconis.

(26) Cluver. Ital. Antiq. lib. 1. cap. 28.

16. Creſcit vis ſententiæ Cluverii ex eo, quod alibi protulerat: *Mox deletis Gallis Senonibus, Rubico amnis inter Ariminum, & Ravennam, nunc Rugone, fuit* (27). Et iterum alio in loco: *Limes inde inter Italicas, Gallicaſque gentes, conſtitutus fuit Rubico amnis, nunc Rugone dictus, in via Æmilia, duo millia paſſuum à Cæſena: circa oſtium tria millia ab Oppido Cæſenatico, Fiumicino appellatus* (28). Per hunc Geographum ergo ille fluvius eſt Rubico Antiquorum, ac limes inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam, qui nunc dicitur *Rugone*: qui binis mille paſſibus diffluit à Cæſena: qui circa oſtium decurrit longe à Portu Cæſenatico tribus circiter mille paſſibus: qui denique ibi denotatur titulo *Flumicini*. Sed hæc omnia verificantur adamuſſim de fluvio *Ricone*, ſeu Piſatello; nil vero

(27) Idem Cluver. ibi lib. 1. cap. 2.

(28) Ipſemet Cluverius lib. 1. cap. 22.

iſto-

Digitized by Google

iſtorum convenit fluvio *Luſo*. Ergo non Luſus, ſed Rico, ſeu Piſcitellus, eſt verus, germanus, proprius, & Rubico identicus Antiquorum.

17. Inter aſſertores deinde veritàtis, quam propugnamus, accedat *Nicolaus Perottus* Antiſtes Sipontinus, ita ſum exprimens ſenſum: *Sunt qui exiſtimant, Cæſenam quoque Flaminiæ Urbem à cædendo appellatam, quod exiguo intus amne cæſa, hoc eſt diviſa ſit: vel quod ager ejus duobus fluminibus Iſapi, & Rubicone ſit diviſus* (29). At *Luſus* non fluit per agrum Cæſenatem, à quo multum diſtat: fluit vero per illum *Rico*, qui agrum ipſum ab oriente diſcindit. Ergo *Rico*, non *Luſus*, eſt verus Rubico Antiquorum. Reſpondebis, Perottum non in propria, ſed in aliorum opinione locutum eſſe. At falleris: quippe Scriptores propriam faciunt ſententiam aliorum Auctorum, quam dum referunt, ſe ſimul reiicere, vel de illa dubitare non manifeſtant. Perottus autem neutrum fecit: nec ſanè repulit quæ de Rubicone aliorum ex mente allegavit; nec ea reiicere potuit rationabiliter; quia cohærent expreſſioni Strabonis: à quo quis prudens judicet, eundem Præſulem voluiſſe ſuâ ſententiâ diſcordare?

(29) Perot. in Cornucop. ſeu Commentar. ling. latin.

18. Denique non eſt omittendus *Lucas Holſtenius* Hamburgenſis, piiſſimus, & doctiſſimus vir, ac plenis præconiis celebratus à profeſſoribus antiquariæ rei, & eruditionis, tam ſacræ, quam profanæ. Obiit anno 1661. (30). Et vivens, de præſenti quæſtione ſincerè admonuit Jacobum Villanium (acerrimum impugnatorem *Riconis*, ſeu Piſcitelli, adverſus Scipionem Claramontium, ejuſdem fluminis defenſorem) de errore, in quo verſabatur, & quem perperam confovebat, inſiſtendo, quod Rubico Antiquorum ſit ille idem fluvius, qui nunc dicitur Luſus. Illũque adhortatus eſt Lucas, ut à conatu ſuo inani deſiſteret, ac deſcenderet in communem ſenſum Eruditorum, ac tandem agnitæ veritati de-

(30) Vinc. Coronel. Atlant. Venet. tom. 1. in princip.

deferret. Ad cujus quoque Villanii animum expugnandum, propoſuit ei quinque motiva revera fortiſſima, ineluctabilia, & admodum idonea ad convincendum quemcumque hominem doctum, atque prudentem, non aliqua paſſione præventum.

19. Motiva ſunt hæc I. quod *Ariminenſes ipſimet Scriptores, olim ſine controverſia non negarunt, Piſatellum eſſe Rubiconem.* II. quod *Antonii Auguſtini, & Philippi Cluverii dicta adhærent magis Piſcitello, quam Luſo.* III. quod *Piſatellus eſt flumen perenne, non torrens; ut evidenter probatur per teſtes poſterioris libelli Cæſenatis Hiſtoriographi.* IV. Plinii locum lib.3. cap. 15. de Arimino, Apruſa, & Rubicone: ac Strabonis locum lib.5. de Cæſena Iſapi, & Rubiconi propinqua, videri, quod Ariminenſibus adverſentur. V. quod Itinerarium Hieroſolymitanum ponit: Ravenna Sapis XI. Ad novas XI. Rubico fl. III. Ariminum XI. *Unde apparet, Portum Cæſenaticum eſſe eum locum, qui in Tabula vocatur, ad Novas, & diſtat ab oſtio Rubiconis tria millia paſſuum, quot hodieque numerantur ad proximum à Portu Cæſenatico amnem Sabiniani, in quem Piſatellus influit. Et idcirco Piſatellum hic eſſe demonſtratum pro Rubicone* (31).

(31) Ubicola fol. 3. poſt Jacob. Villan. Arimin. Rubico.

20. Non acquievit equidem Jacobus Villanius monitis Holſtenii: quinimo ipſis reſpondit brevi diſſertatione typis impreſſa miniſterio Terentiani Ubicolæ (cujuſcumque fuerit iſtud nomen, ſive genuinum, ſive confictum, quod parum refert). At num reſponderit egregiè, vel infeliciter: & evacuaverit vim rationum, quas Holſtenius propoſuerat, vel non; eruditi Lectoris eſt judicare. Hic nobis duo ſufficiunt. Primo quod Baudrand, Ferrarius, Hofman, Morerius, & plures alii recentiores Hiſtorici, Geographi, & Eruditi, qui poſt motam controverſiam, & reſpectivè poſt Jacobum Villanium ſcripſerunt; ſententiam eidem adverſantem tutati ſunt. Ut inde pateat, nec quæ pro Luſo contra

Riconem proponuntur : nec priorem Villanii libellum, nec poſteriorem Ubicolæ, ſolviſſe rationes Riconi ſuffragantes, & motiva per Holſtenium allegata. Secundò nobis eſt ſatis, quod tantus vir, quantus fuit idem Holſtenius, propugnaverit veritatem favore *Riconis* contra *Luſum*. Quoad reliqua in reſponſionibus ad obiecta inferius loquemur.

21. Nec erit abs re hic adducere quoque *Angelum Mariam Torſanum*, quem idem Jacobus Villanius non agnoſcit pro Ariminenſi, quantumvis eſſet filius Conventus Fratrum Ordinis Servorum apud Ariminum. Is namque inter quindecim Orationes à ſe declamatas, ac typis impreſſas; in ea, quam edidit de laudibus Cæſenæ, ter de Rubicone ſic loquitur: Cæſena *ſedet inter duos amnes, Sapim, & Rubiconem. Rubiconem habet ab ortu, Sapim habet ab occaſu* (32). Quibus verbis coincidit cum ſententia Strabonis. Et ne putes, verba illius verificari, etiam ſi pro Rubicone intelligatur fluvius Luſus, audi aliam ejus periodum, ita reſonantem: *Cæſenam eo quod ager ejus duobus fluminibus Sapi, & Rubicone ſit ceſus, ideſt diviſus &c.* Pro Rubicone igitur intelligit non Luſum, qui nec nunc irrigat, aut dividit, neque Torſani tempore diſpertiebat, vel irrigabat agrum Cæſenatem: quippè longe ultra, & extra illius territorium fluebat, atque decurrit; ſed Riconem, ſeu Piſcitellum, qui hanc ipſam diviſionem, ut cunctis notum eſt, operatur.

(32) Torſan. de Laudib. Urbium fol. 103.

22. Tollitque prorſus omnem dubitationem per ea, quæ luculentius adjungit hoc modo: *In agro Cæſenate eſt amnis Rubicon, maximis Scriptorum rumoribus celebratus: in cujus ripa juſſu Pauli Tertii Pontificis Maximi ſtat elevata columna, obeliſci forma ſcapo infixam habens marmoream tabulam longe vetuſtam, in qua inciſum cernitur Edictum Senatus Populique Romani, ne quis armatus, injuſſuque Senatus tranſire audeat amnem.* Ex quibus manifeſtè patet, mentem hujus Au-

Digitized by Google

Auctoris eſſe, ut pro Rubicone non ſit ſumendus fluvius *Luſus*, ſed fluvius *Rico*, ſive Piſatellus: apud hunc etenim, non apud illum, erecta reperitur columna continens Edictum Senatus Populique Romani ab eo memoratum. Augetur poſtea vis rationis ex eo, quod hic Auctor, jugiter permanens apud Ariminum, & nihilominus Riconi favens adverſus Luſum, ex conſequenti denunciat, quod antiqui Ariminenſes idipſum ſentiebant, & ſua ætate, vel nondum fuerat excitata controverſia de identitate Rubiconis: vel ſi hæc jam fuerat excitata; ipſe tamen conſcius veritatis, reddidit quæ ſunt Cæſaris Cæſari, profitendo ingenuè, identitatem ipſam antiqui Rubiconis,non ad fluvium *Luſum*, ſed ad *Riconem*, ſeu Piſcitellum ſine ambiguitate ſpectare.

23. Poſtremo non prætermittendus eſt *Nicolaus Loydius* Anglus, in Academia Oxonienſi Socius: qui ſupplens dictionarium Geographicum Caroli Stephani, hæc exaravit: *Rubicon fluvius in octava Italiæ regione, in Appenino monte naſcens, inter Ariminum, & Ravennam in mare Adriaticum influens, antiquus Italiæ, & Galliarum terminus &c. Apud ortum Rugon, inferius vero Piſatello vocatur* (33). Allegatque Lucanum, Ciceronem, Plinium, & Sidonium Apollinarem, ad conteſtandum, quod hic antiquitus erat limes dividens Italiam Romanam à Gallia Ciſalpina: quorum teſtimonia retulimus jam ſuperius (34). Paſſim ergo Hiſtorici, Geographi, Eruditi, & Auctores, tam qui ante, quàm qui poſt motam litem ſæpeſatam ſcripſerunt, una voce fatentur, Piſcitellum, ſive Riconem eſſe verum, & proprium, ac Rubiconem identicum Antiquorum.

(33) Nicol. Loydius Dictionar. Hiſtor.Geograph. V. Rubico f. 860.

(34) Vid.ſup.cap. 1. à num.11.

24. Poſt hæc ſcripta reminiſcimur & *Geudentii Merulæ*: qui de præfato flumine inſtituto ſermone, refert, Crucejum inquiſiviſſe illud, nec inveniſſe circa Ariminum: & benè, quia non inquiſivit in loco debi-

to. Subditque ex Caſtillioneo, eſſe illud, quod *vocatur hac ætate à circumvicinis populis materno idiomate altius Rugum, paulo inferius Rugoſum, noviſſime non procul à ſitu, in quem influit Adriatico, Piſatellum* (35). Poteſt ne clarius eloqui, ut identitatem Rubiconis pertinere doceat ad Riconem, ſive Piſatellum: excluſa prorſus à fluvio Luſo talis identitatis prærogativa? Sed jam ſatis de Scriptoribus, qui latino ſermone locuti ſunt. Ad alios tranſeamus lingua vernacula ſuum ſenſum patefacientes.

(35) Gaud. Meml. de Antiqu. Gall. cap. 3.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

Quinta Ratio affertur, continens teſtimonia Scriptorum, qui vernaculo idiomate, ac poeticè ſunt locuti.

SUMMARIUM.

1. Leander Albertus *errare tradit eos, qui Rubiconem putant eſſe, non* Riconem, *ſed* Luſum.
2. Alexander Braccius *favet Piſatello: nec ſua ætate hoc in dubium revocabatur*.
3. Joannes Antonius Maginus, *& ut Geographus, & ut Hiſtoricus, noſtræ ſententiæ ſuffragatur*.
4. *Et quidem in ſuo proprio ſenſu, non in alieno, hanc ſententiam propugnavit*.
5. *Quam etiamſi tuitus eſſet in ſola fide Leandri Alberti, hoc Riconi prodeſſet contra Luſum*.
6. Philippus Antoninus *probat, pro Rubicone intelligendum eſſe Piſatellum, non Luſum*.
7. Joannes Bocaccius, *tam Italico, quam Latino idiomate, ſentit idipſum*.
8. Andreas Scotus, *Romanos fines dilatatos fuiſſe ſcribit ad Piſatellum, Rubiconem appellatum*.
9. Antonius Auguſtinus *impugnat Inſcriptionem Rubiconianam, ſed conſentit, quod Rico ſit Rubico*.
10. Ludovicus Morerius, *ejuſque Socii, non niſi Riconem eſſe Rubiconem affirmant*.
11. *Auctor libri* Noveau Voyage d'Italiæ *ad Piſatellum conſtitit, & Rubiconem eſſe cognovit*.
12. Franciſcus Berlingherius *metricè de Rubicone concinit, qui appellatur nunc Piſcitellus*.
13. Benedictus Cæſenas *antiquus Poeta ſuis carminibus indicat idipſum*.

14. *Rubico antiquitus proprio ſe ore in mare Adriaticum exonerabat.*
15. *Carmina* Fabii Signi, *atque* Cæſaris Raſponi *de Piſatello ſumpto pro Rubicone.*
16. *Italicum Epigramma, vulgò Sonetto* Cardinalis Gozzadini, *de Cæſare tranſituro Riconem.*
17. *Aliud* Michaelis Brugueres, *de ipſo Cæſare dubio, num Riconem hoſtiliter pertranſiret.*
18. *Item aliud jocoſum* Petri Jubilæi, *de inhibita lectione libri Jacobi Villanii.*
19. *Ultra Cæſenates, omnium nationum Scriptores favent Riconi, nullus verò Luſo.*
20. *Etiam Scriptores Ariminenſes antiquitùs adhæſerunt Piſatello, ſive Riconi.*

POſt Scriptores, qui latino idiomate ſua ſuffragia contulerunt flumini Riconi; ſeu Piſcitello, pro identitate antiqui Rubiconis; *Quinta Ratio* conſiſcatur ex iis Auctoribus, qui tantundem linguâ vernacula protulerunt. Et primo loco admittendus eſt *Leander Albertus* Bononienſis, celeberrimus rerum Italicarum Deſcriptor: qui quæſtione noſtra ſedulò perſcrutata, ſic aſſeverat: *Paſſando più avanti, ſi giugne al picciolo fiume Piſatello, dagl'Antichi chiamato Rubicone, ſiccome da Strabone, Livio, Plutarco, Plinio, Ceſare ne ſuoi Commentarii, Lucano, Silio Italico nell'ottavo, e da molt'altri Scrittori. E perche appreſſo molti è dubio, ſe queſto Piſatello ſia il Rubicone, overo quell'altro, che habbiamo deſcritto per Pluſa; chiaramente il dimoſtra Strabone nel quinto, quando dice:* Cæſena Iſapi fluvio propinqua, & Rubiconi: *Cioè Ceſena ella è vicina all'Iſapi, & al Rubicone. Laonde pare à mè, che ſiano in errore quelli, che altrimenti vogliono tenere* (1). Hujuſmodi auctoritatis vim, ac defenſionem, vide, ſi placet, apud Vincentium Cæſenatem (2).

(1) Leander. Albert. deſcript. Ital. nella Romagna.
(2) Vincent. Cæſenat. de Rubic. antiqu. ſect. 3. cap. 8. fol. 53.

2. Sic quoque *Alexander Braccius* vir eruditus, & con-

conſpicuus, olim à ſecretis Reipublicæ Florentinæ, in verſione Appiani Alexandrini, de Julio Cæſare perhibet: *Arrivò con veloce camino ſul fiume Rubicone, il quale ſi chiama oggi Piſatello, e paſſa trà Rimino, e Ravenna: e divideva anticamente Italia dalla Marca: dove ſi fermò alquanto* (3). Adeò certum exiſtimavit hic Auctor, Piſatellum, ſeu Riconem eſſe identicum Rubiconi; ut ſatis declaret, ſe nedum de hac re nullatenus dubitare; ſed imo nullum uſque ad ſua tempora id in dubium revocaſſe. Nec enim ſic aſſeveranter addixiſſet Piſcitello nomen, & identitatem Rubiconis (materiam tractans, in quà non erat neceſſe deſcendere ad hanc individuam expreſſionem) ſi apud ullum Scriptorem præceſſiſſet qualiſcumque ambiguitas de rei hujuſmodi veritate. Igitur hæc quæſtio poſt ſucceſſiva tempora mota eſt.

(3) Aleſſ. Bracci in Appian. Aleſſandrin. lib. 2.

3. Pariter attendenda ſunt & facta, & ſcripta *Joannis Antonii Magini* celeberrimi Mathematici, & Geographi: qui tam in tabula generali totius Italiæ, quam in peculiari provinciæ Romandiolæ, unum, & idem eſſe flumen Rubiconem ſtatuit, & Riconem, ſeu Piſcitellum; eique apponit Siglas S. P. Q. R. indicantes Juſſionem à Senatu, Populoque Romano promulgatam, ne quis armatus hunc fluvium tranſgredi auderet. Deinde alibi ſcribit: *Gl'antichi addimandarono Gallia Togata quella parte della Romagna, che per ſentenza di Plinio, di Catone, e di Sempronio, è frà Ancona, e Rimino, e più oltre inſino al Rubicone, il quale oggi, come piace à Leandro, ſi nomina Piſatello* (4). Et ut Geographus ergo, & ut Hiſtoricus, egregius hic Auctor propugnat ſtrenuè jura Piſatelli: eique geminato modo identitatem adjudicat Rubiconis.

(4) Gio. Anton. Magin. nella ſua Italia.

4. Nec tù opponas pluries confutatum dicterium, quod Maginus fuit ab alio Scriptore ſibi præcedente deceptus: nempe à Leandro Alberto, quem citat. Futilis enim eſt hæc oppoſitio. Quippe Maginus non mere

nar-

Digitized by Google

narrative recenſet opinionem Alberti : ſed propriam ſententiam fulcit ſententia ſimili Alberti; ne quod ipſe arbitratus eſt, carere videretur auctoritate gravis Auctoris idem ſentientis. Hocque patet evidenter ex eo, quod in utraque tabula geographica mox allegata, de Piſcitello, & Rubicone idem profeſſus eſt, non equidem inhærenter ad teſtificationem Alberti, ſed aſſeveranter ex ſemetipſo. Etiam independenter igitur ab Alberto, Maginus conſtanter, & proprio ſenſu affirmavit Piſatellum eſſe fluvium identicum Rubiconem Antiquorum.

5. Sed & deinde oppoſitio retorquetur hoc modo: ſi Maginus poſuit Piſcitellum pro Rubicone in ſola fide Leandri Alberti; regredere aliquantulum ad relegenda verba Leandri ſuperius recenſita, & invenies, quod idem Leander examinata, & diſcuſſa præſenti quæſtione, ac juribus utriuſque fluvii, Luſi, & Piſcitelli; favore hujus ultimi pronunciavit. Ergo ſi Maginus inhæſit ejuſdem ſenſui; bene, prudenter, graviter, & doctè ſe geſſit: ſuoque calculo auxit vim veritati, favore Piſcitelli fluvii peroranti. Tanto magis, quod Leander non gratis, non abſque fundamento loquitur, ſed inhærenter ad ſenſum Antiquorum Scriptorum, ac ſignanter Strabonis, cujus auctoritate quid firmius deſiderari valet? Inhæſiſſe igitur Maginũ ſententię Leandri, non prodeſt Luſo, ſed Riconi: nec præjudicat Riconi, ſed Luſo.

6. Optimum locum itidem promeretur inter Auctores vulgari lingua ſcribentes de præſenti controverſia, *Philippus Antonius* Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Sarſinatenſis, in hiſtoricis, & antiquariis rebus admodum eruditus: qui condens librum hoc titulo diſtinctum, *Supplemento della Cronica di Verucchio*, diffusè de Rubicone loquitur, aſſerens uſque ad idem flumen perveniſſe territorium Coloniæ Ariminenſis, ac ſubdens: *Io prendo per Rubicone il Piſatello, e non l'Uſo, o Luſo, o vero Pluſa, per più ragioni. Primo perche ſin là ſi diſten-*

ſtende la Dioceſi di Rimini: argomento, che altretanto fù già il Territorio. Secondo perche colà ſtabilirono, che foſſe il confine trà Rimini, e Ceſena ſul Rubicone li Ceſenati con gl'Arimineſi l'anno 1205. (5) deinde alia profert motiva fuſius expoſita, quæ longum eſſet hic citra neceſſitatem inſerere.

(5) Filip. Antonin. Suppl. della Cronica di Verucchio cap. 2.

7. Conſentit *Joannes Bocaccius*, qui tametſi latinè ſcripſerit, habetur tamen ejus verſio ex Liburno hiſce verbis expreſſa: *Rubicone è fiume, dove già Italia Provincia frà Rimino, e Ravenna, per li Capitani Romani era ſeparata dalla Francia: picciolo certo, da Monti vicini và nel Mare Adriatico: hoggidì dagl'habitanti è addimandato Piſatello*. Cujus ſi latina quoque verba deſideras, habe: *Rubicon fluvius eſt: ubi quondam Italiæ provincia inter Ariminum, & Ravennam, à provincia Galliæ Ciſalpinæ à Romanis ducibus ſeparatur: parvus quidem è vicinis Montibus in Adriaticum efluit: hadie vocatus ab incolis Piſatello* (6). Scripſit hic Auctor fere quadringentis ab hinc annis. Et cum ſine ulla dubietate loquatur, de exiguitate Riconis, de nomine Piſatelli, deque munere termini limitanei Romanam inter Italiam, & Galliam; ſatis elucet, quod ejus ætate nondum excitata fuerat contentio, quæ poſtmodum promota fuit, ad transferendum contra vim veritatis, identitatem Rubiconis de ipſomet Piſcitello ad fluvium Luſum. Et cum aſſertive loquatur de tot Piſcitelli circumſtantiis, intellige, illum non niſi re bene perſcrutatâ ſcripſiſſe.

(6) Joann. Bocac. de Flumin. V. Rubico.

8. Adde *Andream Scotum*, itidem in Italicam linguam converſum, & ſic loquentem in ſuo Itinerario poſt Cerviam: *Vedrai il Porto Ceſenatico, e Borgo, e poi ti potrai fermare al Piſatello, che già ſi chiamava Rubicone celebre*. Item de Appio Claudio, qui ſuperavit Picentes, verba faciens, addit: *Di loro trionfò, e dilatò i confini dell'Imperio dall'Eſino, o Fiumicino, fino al fiume Piſatello* (7). Nota hunc Auctorem erudite loqui

(7) Andr. Scott. Itinerar.

qui de rebus antiquis ad Rubiconem pertinentibus: & quidem non in aliorum ſenſu, ſed in propria ſententia: prout & de locis ab eo memoratis, quorum videtur plenã habuiſſe notitiam per ocularem inſpectionem, ſermonem habet omni exceptione majorem, adjudicantem Piſcitello identitatem Rubiconis antiqui.

9. Sed ubi relinquimus *Antonium Auguſtinum* Archiepiſcopum Tarraconenſem, qui dialogos idiomate Hiſpanico edidit, in Italicum ſermonem ſucceſſivè converſos? Ibi loquens de Inſcriptione Rubiconiana, ſuum aperit animum hiſce periodis: *Dirò d'una Inſcrittione, che ſempre io l'ho tenuta per falſa &c. Tornando d'Alemagna, feci il camino da Bologna à Roma, per la Romagna: e giunto à Ceſena, paſſai il fiume Rubicone, tanto nominato per quel che Ceſare fece in tal luogo: e vidi una pietra molto antica, ſcritta in due luoghi &c.* quæ continet, *un commandamento, che neſſuno Capitano, ne Soldato haveſſe ardire di paſſare il Rubicone, che divideva là Gallia dall'Italia, come fece Giulio Ceſare* (8). Impugnat acriter Auguſtinus Inſcriptionem præfatam, quam an ſit genuina, vel ſpuria, infra ex propoſito diſcutiemus. Interim attende, quod quamvis idem Auctor diſcordet à nobis quantum ad ejuſdem Inſcriptionis veritatem; exactè tamen eſt concors quantum ad locum ubi reperitur erecta: nempe apud fluvium Riconem, ſeu Piſatellum, quem Auguſtinus, non ſemel, ſed bis denominat Rubiconem. Ergo in ſententia hujus Auctoris, alioquin adverſantis, quantum ad Inſcriptionem, identicus Rubico Antiquorum non eſt fluvius *Luſus*, ſed *Rico*, apud quem ſita eſt ipſa Inſcriptio.

(8) Anton. Auguſtin. Dialog. 11.

10. Poſt vero Auctorem Hiſpanum recenſeamus & Gallum, imo ſimul plures Gallos, qui ſocii, & adiutores fuerunt *Ludovici Morerii* in compilando ſuo magno Hiſtorico Dictionario (9). Ibidem igitur Gallico idiomate ſic habetur: *Rubicon petit fluve d'Emilie dans la Gaule Ciſpadanæ, ou partie meridionale de le Gaule* *Ciſal-*

(9) Coronel. Atlant. Venet. to. 1. in princ.

Ciſalpinæ, le quel la ſepare d'avec l'Italie, e và ſe rendrè dans la Mer Adriatique; aviourd hui Piſatello, *riviere de la Romagne, Province de l'Etat Eccleſiaſtique, qui ſe va decharger dans le Golphe de Veniſe. On la nomme Rico, ou Rugoſo, vers la ſource. Cette riviere eſt remarquable dans l'hiſtoire, à cauſe du paſſage du Ceſar, qui comença la à ſe declarer contre la Republique. On y à long temps vu une Colomne de marbre, qu'on y avoit placee, pour ne pas laiſſer perdre la memoire de cè fameux paſſage* (10).

11. Huic ſuccedat alter magis recens, nempe *Auctor* libri cui titulus; *Noveau Voyiage d'Italiæ*, impreſſi Hajæ anno 1702. Inquiens, ſe Ravenna proceſſiſſe verſus Cerviam, & poſtea ſubdens: *Nous nous ſommes arreſtee pour diſner à Ceſenàte ſur le bord de la Mer, & à trois milles andeça nous nous ſommes rècontrer ſur le bord de Rubicon. I'avuoue, que i ai eſte un peu ſupris, quand y az vù, que noſtre caroſſe alloit paſſer à que cè fameux ruiſſeau: quoyque y auſſe apris de Lucain, que ce n'eſtoit pas un groſſe riviere: Fonte cadit modico parviſque impellitur undis*, & in margine ad ly *Piſatello*; ſubdit: *d'autres diſent, que c'eſt le Fiumicino, doux cens pas da Piſatello, mais mal* (11). Exprimit ergò Rubiconem eſſe illum fluvium, qui nunc dicitur Piſatellus.

(10) Morer. Dictionar. Hiſtor. V. Rubicon. to. 4.

(11) Noveau Voyage d'Italie to. 1 lettre 19. fol. 297.

12. Denique ornatus eruditi gratia, Muſis quoque aperiatur aditus ad canendum, & ſimul patefaciendum, quemnam ſenſum habeant de Ricone, ſeu Piſatello: ac de rè totâ, in præſenti lucubratione diſcuſſa. Et ex Antiquis primo loco loquatur *Franciſcus Berlingherius*, Etruſco carmine pangens.

Arimino hora mai non ti ſi aſconde,
Et Arimino Rio, detto Marecchia,
Appreſſo le ſue mura ſi diffonde.
Pluſa, è Butero rivi ſono: e queſta
Di Rubicone è l'onda, quale io dico
Hoggidi Piſatello manifeſta,

Tra Gallia Ciſalpina al tempo antico
E magna Heſperia, il qual ſenza conſulto
Se armato ſi paſſava, era inimico
Aperto de Romani, e non occulto (12).

13. Sequitur alius antiquus Poeta Italice locutus, & nobis quidem domeſticus, utpote Cæſenas: verum non ſuſpectus, quandoquidem ſcripſit antequam excitaretur contentio de vetuſti Rubiconis identitate: Modulatus eſt namque tempore Nicolai Papæ V. & Friderici III. Imperatoris, quos memorat in ejus carminibus (13): adeoque floruit circa Chriſti annum 1455. Is eſt *Benedictus Cæſenas*, Monachus, *Poeta Laureatus*, *humanarumque literarum peritiſſimus* (14): qui in libro de honore mulierum facit mentionem Bonachini, Fredoli, & Oſtaſii Civium Cæſenatum hoc ternario.

E Bonachino al Rubicone acatto,
Non molto antico, e Fredole, & Oſtaſe
Pien di virtute, e honeſti in ciaſcun atto (15).

14. Ponderentur dictiones, earumque ſenſus. Ly *Acatto* idiotiſmus eſt linguæ Romandiolæ, à verbo *accattare*, hicque ſignificat idem ac *invenio*, ſeu *reperio* latinè, vernaculo vero idiomate, *ritrovo*. Dicitque ſe inter antiquiores illuſtres Cæſenates invenire *Bonachinum* ad Rubiconem. Quatenus Rico, ſive Piſatellus per idem tempus, ad finem ſui curſus (antequam illuc flecteretur, quo nunc terminum habet) intrabat in mare ubi Portus eſt Cæſenaticus: prout late infra probabitur (16). *Bonachinus* autem *Ambromus*, *Joannis filius*, fuit *Philoſophus*, *ac Medicus præſtantiſſimus: cui Gregorius Papa XI. ob rem medicam ſibi ab eo præſtitam, Cæſenatici Portus dominium liberum uſquequo viveret conceſſit: tenuitque ad annum uſque* 1377. (17). Ex quibus dignoſcitur, quod idem Poeta pro Rubicone, non Luſum, ſex, vel ſeptem circiter mille paſſibus inde diſtantem; ſed Riconem, ſeu Piſatellum, tunc

in

(12) Franc. Berlingh. Geograf. cap. 4. lib. 3.

(13) Benedict. Cæſenas de Honor. Mulierum libr. 3. epiſt. 7. in fin.

(14) Bern. Manzon. Chronol. Cæſen. tit 4. fol. 130. §. Benedictus.

(15) Benedict. Cæſenas loc. cit. lib. 4. epiſt. 3.

(16) Vide infra cap. 6. à n. 1.

(17) Manzon. loc. cit fol. 130. § Bonachinus. Cronica Riminefe ann. 1377.

Digitized by Google

in mare fluentem ad Portum Cæſenaticum, & nunc flexo itinere, tribus inde mille paſſibus mare intrantem ad locum, qui dicitur *Fiumicino*.

15. Sed & *Fabius Signius* Poeta Florentinus hic memorandus eſt: qui (cum legiſſet apud Svetonium, quod Cæſar, tranſgreſſo Rubicone, ipſi flumini conſecravit Ethnico more gregem Equorum (18) quos liberos, & emeritos fecit, atque ab omni laborioſo opere prorſus eximit, cantum edidit jam ſuperius recenſitum (19) nec hic inutiliter repetendum. Et hæc de antiquioribus Poetis Muſæ Italicæ. Nunc de recentioribus. Circumfertur Tetraſticon *Cæſaris Raſponii* Ravennatis eruditiſſimi Scriptoris, & S. R. E. Cardinalis: qui cum quandoque à patria Romam tendens, perveniſſet ad Piſatellum, huncque attente conſideraſſet, ita de illo extemporaneè per Apoſtraphen cantilavit:

(18) Sveton. in Cæſar. cap. 18.

(19) Vide ſupra cap. 1. n. 23.

Vanne faſtoſo, o nobil Piſatello,
D'haver meſſo terrore a un huom'invitto!
A Ceſare, che in tè temè un Ruſcello,
E pur non temè il Reno, e il Nil d'Egitto!

16. Nudius tertius quoque alter Cardinalis eruditione præſtans, *Ulyſſes Joſeph Gozzadinus* Bononienſis, dum Provinciæ Romandiolæ officio Legati à latere fungeretur; quandoque ad margines Piſatelli conſiſtens, & ea recolens, quæ de Cæſare Lucanus exhibet, ita metro Italico pronunciavit:

Qui dove corre il picciolo Rigone,
Roma poſe i Confini al ſuo potere.
Qui Ceſare repreſſe il ſuo volere,
Dubbioſo, ſe paſſaſſe il Rubicone.
E ben di ſpaventarſi hebbe ragione,
Mentr' in queſt'acque ſi li fè vedere
L'Ombra di Roma ſqualida giacere
In un Mar di triſtezza, e confuſione.

De-

Deponi l'armi, o Ceſare, diceva,
(Come già Coriolan ſece, pregato
Dalla ſua Madre; à piè che li piangeva).
Se ad opprimermi aſpiri; ahi che ſpietato
Sarai ſempre! Deh ò figlio hormai ſolleva
Le mie angoſcie, e ver mi moſtrati grato.

17. Audiendus eſt pariter inter vernaculos Olores *Michael Bruguerès* Romanus, Poeta excellentiſſimus ætatis noſtræ: qui Cæſarem recolens ad Rubiconem hærentem; & ambiguum, num illum hoſtiliter pertranſiret: ac præ oculis habens illud Euripidis, quod, Cicerone teſte (20) ac Svetonio (21) idem Cæſar ſæpe habebat in ore: *Si violandum eſt jus, regnandi gratia violandum eſt*; demum cecinit erudite.

(20) Cicero de Offic. lib.3.
(21) Sveton. in Jul. Cæſar.

Aſſueſato à incontrar con volto ardito
Ceſar ogni periglio, e ogni tenzone;
Pur quì adeſſo ſi moſtra isbigotito
Appreſſo il fiumicel, detto Rigone!
Tremò il Franco, il German, l'Anglo al ſuo dito,
E ſcorſe il vaſto Ren come padrone,
Non paventò guadar del Nilo il lito;
E teme hor di paſſare il Rubicone?
Ah non teme. L'horror frena il ſuo ardire:
Perch' è portato da ſuoi rei diſegni,
L'alma Roma à ſe ſteſſo à inſogettire.
Mà in fin, d'ogni honeſtà rotti i ritegni,
Armato paſſa, e ſcuſa sè con dire:
Nient' è illecito a chi ſoggioga i Regni.

Aliud & aceruandum eſt hic *Vincentii Nolfi* Fanenſis Epigramma Italicum, vulgò *Sonetto*, alludens Julio Cæſari, cui Nilus, & Rhenus obſecuti ſunt: ac Mare quoque turbatum ceſſit, quando nautam progredi metuentem, ad iter impulit æquoreum, dicens: vade, *Cæſaris fortunam vehis*. Attamen tranſiturus Rubiconem perterritus hæſit: donec demum eundem hoſtiliter tranſilivit, hiſce ſuis vocibus incita-

tatus: *Aut Cæſar, aut nihil*. Epitaphium ita perorat.

Dall'Oriente all'Occaſo, invitto, e forte,
Ceſare ſcorſe il Mondo. E fino il Mare,
Non che i Fiumi più grandi, à pronte gare,
Tributaron oſſequii alla ſua ſorte.
Tù ſol picciol Rigone ad'onde torte,
Oſtaſti à ſuoi diſſegni: e à voci chiare,
(Se oſava i lidi tuoi di ſorpaſſare);
Minacciaſti al ſuo ardir pena la morte.
Reſtò ſtupito all'hor l'Orbe Romano:
Dubbioſo, ſe ammirar più lui temente,
O tè, che l'atterriſti in modo ſtrano.
Mà in fin ſvanì tal dubbio da ogni mente,
Quando Giulio, depoſto il timor vano;
Diſſe: andiam; ch'io ſarò Ceſare, o niente.

18. Concludat denique ſeriem Italicorum Vatum *Petrus Jubileus* Piſaurenſis, Poeta nobilis famæ: qui Malateſtam Strinatum Cæſenatem amicum ſuum (conquerentem de conatu Jacobi Villanii, detrahentis Riconi, ſive Piſatello, identitatem antiqui Rubiconis, ope Libelli, à Sacra Indicis Congregatione prohibiti) ſubſequentibus jocoſis eſt carminibus conſolatus:

Hormai non più lagnarti, o Malateſta,
Che contradetto venga al tuo Rigone
L'honor del celebrato Rubicone,
Da quella penna, che gl'è ſtata infeſta.
Rallegrati più toſto, e fà gran feſta:
Che all'Autor di ſi ſtorta opinione,
Per condegna mercele, e guiderdone,
La ſacra Autoritade hà dato in teſta.
Tutto il Mondo è per tè. Tutt'i Scrittori
Sono teco. I Geografi, i Poeti,
E dell'antiche Hiſtorie i Relatori.
Tutti del Piſatello afferman lieti,
Ch' ei repreſſe di Ceſare i furori.
Ceſenati gioite, e ſtate quieti.

19.

19. Sed jam ſatis de canticis Poetarum : nec enim neceſſe eſt uberiorem illorum numerum recenſere . Prætermittimus quoque *Scipionem Claramontium* , qui ſpecialem Lucubrationem edidit , prodromam Hiſtoriꝫ Cæſenati , ad fortiter aſſerendum Riconi , ſeu Piſatello eſſentiam , exiſtentiam , & identitatem antiqui Rubiconis (22) . Omittimus & *Vincentium Cæſenatem* , peculiaris diſſertationis Auctorem , retundentis quæ contra dictum Scipionem ſcripſit Jacobus Villanius Ariminenſis , fautor fluvii Luſi , & impugnator acerrimus Piſatelli (23) . Sic & omittimus *Gerardum Mercatorem* , *Petrum Meſſiam* , *Malombrium* , & alios Riconi noſtro ſuis ſcriptis faventes : cujus cauſam tueri vidimus jam pene innumeros Hiſtoricos , Geographos , Poetas, & Eruditos viros, Latinos, Etruſcos, Inſubres , Germanos , Gallos , Anglos , Batavos , Hiſpanos , omnium denique una voce Nationum . Notâque dignum eſt , quod nullus , vel penè nullus gravis Auctor , & omni exceptione major , qui ſcripſerit in ſenſu veritatis , fautorem ſe *Luſi* exhibet contra *Riconem* .

(22) Scip Clarem. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par.2.

(23) Vinc. Cæſenas diſſert. de Antiq. Rubicon. per tot.

20. Itaut hic poſſimus etiam accumulare *Cæſarem Clementinum* , & *Malateſtam Portam* , atque *Antonium Cerrum*, Ariminenſes, quorũ ſenſum inferius referemus, præſertim occaſione tertiꝫ objectionis ſuo tempore diluendæ (24) . Namque ut bene tum Claramontius, tum Holſtenius protulerunt ; antiquiores Ariminenſes fluvium Riconem , ſeu Piſatellum pro vero , & identico Cæſaris Rubicone agnovere (25) . Deniquè animadvertimus , quod cuncti Auctores, in præſenti , & præcedentibus Capitibus recenſiti , tam à Cæſena , quàm ab Arimino extranei ſunt : & idcircò nulla ineſt ſuſpicio , illos locutos eſſe affectione aliqua , vel odio ad alterutram partem . Item quod plures ex ipſis ante , pluresque poſt motam quæſtionem de Rubiconis identitate ſcripſerunt . Poſtremò quod per multi ſua opera ediderunt ante , ac multi poſt promulgata ſcripta, hinc

(24) Vide infra cap.12. n.13.

(25) Vide cap. ſequent. n.6.

Sci-

Scipionis Claramonti , & Vincentii Cæſenatis; inde Jacobi Villanii , ac Terentiani Ubicolæ . Quamobrem eſt rationabiliter præſumendum , Auctores ipſos neutrales , exque tot , ac tam diſſitis Nationibus prodeuntes , quidquid favore Riconis , ſive Piſatelli affirmarunt , non niſi protuliſſe victos ratione , atque juſtitia , & in ſolum obſequium agnitæ veritatis .

Digitized by Google

CAPUT V.

Proponuntur aliæ tres Rationes, faventes *Riconi*, ſeu Piſatello: deſumptæ à Poſſeſſione Denominationis: & à factis Principum illam firmantium.

SUMMARIUM.

1. SExta Ratio *concernit Poſſeſſionem, qua Rico ſemper obtinuit nomen Rubiconis.*
2. *Antiqua diplomata recenſentur, enunciantia Eccleſiam Plebanam* S. Martini in Rubicone.
3. *Hæc Eccleſia corruit, ſed ſubſiſtunt aliæ conlimitanæ ipſius, & proximæ Piſatello.*
4. *Cumque ſita eſſet prope Piſatellum, patet, hunc, non Luſum eſſe Rubiconem.*
5. *Ex Eccleſia* S.Mariæ Rubiconis de Calexidio, *conſtat identitas Riconis cum Rubicone.*
6. *In antiquis Scripturis, etiam ab Ariminenſibus datur Piſatello nomen, ac titulus Rubiconis.*
7. Septima Ratio *ex factis Principum. In diviſione inter Malateſtas, Rubico dicitur Piſatellus.*
8. *Ex diplomate Friderici I. Imperatoris, illum eſſe Rubiconem oſtenditur, qui dicitur Piſatellus.*
9. *Luſus non eſt deſcriptibilis, quod trahat curſum ſuum à latere Cæſenæ, à qua nimium diſtat.*
10. *Ex diplomate Ravennate oſtenditur, quo uſque ſe difunderet olim Ariminenſe Territorium.*
11. *Rubico à Friderico Imperatore memoratus, non poteſt verificari de Luſo, ſed de Piſatello.*

12.

12. *Antiquitus Rico, ſive Piſatellus, proprio oſtio in Mare Adriaticum deſluebat.*

13. *Apud Riconem adeſt Senatus conſultum, vetans cuicumque tranſitum hoſtilem Rubiconis.*

14. *Hoc ruinis obrutum, ac poſtea detectum, & erutum, Juſſu Pauli III. fuit ibidem repoſitum.*

15. Octava Ratio *ex factis Gregorii XIII. & Urbani VIII. adjudicantibus Rubiconem Riconi.*

16. *Hi pingi fecerunt Italiæ Provincias in celeberrima Pinacotheca palatii Vaticani.*

17. *In ea, quæ refert Romandiolam, Rubiconis nomen adſcribitur Piſatello, non Luſo.*

18. *Retunditur procacia effutientis, Tabulas Geographicas Vaticanas erroribus ſcatere.*

19. *Ad hominem redarguitur idem carptor de ſua impudenti temeritate.*

20. *Tabula Vaticana Romandiolæ non errat, quia eſt conformis Tabulis inſigniorum Geographorum.*

21. *Nec item errat, quia continet idipſum, quod probant Rationes in hoc opere adductæ.*

S*Exta Ratio* probans efficaciſſimè, quod Rubico Antiquorum non eſt flumen *Luſus*, ſed *Rico*, ſeu Piſatellus, deſumitur à Poſſeſſione denominationis: qua hic ſecundo nominatus fluvius jugiter, & perpetuo, ac diù ante initium temporis motæ controverſiæ de identitate Rubiconis, uniſona, & communi voce, ſemper appellatus fuit Rubico. Nam in Archivo Capituli Cathedralis Cæſenæ aſſervantur adhuc antiqua plura diplomata, chartæ pergamenæ inſcripta, genuina, autographa, integra, & nulla ex parte vitiata, ſemel, & iterum à nobis lecta, conſiderata, ſeduloque perpenſa: & quæ à quolibet diligenti ſcrutatore poterunt perluſtrari, ſi eorum veritatem, & legalitatem voluerit non aliis credere, ſed oculis propris intueri. Quorum ſanè diplomatum contenta ineluctabiliter evellunt omnem ambiguitatem, & evidentiſſimè probant identita-

titatem antiqui Rubiconis cum flumine, quod nunc *Rico* dicitur, & alio nomine Piſatellus.

2. Porro nonnulla ex iiſdem diplomatibus publici juris fecit Fr. Bernardinus Manzonius Franciſcanus, Inquiſitor Piſarum, vir pius, & doctus, ac omni exceptione major (1) Ex quibus jam Typographi arte vulgatis, hæc quæ ſequuntur lectoribus duximus intimanda. Oddo Epiſcopus Cæſenæ anno 1155. conceſſit, ac dono dedit Canonicis Eccleſiæ ſuæ quædam prædia, manſiones, ac terras, in variis locis conſtitutas, ac præſertim in Plebe S. Joannis in Ruffio, & S. Mariæ in Bulgaria, & *S. Martini in Rubicone*. Item Leonardus Epiſcopus Cæſenæ anno 1175. conceſſit ſuis Canonicis varias Eccleſias, & Capellas: ac inter cætera præfatas *Eccleſias S. Joannis in Ruffio, S. Mariæ in Bulgaria, & S. Martini in Rubicone*, ut ex ejus diplomate, edito eodem anno. Rurſus in alio condito die 13. Martii 1186. Leto Epiſcopus itidem Cæſenæ ipſis Canonicis conceſſit inter alia, Eccleſias *S. Mariæ in Bulgaria, & S. Martini in Rubicone*. Demum in alio, Gullielmus Epiſcopus die 2. Julii anno 1353. confirmavit electionem Nicolai Canedoni in Canonicum, coram *Joanne de Fabriano Archipresbytero Plebis Rubiconis Cæſenatenſis Diæceſis*, & aliis. Conſonat his, quod in Archivo Archiepiſcopali Ravennatenſi legitur ſub anno 1327. Eccleſiam S. Mariæ de Rodigliano, & S. Blaſii de Caſaleclo Diæceſis Cæſenatenſis, debere quotannis nomine penſionis Eccleſiæ Ravennæ 12. libras ceræ *pro petio terræ vineatæ, & caſtagnatæ, peſito in Diæceſi Cæſenæ, plebanatu S. Martini in Rubicone* (2).

3. Eccleſia hæc, Parochialis, & Plebana *S. Martini in Rubicone* noſtra ætate amplius non ſubſiſtit: quippè quæ, vel præ antiquitate corruit, vel à Rubicone, qui nomen ei dabat, fuit abſorpta, ſive diſiecta: ex diplomatibus tamen, & monumentis mox memoratis, certò certiùs innoteſcit, quod antiquitus aderat, & reperie-

(1) Manzon. Chronol. Cæſen. fol. 179. 180. 183. & 192.

(2) Diacept. Vet. Eccleſiæ Raven. fol. 47. Regiſt. in novo fol. 64.

Digitized by Google

periebatur contermina Plebanis Eccleſiis S. Joannis in Ruffio, & S. Mariæ in Bulgaria. Quæ S. Joannis in Ruffio Eccleſia memoratur à Romana Rota, uti vicina fluvio Piſatello, & conlimitanea Eccleſiæ Plebanæ S. Jacobi de Portu Cæſenatico, ubi olim erat oſtium præfati fluminis (3). Quamobrem per hæc omnia citra ullum dubium conſtat, quod ab hoc anno 1725. quo præmanibus habemus præſentem lucubrationem, retrò procedendo uſque ad annum 1155. jam ab annis 572. Eccleſia Plebana *S. Martini in Rubicone* ſubſiſtebat. Et quia rationabiliter non eſt judicandum, quod eodem anno 1155. nata ſit; ſed potius, quod velut Parochialis, & Plebana, coæva eſſet aliis Eccleſiis conſimilibus eidem conterminis, & antecedenter ædificatis per multas annorum centurias; certum eſt quoque, illam extitiſſe forte per mille annos, & ultra, priuſquam excitaretur contentio de identitate Rubiconis.

(3) Rota coram Mantic. dec. 169. ante n. 1-4. Nam & n. 3. ac 6.

4. Extabat, inquam, & ſita erat in Diæceſi Cæſenatenſi, vocabaturque Eccleſia Plebana, ſeu Archipresbyteralis, & Parochialis *S. Martini in Rubicone*, contermina duabus aliis conſimilibus Eccleſiis S. Joannis in Ruffio, & S. Mariæ in Bulgaria. Et cum hæ duæ ultimæ noſtris adhuc diebus effectivè ſubſiſtant, ambæ rurales, Parochiales, & cunctis notæ, ac patentes, intra Diæceſim Cæſenatem contentæ, in modica diſtantia à fluvio Ricone, ſeu Piſatello: ac equidem remotæ per octo circiter millia paſſuum à fluvio Luſo, decurrente per Diæceſim Ariminenſem; neceſſario inferendum eſt, quod etiam prædicta Eccleſia *S. Martini in Rubicone* ſita eſſet prope Riconem, ſeu Piſatellum. Quæ S. Martini Eccleſia Plebana quia denominationem accipiebat à Rubicone; luce meridiana clarius eſt, quod Rubico eſt ille idem, & individuus fluvius, qui nunc Rico vocatur, & alio nomine Piſatellus. Nec Rubico quidquam habet commune cum fluvio Luſo, longe inde fluente.

4. Præ-

4. Prçterea ſubſiſtit adhuc noſtra ętate alia Plebana Eccleſia, dicta *S. Mariæ Calexidii in Rubicone*. Cujus aſſervatur in Archivo Epiſcopali Cæſenæ publicum Inſtrumentum, editum die 30. Octobris anni 1485. in quo dicitur: *Coram R. P. D. Joanne de Venturellis Epiſcopo Cæſenæ, perſonaliter conſtitutus &c. Ven. vir Bartholinus q. Stephani de Bondinis, Archipresbyter Plebis S. Mariæ in Rubicone Diæceſis Cæſenatenſis &c.* Et aliud conditum die 28. Septembris anno 1575. in quo habetur: *Inventarium rerum, & bonorum mobilium Plebis Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Rubiconis de Calexidio* (4): quæ pariter Eccleſia proxima eſt Fluvio Riconi, ſeu Piſciatello. Et quoniam tam iſta Eccleſia *S. Marię Rubiconis de Calexidio* adhuc permanens; quam alia dudum diſiecta *S. Martini in Rubicone*, dicuntur de Diæceſi Cæſenatenſi: hæc autem Diæceſis nunquam ſe protendit uſque ad fiuvium Luſum, ſed parum tranſcurrit ultra fluvium Riconem, ſeu Piſatellum: à cujus Diæceſis Cæſenatis finibus uſque ad fluvium Luſum intercurrunt ſeptem circiter milliaria; hinc eſt, quod Luſus nec eſt, nec unquam fuit, nec omnino eſſe poteſt Rubico Cæſaris: ſed iſte Rubico eſt ille idem, proprius, & individuus, qui nunc Rico dicitur, & alio nomine Piſatellus.

(4) Ex Archiv. Epiſc. Cæſen.

6. Auget vim rationis (ex antiquitate præfatæ denominationis deſumptæ) perpenſio, quod etiam Cives Ariminenſes hanc denominationem Rubiconis præfato fluvio Riconi, ſeu Piſatello, in antiquis tabulis minimè denegarunt (5): Itaut ipſemet quoque Jacobus Villanius, antagoniſta teterrimus Piſatelli, fateatur id hiſce verbis: *In libellis de controverſis finibus fateor, loco Piſatelli, nomen ſæpè Rubiconis adhiberi: qua de re inter dubius Clementinus* (Hiſtoricus Ariminenſis) *conſuluit Portam* (alium ejuſdem Civitatis Hiſtoricum) *ut videre eſt lib. 1. Hiſt. exiſtimans hæc non fortuita, & conficta, ſed certa quædam, & magni alicujus momenti*

(5) Vide cap. anteced. n. 20.

menti

menti firmata. At quidquid ſit, pro certo eſt, haud bene expoſitum, quia evidenter contrà factum (6). Verum dicat quæſo benignus hic Scriptor. Quomodo contrà factum? Nedum non contra factum: ſed imo juxta innumera facta, & rationes, tam hucuſque relatas, quam & inferius referendas, antiqui Ariminenſes, candidè, ſincereque attribuerunt fluvio Riconi, ſeu Piſatello nomen, ac titulum Rubiconis.

(6) Jacob. Villan. Ariinin. Rubico fol. 60.

7. *Septima Ratio* deſumitur ex factis, & auctoritate Principum dominantium utrique Civitati, Arimini, & Cæſenæ: atque aliorum quoque magnorum Principum, qui de Rubicone locuti ſunt, ante motam litem de identitate ipſius fluminis. Et equidem in inſtrumento diviſionis Toparchiæ familiæ de Malateſtis, inter Sigiſmundum dominum temporalem Arimini, & Dominicum ejus fratrem (qui dictus etiam fuit Malateſta Novellus) dominum Cæſenæ, rogato per acta Franciſci de Abatibus Notarii Cæſenatis, die 8. Julii anni 1437. conventum fuit, quod Malateſtæ Novello præfato tradebantur, aſſignabantur, & pro ſua gentilitii Principatus portione attribuebantur *Omnia loca, Terræ, Villæ, & Caſtra, quæ à flumine PISATELLI, SEU RUBICONIS verſus Cæſenam, per ipſos dominos in Diæceſi Cæſenæ, Bertinorii, Cerviæ, Bobien. Ravennaten. & Sarſinaten, tenebantur* (7). Et hæc diviſio facta fuit dudum antequam excitaretur contentio de vero, & identifico flumine Rubicone. Malateſtæ autem Novelli domini Cæſenæ principatus coarctabatur Piſatello ad Orientem, diſtante à fluvio Luſo per tramitem viæ flaminiæ, novem circiter mille paſſibus. Nota etiam, quod tempore ſtipulationis præfatæ diviſionis, uno, & eodem nomine appellabatur idem flumen, *Rubico, & Piſatellus*. Ergo non obſtantibus quibuſcumque ratiociniis, ratiunculis, & cavillationibus in oppoſitum conſarcinatis; uſque ad evidentiam patet, quod verus, proprius, & identicus Rubico antiquorum, eſt ille

(7) Filip. Antonin Supplem. della Cronic. di Verucchio cap. 2. pag. 11.

ille idem, qui nunc Rico dicitur, & alio nomine Piſatellus.

8. Item diu præcedenter ad tempora motæ litis, Fridericus Imperator hujus nominis primus, à flavo barbæ colore, vocatus communiter Ænobardus, diploma Cæſareum conceſſit DD. Ariminenſibus, à Cæſare Clementino relatum: in quo, cæteris aliis omiſſis, inquit: *Fidelibus noſtris Civibus Ariminenſibus, Imperiali aulæ conſtitutis, totum comitatum, & diſtrictum ſuum, ſicut trahit Rubicon uſque ad mare à latere Cæſenæ: à latere Piſauri uſque ad Foliam, & Ariminum liberam poteſtatem, & meram juriſdictionem concedimus* (8). De poteſtate concedentis nunc non inquirimus, neque de veracitate diplomatis: & num fuerit ſimplex Mandiburgium, vel veræ pagina conceſſionis. Solumque loquimur de finibus in eodem expreſſis: & perpendendum aſſumimus, quònam uſque limites diſtrictus Ariminenſis Civitatis à parte Orientali verſus Piſaurum, & à parte Occidentali ſe Cæſenam verſus protenderent.

(8) Cæſar. Clementin. Hiſtor. lib.3.

9. Comitatum Ariminenſem dicit verſus Piſaurum ad fluvium Foliam pervenire, latinè Iſaurum. Verſus verò Cæſenam extendere *diſtrictum ſuum ſicut trahit Rubicon uſque ad mare*. Per ly autem *Rubicon*, certè Imperator non intellexit fluvium Luſum. Tum quia hoc modo deductibilem in Ariminenſes honorem ex fluvio Rubicone, obruiſſet injuria exitialis, qua tunc aſſignaſſet nimis anguſtos limites territorio Urbis Arimini: videlicet aſſeverando, eoſdem limites intra Luſi confinia coarctari (9): Tum etiam quia certo certiùs innoteſcit, quod tunc extremitates territorii Ariminenſis multum ſeſe ultra Luſi tramitem diffundebant. Tum denique quia Luſus non eſt rationabiliter deſcriptibilis uti trahens ſuum curſum à latere Cæſenæ, a qua diſtat per duodecim mille paſſus, & ultra. Sed potius deſcribendus erat uti trahens curſum ſuum à latere populoſi

(9) Filip. Antonin. loc. cit.

Digitized by Google

loſi Oppidi Sabiniani, quod interſecatur à via Æmilia, & à quo Luſus non valde diſtat: vel ab Oppido notabili S. Archangeli, quod eſt eidem fluvio propinquius.

10. Profecto tempore diplomatis Friderici Ænobardi, editi, ut ſupponitur, anno 1165. fines territorii Ariminenſis longe ultra ripas Luſi ſe dilatabant. Hocque patet evidenter ex alio penè contemporaneo diplomate Gualteri Archiepiſcopi Ravennatis, quo anno 1136. conceſſit Azoni Camaldulenſi Monaſterium Claſſenſe, cum bonis ad illud pertinentibus, poſitis in diſtrictibus diverſarium Urbium: Bonaque contenta *in Ariminenſi* territorio ſunt quæ ſequuntur: *Maſſa Utriana, Caſtrum Gabium, Maſſa Branchese, & Ruſienſe: necnon & Curtis integra, cum caſtro, quod Piſatellum appellant: Curtis item integra, quam vocabant Fontanam Sabbati, Sala quoque nova, & vetus juxta fluvium Piſatelli, & litus maris &c. In Cæſenati, ipſaque Urbe Cæſena, domus, curtiſque Succumana, ac fundi præterea multi* (10).

(10) Hieron. Rubeus Hiſtor. Raven. lib. 5.

11. Diſtinguit ergo Gualterus bona Cœnobii Claſſenſis, poſita in territorio Cæſenate, à bonis ejuſdem, contentis in territorio Ariminenſi: exprimitque quod hæc poſteriora bona adjacebant fluvio Piſatello, & complectebantur quoque caſtrum ejuſdem nominis. Ergo fines diſtrictus Ariminenſis tunc non erant coarctati intra lineam decurſus fluvii Luſi; ſed dilatabantur ulterius trans ipſum Luſum per alia novem circiter milliaria uſque ad fluvium Piſatellum, fluentem propè Cæſenam. Ergo ſi Fridericus Imperator ſuo diplomate conceſſit Ariminenſibus *totum comitatum, & diſtrictum ſuum ſicut trahit Rubicon uſque ad mare*; certe per Rubiconem non intellexit Luſum, ſed Piſatellum (11).

(11) Vid. Filip. Antonin. ubi ſupra.

12. Nec tù cavillando recurras ad poſtrema illa verba, *uſque ad mare*, tamquam inapplicabilia Riconi ſeu Piſatello, qui non deferat ſuas aquas ad mare. Super hoc namque puncto ſiſte gradum, & ſuperſide aliquantulum

tulum, donec veniet locus, ac tempus magis accomodum pro diſputando iſto articulo: patentiſſimè namque oſtendemus, quod ætare Friderici Ænobardi, Rico, ſeu Piſatellus, non flectebat iter in fine ſui curſus, eo modo quo facit nunc, ut ſuas aquas miſceat fluvio Sabiniano; ſed recto tramite, per proprium alveum, ac per peculiare ſuum oſtium decurrebat in mare. Lege igitur inferius dicenda (12). Et interim fatere, diploma Friderici qualecumque illud fuerit, evidenter pro Rubicone ſignificare fluvium Piſatellum, ſeu *Riconem*, non vero *Luſum*.

(12) Vide infra cap. ſequent. à num. 1.

13. Ad factum alterius Principis tranſeamus. Eſt in margine fluminis *Riconis* ad viam Emiliam antiquiſſima Pyramis mediocris magnitudinis: cui cernitur inſerta marmorea tabula literis vetuſtiſſimis exarata, continens Edictum, ſive Juſſionem Senatus, Populique Romani, diſtricte interdicentem cunctis militiæ operam dantibus, ne armata manu, ſive hoſtiliter auderent Rubiconem tranſire. Cujus Juſſionis, & Inſcriptionis plurimi Auctores memoriam faciunt. Ac licet non deſint qui de illius ingenuitate dubitent; hoc quoad præſens negotium parum refert. Nam infra ſuo loco, ac tempore, de ipſius agetur ſinceritate (13). Unum eſt quod Juſſio ibidem reperitur univerſis patens, legibilis, & conſpicua, tam antiquis ab hinc retro temporibus, totque ſeculis, ut nulla extet memoria illius initii. Dominante familia de Malateſtis Civitatibus Cæſenæ, atque Arimini; hæc ipſamet Juſſio ibidem aderat: quam vidit, & legit Flavius Blondus anno 1435. non utique tunc adpoſitam; ſed jam à multis annorum centuriis eo extantem in loco (14).

(13) Vide infra cap. 21. cum ſequent.

(14) Flau. Blond. Region. 6. Romandiolæ. Vide hic infr. cap. 21. num. 21.

14. Propter autem hoſtiles incurſus, bella, vaſtationes, & ruinas, quæ Romandiolam, & præſertim Cæſenæ territorium afflixerunt; hæc ipſamet Inſcriptio pluries diſiecta eſt, ſubverſa, & obruta: ſubindeque reſtaurata, & loco priſtino reſtituta. Noviſſimè poſt-

quam

Digitized by Google

quam per plures annos delituerat ſepulta ruinis, cum jam detecta eſſet, ac de illa quid fieri deberet ſquitinium haberetur, Paulus Papa III. mandavit, ipſam iterum erigi, & eo in loco, ubi nunc ſita cernitur, collocari (15). Papa igitur, uti Princeps temporalis Romandiolæ, noluit perire memoriam tanti momenti de Rubicone tractantem, ſed eã redintegrari prçcepit loco ſibi debito. Ubinam autem illam fecit apponi? Penes fluvium *Luſum*? Non utique: ſed apud ripam fluvii *Riconis*, ſive Piſatelli (16). Et hoc non ſanè oſcitanter, non inconſulto, non cæcis oculis fecit; ſed prævio peritorum conſilio, auditis viris eruditis, rèque prius bene diſcuſſa. Ergo Papa ſuo facto declaravit, identitatem antiqui Rubiconis non ad *Luſum*, ſed ad *Riconem* pertinere. Alioquin juſſionem præfatam locari feciſſet non in hujus margine, ſed illius.

15. *Octava Ratio* deſumitur ex factis Principum, editis poſt tempus motæ controverſiæ de identitate Rubiconis: ut inde agnoſcatur, quod hi nedum ſpreverunt, & improbarunt conatum eorum, qui adjudicare connixi ſunt nomen, titulum, & entitatem antiqui Rubiconis fluvio Aprusæ, ſeu Pluſæ, vulgò Luſo, illam indebite ſubtrahendo fluvio Riconi, ſeu Piſatello; ſed imo publicis actibus, & operibus declararunt, ſe cauſa cognita, partiumque motivis hinc inde ponderatis, definiſſe, verum Rubiconem, armata manu non tranſeundum à Romanis Ducibus, & militibus; à Cæſare vero nihilominus pertranſitum ſignis elatis, eſſe illum, identicum, & peculiarem fluvium, qui noſtra ætate dicitur Rico, ſeu Piſatellus. Hi autem Principes ſunt Gregorius XIII. & Urbanus VIII. ambo Papæ, ambo eruditiſſimi, & qui ambo in minoribus pluries peragrarunt Provinciam Romandiolæ, propriiſque oculis intuiti ſunt, & mente perpenderunt, quæ ad utrumquæ pertinent flumen.

16. Nota eſt à ſolis ortu, & occaſu, ab aquilone, ac

(15) Angel. Maria Torſan. de laudib. Urbium fol. 103. Vincentius Cæſen. de Rubicon. antiqu. ſect. 3. cap. 8. fol. 53.

(16) Vide ſupra cap. 3. num. 22. & infra cap. 21. n. 24. & cap. 22. n. 2.

Digitized by Google

ac mari celeberrima Pinacotheca, vulgò *Galleria*, Romæ in Palatio Vaticano cunctis conſpicua: Regium ſanè ambulacrum: paradromis ſtupenda, & ædificum incomparabile: quod jure dici poteſt univerſi Orbis miraculum, artis pictoriæ, ac plaſticæ portentum, periſtylium denique, quo nullum in terris venuſtius, præclarius, ſumptuoſius eſt: rapiens oculos intuentium, & ſatigans mentem artificum peritiorum, illud tam totum ſimùl, & collectivè, quam diſiunctivè per partes ſingulas attentius perſcrutantium. Hanc molem erexerunt, diſpoſuerunt, ornarunt, & ditarunt reſpectivè, præfati duo Pontifices: & inter alia elegantiſſima opera, fecerunt ibi docto penicillo, ſub eruditiſſimi Geometræ regimine, non minore ſtudio, quam labore, affabrè delineari omnes Italiæ Provincias, unamquamque ſeorſim, & ſingulariter deſcriptam in ampliſſima Tabula Geographica.

17. In ea, quæ Romandiolam repreſentat, cunctis viſibilia exhibentur, & ordinate diſtributa, omnia illius Provinciæ flumina, majora, & minora. Interque Cæſenam, & Ariminum cernuntur optimè diſtributi, ſuiſque intervallis induſtriosè diſpoſiti, fluvii quique decurrentes: nempe Rico, ſeu Piſatellus; Butrius, Flumicinus, Luſus, & Maricula: itidemque ſuperſcriptum nomen Rubiconis, non Luſo, ſed Piſatello. Cui & adhuc ſuperſtant literis majuſculis exarata celeberrima illa verba Cæſaris, *Jacta eſt alea*. Sed & adeſt in ripa ejuſdem fluvii Piſcitelli, ſive Riconis, appicta labore minutiori Pyramis, indicans Edictum Senatus Populique Romani (quæ Pyramis in ampliori deinde forma, literiſque inſcripta edictalibus, repetita cernitur ſeorſim extra inferiorem angulum ejuſdem tabulæ, à parte occidentali). Demùm penes eundem fluvium elaboratum patet agmen militum, repreſentans cohortes, quæ Cæſare duce, Rubiconem, contra interdictum Reipublicæ Romanæ, auſæ ſunt pertranſire.

Hæc,

18. Hæc, & alia ibidem expreſſa pictoris arte, pateſaciunt, nil exactius deſiderari poſſe, ac irrefragabiliter ſtatuendum, quod flumen Rico, ſeu Piſatellus, eſt ille idem, peculiaris, individuus, & identicus, qui ab Antiquis Rubico vocabatur: & quem Cæſar tranſgreſſus eſt, movens arma contra Romanorum publicam libertatem. At hic non pudet quemdam impugnatorem veritatis audacius effutire, quod illa Tabula Vaticana, imo & quod aliȩ quoque Tabulȩ Geographicæ ibidem appictæ, ſcatent pluribus erroribus. Adeoque ipſa erraverit aſſignando nomen Rubiconis, tranſitum q. Cæſaris cum cohortibus armatis, ac Senatus conſultum illum interdicens, fluvio Piſatello: quȩ omnia veracius adſcribere debuiſſet fluvio Luſo. Futile vero prorſus eſt hoc dicterium, cui ſupra ſufficienter, imo & abundè reſponſum erit per ea, quæ diximus alia occaſione, ſed in idem tendente, ac præſens depoſcat: necnon per ea, quæ inferiùs referemus (17).

19. Verùm adhuc ad oſtendendum quam temerè, quam impudenter, quam injurioſè contra nobiliſſimam illam, & ore omnium laudatiſſimam Pinacothecam, à Suſſurrone præfato procacitèr blateretur; Lector dijudicet, ipſum ſic ad hominem conveniendo. Quis es tù, & quis te conſtituit Cenſorem idoneum, ac Judicem competentem contentorum in præclariſſima illa Pinacotheca, quam totus Orbis proſequitur ſuis præconiis? Cujusnam peritiæ geographicæ, ac geometricæ ſupereminentis es tu, quod correctorium officium tabularum ibi appictarum tibi valeas arrogare? Dic mihi, cur potiùs tabulas Vaticanas tu erroris audes redarguere, quæ fuerunt accuratiſſimis diligentia, ſtudio, & ſolertia peritiſſimi Geographi elaboratæ; & non magis inſipientiæ te accuſas, qui ejuſdem facultatis vix fortè principia, regulas, dimenſiones, reſque tandem ad ipſammet ſpectantes, vix, inquam, forte à limine ſalutaſti?

20. Dic itidem, cur circa Rubiconem errat præcla-

(17) Vide ſupra cap. 2. n. 12. cap. 4. num. 4. & infra cap. 12. n. 28.

Digitized by Google

ra tabula Vaticana, referens Provinciam Romandiolæ, ſi Urbanus PP. VIII. in publico Epitaphio ibi appicto profitetur, ſe picturas inſtauraſſe, ac Geographiam multis in locis correxiſſe, atque auxiſſe; ſi pariter eadem tabula Romandiolæ ibidem delineata eſt accurate, ac uniformiter ad aliam conſimilem ampliſſimam tabulam Italiæ, depictam Romæ in ædibus SS. Joannis, & Pauli ab egregio Geographo fratre Urbano Daviſio Geographo. Nec non conformiter ad tabulas Italiæ, ac Romandiolæ, compoſitas à Joanne Antonio Magino Patavino, à Samſone Gallo, à Crauterio, & ab Auctoribus Athlantis Batavi: nec non ad illam tabulam, quæ inſerta eſt Operibus Julii Cæſaris(18): ac alteram, quę cernitur prępoſita primo tomo recentis Collectionis rerum Italicarum (19)? Hi ſanè Auctores ſunt inſigniores Geographici temporũ recentiorũ, & omnes attribuunt Piſatello titulum Rubiconis, vel expreſſo nomine, vel ſuper appoſitis eidem his quatuor notiſſimis Siglis S. P. Q. R. vel aliis verbis, aut notis. Cur ergo tabula Vaticana errat, & cum eâ omnes tabulę mox memoratæ; non vero tu potius erras, cui tot, ac tantorum Geographorum tabulę præfatæ, partim pictæ, partimque typis impreſſæ, manifeſtè reſiſtunt?

(18) Opera Cæſaris impreſ. Londini an. 1712. poſt fol. 221.
(19) Murator. Rer. Italic. tom. 1. in princip.

21. Denique cur errat eadem tabula Vaticana, ſignans de Rubicone idipſum, quod tot, & tantæ Rationes, quot in præſenti opere continentur, probant uſque ad evidentiam; & non tu potius deſipis, qui contendis oppoſitum, quamvis nulla conſtans ratio tibi ſuffragetur, nomen, & entitatem Rubiconis jure àdjudicans Luſo? Nulla, inquam, efficax, & conſtans ratio. Nam ratiunculas, & cavillationes, quas obiiciendo propones; cito etiam inferius audies funditus diſſolutas, evacuatas, exinanitas, & ad nihilum redactas velut unda, quæ decurrit in præceps. Demum (loquendo phraſi Philoſophorum) cavillationes, & ratiunculæ tuæ, cito reſponſionibus, quas illis dabimus, reſolventur uſque ad materiam primam.

C A-

CAPUT VI.

Exhibentur aliæ duæ Rationes, deſumptæ ab *Oſtio*, quo Rico, ſive Piſatellus fertur ad mare. Atque à Titulo *Finis Italiæ*.

SUMMARIUM.

1. NOna Ratio *petita ex* Oſtio *Riconis. De rebus antiquis non judican. juxtà ſtatum præſentē.*
2. *Oſtium Piſatelli labentis in mare Adriaticum, correſpondet Oſtio antiqui Rubiconis.*
3. *Hic fluvius mutavit partem ſui alvei: & antiquitus proprio Oſtio ferebatur in mare.*
4. *Teſtes juridice examinati, deponentes de mutatione præfata partis alvei Piſatelli.*
5. *Ex publicis Inſtrumentis, & ſententia Rotæ Romanæ, mutatio eadem certa eſt.*
6. *Communitas Cæſenæ convertit dextrorſum finem alvei Riconis, ne noceret agris, & ſalinis.*
7. *Portus Cæſenaticus, à quibus, & quando ædificatus, devaſtatus &c. Dicebatur olim* Ad Novas.
8. *Hic locus juxta Itinerarium Hieroſolymitanum reſpondet diſtantiæ Oſtii Rubiconis.*
9. *Etiam juxta ſtatum præſentem, quo ſe Piſcitellus immiſcet fluvio Flumicino.*
10. *Ex Turribus Portus Cæſenatici patet, quod aquæ maris ibi dietìm ſe contrahunt.*
11. *Forte Piſcitellus ab initio ferebatur ore proprio in mare, ubi nunc ad illud accedit.*
12. *A loco unionis cum aliis fluviis, uſque ad mare, non eſt cur dicendus non ſit Piſatellus.*
13. *Diſtantia Oſtii Riconis à loco* Ad Novas, *oſtendit, illum, non Luſum, eſſe antiquum Rubiconem.*

14.

Digitized by Google

14. Decima Ratio *deprompta ex titulo* Finis Italiæ, *ſpectante ad Rubiconem.*

15. *Finis inter Romanos, & Gallos Senones fuit Eſis. Inter ipſos Romanos, & Gallos Boios, Rubico fuit.*

16. *Luſus nunquam fuit limes diſtrictus Arimini, & multo minus fuit finis Italiæ.*

17. *Arimini honorificentiæ. Colonia erat, finium Romanorum tutatrix: expoſita hoſtilitatibus Gallorum.*

18. *Luſus non erat in extremitate Romano Italiæ: ideoque non poterat eſſe Rubico.*

19. *Modica diſtantia Luſi ab Arimino facit, ut non reſpondeat Rubiconi Itinerarii Hieroſolymitani.*

20. *Reſpondet vero ei adamuſſim Rico, ſeu Piſatellus: adeoque hic, non Luſus, eſt verus Rubico.*

NOna Ratio favens *Riconi*, ſeu Piſatello, deſumitur ex Oſtio, per quod ejus aquæ feruntur ad mare. Nam ſive attendatur illius Oſtium ſecundum ſtatum præſentem, ſive ſecundum ſtatum antiquum; ſemper verificatur adamuſſim, & exacte illius combinatio reſpondet Oſtio Rubiconis: cui alioquin Oſtium Luſi minimè adaptatur. Ita, inquam, ſe habet idem Oſtium: quantumlibet alioquin de rebus antiquis quandoque non ſit dandum judicium, conferendo modernum illarum ſtatum cum eo, quem tenebant multis retro ab hinc ſæculis: ne aperiatur porta gravibus erroribus, cauſam dare aptis inſuperabilibus confuſionibus. Unde benè Diodorus Siculus: *Nonnulli legentium haud recto judicio uſi, nimis exquiſitè antiquas res ex his, quæ nunc geruntur, perpendunt* (1). Illa etenim, quæ poſſunt ex curſu temporis immutari, proculdubio ſubſunt variationi. Et idcirco ex illorum ſtatu moderno non bene infertur ad prætergreſſum: ut inſinuant quoque Legis periti (2).

2. Citra ullum dubium flumen, ſive fluvius *Rico*, qui & Piſatellus, circa finem ſui curſus alveum priſtinum immutavit (3): ac propterea non ex ſtatu, & loco, in quo

(1) Diodor. Siculus.

(2) Bartol. in leg. 1. n. 12. ff. de excep. Alciat. de præſump. reg. 2. præſ. 14.

(3) Card. Mantic. deciſ. 143. n. 1. & 169. n. 1.

quo ejus Oſtium invenitur hoc tempore, arguendum eſt ad ſtatum, & locum, in quo reperiebatur bis mille ferè ab hinc annis, ætate, ac præcedenter ad ætatem Cæſaris Imperatoris. Nihilominus ex abundanti dicimus, quod ſive attendatur Oſtium, per quod Piſatellus ætate noſtra fluit in mare; ſive illud, per quod antiquis temporibus illabebatur in Adriaticum; ſemper verificatur, quod idem ejus Oſtium correſpondet Oſtio antiqui Rubiconis: cui ex oppoſito non correſpondet Oſtium Luſi: & per conſequens fluvius *Rico*, ſeu Piſatellus, non *Luſus*, eſt ille verus, individuus, & identicus, qui dum in vivis erat Cæſar, appellabatur vocabulo Rubiconis: & quem ipſemet Dux in contemptum Romanæ prohibitionis, ac in ſubverſionem patriæ libertatis, armata manu tranſivit.

3. Profecto Rico, ſeu Piſatellus, quibuſdam ab hinc ſæculis, pro ea parte, qua vergit ad finem ſui tramitis, mutavit alveum, & oſtium. Præcedenter enim recto itinere ferebatur ad mare in loco appellato vulgari voce, *la Tagliata*, prope Oppidum, quod nunc *Portus Cæſenaticus* appellatur, & olim vocabatur, *Ad Novas*. Hocque multiformiter probatur. *Primo* ex antiquis Statutis Civitatis Cæſenæ, in quibus legitur: *Lectus Piſatelli reparetur à Bugnarola uſque ad mare* (4). Igitur proprio Oſtio ferebatur ad mare. Probatur *Secundo* ex teſtificatione Flavii Blondi, viri magni nominis, quem quidam hoc elogio italico metricè decoravit: *El Biondo da Forlì, ch' è un mare magno d'hiſtorie antiche* (5). Blondus enim refert, quod Piſatellus antiquis temporibus Oſtio proprio ferebatur in mare ad Portum Cæſenaticum, dicens, *nunc ubi Rubico mare ingreditur, eſt Cæſenæ Portus* (6).

4. Præterea idem *Tertio* probatur ex depoſitione multorum Teſtium, qui fuerunt juridicè, ac formiter, examinati (graviſſimâ in Causâ civili, acerrimè ventilata coram ſacra Rota Romana, inter Monachos

(4) Statut. Civit. Cæſen. fol. 293.

(5) Bened. Cæſen. de Honor. mulier. lib. 4. Epiſt. 4.

(6) Blondus Ital. illuſtr. Region. 6.

Digitized by Google

Congregationis Camaldulenſis Monaſterii Claſſenſis ; & poſſeſſores bonorum adjacentium Piſatello , circa annum 1580.) prævioque jurejurando affirmarunt , quod idem flumen , à ſua ſcatebra deſcendendo , diù poſt viam Flaminiam tranſactam, à villa, quæ dicitur *le Vencie* , per villam S. Pelegrini , decurrebat ſecus viam tendentem ad Portum Cæſenaticum , & recto itinere ferebatur ad mare, illo in loco, qui dicitur *la Tagliata* (7) ſive , ut verbis ejuſmet Rotæ loquamur : probarunt , *Piſatellum antiquitus , incipiendo à Vinciliis , & decurrendo per S. Pelegrinum , ad mare prope Tagliatam defluxiſſe* (8) .

(7) Card. Mantica deciſ. 143. ante n. 1. n. 8. & poſt num. 12.

(8) Idem Mantic. deciſ. 169. in initio .

5. Itidem *Quarto* probatur ex duobus publicis inſtrumentis, rogatis per authenticos Notarios annis 1473. & 1575. judicialiter productis in eadem Cauſa : ex quibus fuit oſtenſum , quod præfatus fluvius olim non defluebat verſus villam Salæ , ſed verſus Tagliatam (9) adeoque non ſe miſcebat fluvio Sabiniano uti modo: ſed proprio ſuo Oſtio intrabat in mare prope Portum Cæſenaticum, ſeu locum dictum olim , *Ad Novas* . Tandem *Quinto* probatur per rem judicatam ipſiuſmet ſacræ Rotæ: cujus habentur tres Deciſiones: una coram Plato anno 1589. & duæ coram Mantica , annis 1591. & 1592. (10) : comprobantes , quod Piſatellus mutavit priſtinum alveum . Hocque adeo verum eſſe, duodecim Auditores componentes Rotale tribunal exiſtimarunt , ut pronuntiaverint, *non poſſe in dubium refricari* , quod olim *Piſatellus prope Tagliatam ad mare diflueret &c. cum manifeſtum ſit mutaſſe alveum* (11) .

(9) Mantic. deciſ. 143. n. 8. & deciſ. 169. n. 5.

(10) Idem deciſ. 143. n. 7. & deciſ. 169. n. 4.

(11) Ipſamet Mãtic. deciſ. 169. n. 5. & 8.

6. Nec equidem præfatum alveum , (ſeu partem alvei prope finem) ex ſemetipſo idem fluvius immutavit ; ſed opera , & ſumptibus Communitatis Cæſenæ . Cum enim hæc cerneret , per illum ſæpe ſæpius inundari agros finitimos, ac Salinas ſubmergi: ſive devaſtari receptacula, & valles, in quibus coagulatur ſal : & ſic ex utroque capite ſubverti proventus publicos, ac privatos ci-

Digitized by Google

civium ſuorum; ideo Communitas præfata, ut conſuleret ſuæ, ſuorumque indemnitati, convertit dextrorſum finem alvei Piſatelli; ut non jam per proprium Oſtium ſe ferret ad mare ut antea, in loco, dicto *la Tagliata*, prope Portum Cæſenaticum; ſed ut ſuas aquas eo declinaret, quo fluvius Sabinianus, dictus etiam Flumicinus, properat ad fretum Adriaticum. Ac ſubindè fundum alvei derelicti vendidit finitimis poſſeſſoribus agrorum: prout fusè traditur in mox memoratis Rotalibus Deciſionibus (12).

7. Porro in loco, ubi nunc eſt Portus Cæſenaticus, olim erat Oppidum vocatum *Ad Novas*: cujus meminit ſemel, & iterum Agnellus Ravennas (13), ac Itinerarium Hieroſolymitanum ſuperius enunciatum (14): conſonatque tabula Italiæ, præmiſſa recenti collectioni *Rerum Italicarum*, ubi eodem in loco notatur, *Ad Novas* (15). Cumque idem Oppidum injuria temporum, ac ſubverſione bellorum, fuiſſet penitùs deſolatum, diuque manſionum, & incolarum expers; Cæſenates ad quorum territorium pertinebat, circa Chriſti annum 1302., ibidem ſuperexcitarunt novum Oppidum, & marinum Portum aperuerunt, quo acceſſum, & receſſum darent navibus, ad commodum negotiationis, & mercaturæ: impoſito illi nomine *Portus Cæſenatici* (16). Hoc autem ſicut non ſine ingenti ejuſdem Civitatis commodo, & honore; ſic & non ſine gravi finitimarum gentium invidia peractum eſt. Quamobrem primo Bernardinus Polentanus Ravennæ; deinde Franciſcus Ordelaphus Forolivii; poſtea Joannes Manfredus Faventiæ detentores, idem Oppidum, & Portum ſubverterunt, incenderunt, ac diruerunt (17). Cæſenates vero utrumque quoties opus fuit repararunt, & reſtruxerunt.

8. Oppidum autem iſtud, nunc *Portus Cæſenaticus* appellatum, & in loco ſitum, qui vocabatur olim *Ad Novas*, ac ubi quondam Piſatellus ſe proprio Oſtio exonerabat

(12) Card. Mantic. decif 143. n. 11. & dec. 169. n. 8.

(13 Agnel. lib. Pontifical. par. 2. in vit. S. Felic. & in vit. Martini.

(14) Vide ſupr. cap. 3. n. 18.

(15) Murator. Rer. Ital. tom. 1. in princip.

(16) Scip Claram. Hiſtor. Cæſen. lib. 11.

(17) Maur. Verdon. Opuſcul. de Cæſenatico Matth. Villan. Hiſtor. Florent. lib. 10. cap. 42.

rabat in mare prope Tagliatam juxta Itinerarium Hieroſol. ab Holſtenio recenſitum ad correctio nem Villanii (18); diſtat tribus mille paſſibus ab alio loco, ubi nunc fluvius Rico, ſive Piſatellus, cum fluvio Sabiniano, ſive Flumicino, decurrit in ęquor Adriaticum. Inquit enim idem Itinerarium: *Ravenna. Sapis XI. Ad Novas XI. Rubico Fl. III. Ariminum XI.* Ergo antiquum Oſtium Riconis, alias Piſatelli, olim fluentis *Ad Novas*, tribus milliaribus à loco, ubi nunc intrat in mare, correſpondet adamuſſim Oſtio Rubiconis, in eodem Itinerario deſcripti. Et ex oppoſito huic non correſpondet Oſtium Luſi, ſex circiter milliaribus diſtans à loco *Ad Novas*: & per tres circiter mille paſſus poſt prætergreſſum Rubiconem ſe infundens in mare. Igitur deſumendo argumentum ex Oſtio Rubiconis; Rico, ſeu Piſatellus, (non Luſus) ratione *antiqui ſui Oſtii*, eſt verus, individuus, & identicus Rubico Antiquorum: prout erudite infert quoque idem Holſtenius (19).

(18) Ubicola Diſſert. de Rubicon. fol. 3. poſt Jacob. Villan. Ariminenſ. Rubico.

(19) Vide hic ſup. cap. 3. n. 18.

9. Pariter ſi Oſtium Piſatelli attendatur, non ſecundum antiquum, ſed *juxta præſentem ſtatum*; nemo ignorat, quod propè finem ſui decurſus, aquas in ſe recipit fluviorum Butrii, & Sabiniani, ſive Flumicini, tribus mille paſſibus à Portu Cæſenatico ad Ortum. De quo Sabellicus: *Priuſquam ad mare deveniat cum amniculo quodam congreſſus &c. in Adriam vadoſo volvitur oſtio* (20). Cluverius item de illo inquit: *Rubico amnis, nunc Rugone &c. circa oſtium tria millia ab Oppido Cæſenatici Flumicino appellatus* (21) Nec autem ibi ejus nomen perditur, velut Almo ſuppreſſus à Tiberi: de quo Claudianus.

Et nomen magno perdit in amne minor (22).

Nam cum Piſatellus per duode viginti mille paſſus iter agat, ſitque longior, quam fluvii Butrius, & Sabinianus, ſeu Flumicinus, & uberiores etiam aquas traducat; non eſt cur poſtquam ſe conſociavit eiſdem, ſuo remaneat nomine deſtitutus. Sed ex nominibus trium fluviorum ſimul

(20) Sabellic. Aenead 6. lib. 7.

(21) Cluver. Antiqu. Ital. lib. 1. cap. 22.

(22) Claudianus de Conſul. 6. Honor.

Digitized by Google

ſimul incedentium, illud prævalet, quod eſt magis frequens in ore hominum: poſtpoſita claritate nominis Rubiconis uſualitati nominis Flumicini. Verum ex inſpectione tabulæ Topographicæ conſtat, quod Rico non recipitur in Butrio, neque in Sabiniano, ſed ipſe recipit in ſe utrumque, ac mox auctus eorum aquis intrat in mare (23) in loco dicto *Trè Bocche*.

10. Et quamvis etiã ſimul ex æquo ſeſe infunderent Æquori; adhuc tamen poſſet diſputatio proponi, an tempore, quo Rico, ſive Piſatellus, ex ima parte ſui prioris alvei traductus fuit ad alium, per quem nunc intrat in mare, ferretur in iſtud per proprium, & ſeparatum Oſtium, diſtinctum ab Oſtio Sabiniani, ſeu Flumicini, atque Butrii, nec ne? Quandoquidem certum eſt, quod in littore noſtri maris alicubi quotidie aquę ſe contrahunt, augentque ſpatium littoralis arenæ. Hocque patet ad evidentiam ex ſitu arcis, ſeu turris antiquæ proximi Portus Cæſenatici: quæ ab initio conſtructa fuit ad littus maris, ut ab hoſtibus tutas redderet naves ibi exiſtentes: nunc autem diſtat ab ora maritima fere per mille paſſus: unde opus fuit ad eundem finem novam arcem, ſeu turrim excitare prope littus: quæ quoque nihilominus jam ab oſtio Portus diſtat per quadringentos fere paſſus: eo quod aquæ ſe dietim contrahunt, & à margine littorali recedunt (24).

11. Non igitur eſt extra lineam veriſimilitudinis, quod Rico, ſeu Piſatellus, ab initio ſuæ traductionis ad novum alveum, per peculiare, proprium, & ſeparatum ſuum Oſtium in Æquor Adriaticum properaret: quantumlibet nunc ſuas aquas communicet proximis ibi fluviis Butrio, & Sabiniano, junctuſque illis per ſemimille circiter paſſus feratur eodem alveo, & oſtio ad Æquor præfatum: contractio namque marinæ aquæ, ac excreſcentia littoris dietim ibi aucta, cauſam dediſſe potuit, & fortaſſis etiam præbuit, unioni trium illorum fluviorum in unum, & eundem alveum. Sed ſit ſatis hanc quæ-

(23) Vid. tabulam noſtram & aliam Claram. Hiſtor. Cæſen. pag 26.

(24) Vid. infra cap. 14. n. 18. & 19. & cap. 15. n. 15. & cap. 16. n. 10.

quæſtionem non inutiliter indicaſſe: nec in ea diutius eſt immorandum, quià ex oculari ſitus recognitione, ac ex tabulæ quoque Topographicæ obſervatione innoteſcit, quod Rico non ſuas dat aquas Butrio, & Sabiniano; ſed utriuſque hujus fluvii ſuſcipit in ſe undas, & ſuis mixtas perducit ad mare in loco dicto, *Trè Bocche*.

12. Ac quamvis per breve ſpatium communi greſſu cum duobus illis fluviis pergat ad mare: ut in ſe tamen non perdit proprium nomen, ſaltem apud rerum peritos: quidquid ſit de gente gregaria, ſectante uſualem loquendi formam, ſine ulla proprietatis nominum diſcuſſione. Profectò non eſt, cur brevis idem, & ſocialis curſus aquarum, ſit potius dicendus fluvius Sabinianus, vel Flumicinus, quam Piſatellus: cum imo ſemper denominatio fieri debeat à potiori(25): dignior autem eſt Piſatellus Flumicino, ſeù Sabiniano (etiam præſcindendo à prærogativa Rubiconis) tum propter majorem itineris prolixitatem: tum propter uberiorem copiam aquarum, & receptionem in ſe bini fluvii præfati. Unde omnis ratio depoſcit, ut ab ipſomet unionis loco uſque ad mare, dictus curſus undę fluentis appellandus ſit Piſatellus. Alia vide inferius (26).

(25) Lege quæritur ſi de ſtatu hominum.

(26) Vide infr. cap. 14. à n. 3. & 9.

13. Fertur igitur hic fluvius ad mare ſic ut ſupra ſociatus, & auctus aquis. Fateturque Cluverius (alioquin parum ipſi Piſatello propitius), quod juxta vetus Itinerarium, *Rubiconis oſtia diſtat à Novis tribus milliaribus, ab Arimino XI. mil. paſſ.* (27). Tantundem autem ſpatii eſt ab Oſtio, per quod nunc Rico, ſeu Piſatellus intrat in mare, ad Portum Cæſenaticum, in dicto Itinerario dictum, *Ad Novas*: nempe tria millia paſſuum. Et ab eodem Oſtio ad Ariminum intercedunt undecim milliaria, ut notum eſt. Vice verſa vero à dicto Portu, ſeu à loco *Ad Novas* ad oſtium Luſi, ſex circiter ac ab hoc ad Ariminum, alia octo itē circiter millia paſſ. intercurrunt. Ergo etiam juxta præſentis temporis ſtatum, Oſtium Rubiconis correſpondet adamuſſim Oſtio Rico-

(27) Cluver. Ital. Antiq. fol. 299.

Digitized by Google

Riconis, alias Piſatelli, non autem Luſi: & per conſequens verus Rubico Antiquorum non eſt Luſus; ſed Rico, ſive Piſatellus. Hinc, ut notat Vincentius Cæſenas, etiam ex Ptolomæo in tabula ſexta Europæ, habetur: *Rubiconis fluvii oſtia, Piſatello, Rucone* (28).

(28) Vincentius Cæſenas de Rubicon. antiqu. ſect. 1. cap.2. fol. 5.

14. *Decima Ratio* deſumitur ex titulo, quo inſignitus fuit Rubico apud Antiquos: videlicet, ut eſſet *Finis Italiæ*, dividens Galliam Ciſalpinam, ac etiam Ciſpadanam, à ditione Romana. Nimirum terminus ut eſſet, ſeparans illam partem Italiæ, quæ ſuberat Romanæ Reipublicæ, ab alia parte, quæ obtemperabat Gallis diverſorum nominum, dudum antea digreſſis ex Francia, & diffuſis per tractum Ciſalpinum uſque adeundem fluvium Rubiconem (29). Quod hic fuerit finis, ac limes diviſorius utriuſque ditionis, Romanæ, atque Gallicæ, ſumptarnm in mox memorato conceptu; late probavimus ex Cicerone, Plinio, Plutarcho, Svetouio, Lucano, Sidonio Appollinari, Hadriano Cardinali, Flavio Blondo, Sabellico, & aliis (30). Ita ut hoc à nullo prudente, ſapienteque homine in dubium rationabiliter valeat revocari.

(29) Carol. Sigon. de Jure antiqu. Ital. lib. 1. cap. 24. fol. 164. Mezeray Hiſtor. Franc. to. 1. lib. 1. n. 3.

(30) Vide ſupra cap. 1. à n. 11.

15. Et quamvis antecedentèr Italiæ finis eſſet fluvius Æſinus, decurrens in mare haud longè ab Anconâ; tamen poſtmodum idem limes finitimus prolatatus fuit uſque ad fluvium Rubiconem. Inquit enim Strabo: *Limes antiquæ Italiæ, & Galliæ, ad hujus maris* (Adriatici) *partes, ſepè eſt à Magiſtratu* (Romano) *mutatus. Primum Æſin fluvium limitem eſſe voluerunt, deinde Rubiconem* (31). Quandonam autem iſta mutatio fuerit facta, ſeu terminus ampliatus; audi breviter ex Cluverio: *Poſtquam Senones à Romanis deleti fuere, terminum tunc Romani inter ſe, atque Bojos, ſive inter Italiæ nomen, & Galliam Ciſalpinam, conſtituerunt Rubiconem amnem* (32). Finis ergo inter Gallos Senones, & Romanos, fuit Æſis. Inter autem ipſos Romanos, & Gal-

(31) Strabo Geographus lib. 5. fol. 347.

(32) Cluver. Ital. antiqu. fol. 273.

Digitized by Google

Gallo Bojos, Senonum ſucceſſores, Rubico fluvius fuit pro termino conſtitutus (33).

(33) Sigonius ubi ſupr. fol. 166. Piſiſcus V. Boii.

16. Nunc ſtrictius ad rem noſtram. Luſus fluvius non erat, nec unquam fuit in extremitate Romanæ ditionis, quà Gallo-Boicam proſpiciebat, ſed aliquanto introrſus ab ea. Ergo non erat, nec fuit unquam limes, aut finis inter utramque nationem Romanam, & Gallo-Boicam. Antecedens paulo infra probabitur. Interea doctus Lector attendat, quod idem Luſus nec etiam fuit unquam finis diſtrictus Ariminenſis, à latere nempe occidentali: quippe ab ea parte, hujus Urbis territorium ſemper magis amplum fuit (34). Et certè longè præterlabebatur tramitem Luſi. Superius enim vidimus, quod quandoque ſe protendebat uſque penè ad margines Piſatelli (35). Si ergo Luſus non erat limes diſtrictus Ariminenſis; multo minus dicendum eſt, quod fuerit limes inter Italiam Romanam, & Gallo Boicam.

(34) Filip. Antonin. Supplem. della Cronica di Verucchio cap. 2.

(35) Vide ſupra cap. 5. n. 10.

17. Augetur vis rationis ex eo quod Ariminum quandoque fuiſſe dicitur caput Provinciæ, Ducatum, & primariam Urbem tractus Pentapolitani (36). Sanè autem nimium coarctato fuiſſet prædita territorio, tantæ dignitatis Civitas, ſi non illud protendiſſet niſi ſex circiter mille paſſibus, quot ab ea diſtat Luſus; ubi Flaminiam viam interſecat. Inſuper tempore Romanæ Reipublicæ, Ariminum erat Colonia (37): imo prior Colonia tutatrix Romanæ ditionis: utpote quæ prima omnium occurrebat invaſionibus Gallorum Bojorum, & aliorum, quorum erat hoſtilitatibus expoſita. Unde conqueſtio Ariminenſium apud Lucanum:

(36) Jacob. Villan. Ariminenſ. Rubico fol. 154. & ſeq.

(37) Livius lib. 2. decad. 4.

O male vicinis hæc mœnia condita Gallis:
O triſti damnata loco: pax alta per omnes,
Et tranquilla quies populis: nos præda furentum
Primaque caſtra ſumus: melius fortuna dediſſes
Orbe ſub Eoo ſedem: gelidaque ſub Arcto,
Erranteſque domos: Latii quam clauſtra tueri (38).

(38) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 21.

Pa-

Parum autem quod tueri tunc habuiſſet Ariminum, ſi ejus territorium, ſi Romani fines non exceſſiſſent marginalem lineam fluvii *Luſi*.

18. Probatur nunc antecedens paulo retrò relictum: nempe quod idem Luſus non erat in extremitate Romanæ ditionis, quà Gallo Boicam proſpiciebat, ſed aliquantò introrſus ab ea. Inquit enim Sigonius: Italiæ termini &c.ſeu Galliæ Ciſpadanæ *fuerunt à mari ſupero Rubico, ab infero Arnus &c. Cis Rubiconem primum Oppidum erat Ariminum, quod juris Italici fuit, non provinciæ Galliæ* (39). Si Ariminum intra provinciam Romano Italicam conſiſtebat; ergo etiam ejus diſtrictus intra eandem continebatur. Sed ipſemet diſtrictus longè ſe porrigebat ultra Luſum, prout ſupra probatum fuit. Ergo Luſus non erat in extremitate ditionis Romano Italicæ, ſed aliquanto introrſus ab ea. Et quia terminus eſſe non poterat, neque Galliæ, neque Italiæ, niſi eſſet in extrema illarum parte conſtitutus; evidenter ſequitur, quod Luſus non poterat eſſe finis utrimque inter ditionem Romano Italicam, & Gallo Boicam: adeoque & nec eſſe, nec dici valet Rubico Antiquorum.

(39) Carol Sigon. de antiqu. jur. Ital lib 1.cap.26. fol.169.

19. Præterea Oſtiũ fluminis Rubiconis, juxta Itinerarium Hieroſolymitanũ, ab Holſtenio, & Cluverio probatum, prout ſuperius dictum fuit, ab Arimino diſtat undecim mille paſſibus. Sed Luſus, ad oſtium ſuum ſumptus, per quód fluit in mare, non diſtat niſi octo circiter milliaribus ab eadem Civitate: ac per tramitem viæ Flaminiæ, quam findit in duas partes, diſtat ſolummodo ſex circiter mille paſſibus ab Arimino. Ergo ſitus eſt, & decurrit, non in limine utriuſque provinciæ Romano Italicæ, ac Gallo Boicæ, ut poſſet eſſe terminus utriuſque; ſed totus conſiſtit intra terminos primæ: ac equidem ſaltem per tria circiter milliaria in ora littorali maris Adriatici: per quinque circiter in linea viæ Æmiliæ: per ſex adhuc ſuperius: eoque ſem-

Digitized by Google

per magis longius, quo magis vergit ad montes, à quibus deſcendit. Ergo ipſe Luſus non potuit eſſe limes utriuſque provinciæ, finiſque Italiæ ſubjectæ Romanis: & per conſequens ille non eſt, nec fuit unquam, neque in ſenſu veritatis, à quoquam ſcientifico viro pro Antiquorum Rubicone poteſt haberi.

20. E converſo vero in eodem Itinerario Fluvius Rubico ſtatuitur, quod à Ravenna diſtet per oram littoralem 25. mille paſſibus: ab oſtio fluminis Sapis, undecimo lapide: à loco, Ad novas, ſeu à Portu Cæſenatico, tribus mille paſſibus: & ab Arimino per undecim milliaria. Sed hæc præciſa diſtantia, quoad ſingulos hinc inde relatos terminos, congruit adamuſſim fluvio Riconi, ſeu Piſatello: & alioquin hic diffluit proximè à Cæſena, quæ erat prior Civitas inter ſubditas Gallo Boiis, poſt dilatatos fines Italiæ uſque ad Rubiconem (40). Ergo Piſatellus erat in limite utriuſque provinciæ, aptuſque conſtituere utrimque finem ipſarum: & conſequenter Piſatellus, non Luſus fuit finis Italiæ, atque Galliæ Ciſalpinæ, ac verus, individuus, & identicus Rubico Antiquorum.

(40) Samuel. Pitiſcus V. Boii.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Adhuc aliæ *duæ* adducuntur *Rationes*, deſumptæ ex Epitheto *Punicei*, quod competit Rubiconi. Et ex communi ſenſu Scriptorum favore Riconis.

SUMMARIUM.

1. UNdecima Ratio *deducta ex Epitheto* Punicei, *attributo flumini Rubiconi.*
2. *Puniceus ſignificat idem ac rubeus: & in quo ſenſu à Lucano ſumatur?*
3. *A colore terræ, vel aquæ, aut glareæ ſuæ Rubico dictus fuit Puniceus.*
4. *Oſtenditur, attributum Punicei coloris verificari in* Ricone, *non in* Luſo.
5. *Rubedinem Riconi denegat Cluverius, errans ex defectu localis intuitionis.*
6. *Debebat id explorare tempore congruo, non diebus inopportunis.*
7. *Ex circumſtantiis ab eo indicatis, patet, non obſervaſſe flumen tempore apto.*
8. *Si Cluverius non vidit rubedinem in Ricone; illam nec etiam vidit in Luſo.*
9. Duodecima Ratio *deprompta ex communi ſenſu Scriptorum omnium Nationum.*
10. *Plures, examinata præſenti quæſtione, identitatem Rubiconis adjudicant Riconi.*
11. *Cluverius, & antiqui Ariminenſes faventes Riconi. Et quid de aliis ei contrariis?*
12. *Quidque de Scriptore aliquo non Ariminenſi, qui ſenſerit contra Riconem?*

13. Jacobus Villanius *favore Luſi adverſus Riconem, ſeu Piſatellum quam proficuè ſcripſerit?*

14. *Sequaces non habuit ejus opinio. Liber item illius fuit prohibitus à Sacra Indicis Congregatione.*

15. *Rationes faventes* Riconi *contra* Luſum *ad* 70. *circiter aſcendunt.*

UNdecima Ratio deſumitur ex Epitheto, quod Poetæ dant Rubiconi, relative ad colorem, ſive alvei, ſive aquarum ipſius. Nam Lucanus, qui peregregie de hoc fluvio ſermonem habuit, ac Cæſaris tranſitum per eundem, contra interdictum Senatus Populique Romani eleganti muſa deſcripſit; ita modulatus eſt:

Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis,
Puniceus Rubicon (1).

(1) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 19.

Pariter Auctor antiquiſſimi Diſtici, marmoreæ tabulæ inſculpti, (quæ olim prope ripam Riconis erecta patebat, ac deinde ad tutiorem illius conſervationem, tranſlata fuit Cæſenam, & in impluvio Palatii decurionalis, inſerta parieti) de hoc ipſomet loquitur flumine:

Hic, licet unda brevi, Gallorum terminus olim,
Auſoniæque fuit Puniceus Rubicon (2).

(2) Scip. Claram. Hiſt. Cæſen. in Appar. 2. fol. 18.

2. Quid ſibi vult ly *Puniceus*? Certè non aliud, quam *rubeus color*. Quinam autem eſt color *Puniceus*? Eſt color rubeus, non utcumque, ſed coccineus (3): & vehementiſſime rubens, uti deducitur ex Aulo Gellio (4). Hinc ſanguis Puniceus dicitur apud Statium (5). Corium Puniceum apud Plautum (6). Pennæ Puniceæ apud Virgilium (7). Color flore roſæ Puniceæ prior apud Horatium (8). Deterior cinereus color, Puniceus melior, apud Plinium (9). Demum aqua Punicea Getico ſanguine, apud Ovidium (10). Lucanus attamen, qui primus dedit Rubiconi epithetum *Punicei*, non in hoc rigore coloris vehementiſſime rubei, ſeu coccinei, effatus eſt; ſed poeticè ad metri commodum

(3) Calepin. Vide Puniceus.
(4) Aulus Gell. lib. 3. cap 9.
(5) Statius 1. Achilleid. 61.
(6) Plaut. Rudent. 13. 60.
(7) Virgil. 3. Georgig. 75.
(8) Horat. 4. Carmin. Ode 10. 1.
(9) Plinius lib. 34. cap. 10.
(10) Ovid. 4. de Ponto elegit 7. 4.

Digitized by Google

dum ſcripſit, *Puniceus*, pro colore qualitercumque rubente, ſeu referente tincturam rubram.

3. Voluit ergo ſignificare, quod aquis Rubiconis inerat ſpecies quædã coloris fulvi, eęque apparebant aliquo modo rubentes: non ſecus ac celeberrimus quoque Tiberis appellatus fuit flavus ab Horatio, dum Saphico, atque Adonio carminibus cecinit: *Vidimus flavum Tiberim retortis littore Etruſco violenter undis, ire dejectum monumenta Regis, templaque Veſtæ* (11). At undenam Rubico fuit epitheto *Punicei* decoratus? Reſpondet Hugo Grotius in explicatione Lucani, *A colore terræ* (12). Hermanus vero Torrentinus cenſet, quod ita ſit à *rubore aquæ appellatus* (13). Et Schildius in Svetonio id refert ad arenam, & glaream illius alvei, quæ vergat ad colorem rubeum (14). Conſentitque Sidonius Apollinaris, Heronio amico ſuo Roma reſcribens, ſe Rubiconem in itinere pertranſiſſe: *qui originem nomini de glarearum puniceo colore mutuatur: quique olim Gallis Ciſalpinis, Italiſque veteribus terminus erat* (15).

4. Talis autem eſt fluvius *Rico*, ſeu Piſatellus: quippè cujus alvei tellus quamdam ſpeciem refert rubedinis: arena item, & glarea ejuſdem, ut plurimum eſt ſubfulva: demum aquæ illius, præſertim cum tumidus incedit, infectæ apparent colore fulvo, ſeu tendente ad rationem aliquam tincturæ rubentis: prout referunt qui tam curioſè, quam attentè curſum ipſiuſmet fluvii aquis inflati obſervarunt: hocque poterit etiam quilibet propriis oculis experiri. Quæ ſanè qualitates è converſo in fluvio *Luſo* minimè ſe viſibiles reddunt, neque cum placidus lentè fluit, neque cum decurrit gravidus aquis. Non itidem ejus alvei tellus, non glarea, non arena ullam exhibent apparentiam tincturæ rubentis. Ergo in Ricone, ſeu Piſcitello, non in Luſo verificatur Epithetum *Punicei*, quod Rubiconi attribuitur à Lucano, ejuſque ſequacibus: ac proinde

non

(11) Horat. Ode 2. lib. 1.

(12) Grotius in Lucan. lib. 1. ad ly, tunc vires fol. 19.

(13) Herm. Torrentin. Opuſc. de fluvior, mont &c. nomin. Elucidar. Poetic. V. Rubicone.

(14) Schildius in Sveton. in Cæſar. cap. 31. ad ly Provinciæ eius,

(15) Sidon. Apollin. lib. 1. epiſt. 5.

Digitized by Google

non Luſus, ſed Rico, ſeu Piſatellus, eſt Rubico Puniceus Antiquorum.

5. Oppones tù forte, quod nec ipſe Rico, ſeu Piſatellus coloris fulvi, ſeu rubentis, notas præſeferat. Idque probari contendes teſtificatione Cluverii, de illo referentis: *Sane neque puniceus glarearum color apud prædictam Inſcriptionem conſpicitur, terra illic fere albicante: neque arundinetum ibidem ullum unquam fuiſſe potuit in cava, aridaque valle* (16). At nos reſpondemus, quod ſi Cluverius obſervaſſet attente alvei terram, arenam, & glaream, non in eo dumtaxat loco, quo viatores per pontem lapideum, & equidem altum, unientem viam Emiliam tranſcendunt (ubi erecta eſt Inſcriptio, quã ipſe memorat, & uti fecit ipſemet) ſed in aliis quoque locis, infra, & ſupra pontem per tramitem alvei, uti facere debebat, ſi dare volebat judicium de hac re; profecto vidiſſet id, quod viderunt, & vident alii, de colore præfato.

(16) Clpver. Ital. antiq. lib. 1. cap. 2.

6. Pariter oportebat, quod Cluverius intuitus fuiſſet Riconem, ſeu Piſatellum tempore habili: nempe in aliquo menſe vernali, autumnali, aut hiemali: ſive aliquo die pluviali, parumve à pluvia diſtante: aut ſaltem tali, ut idem fluvius tunc uberibus afflueret aquis. Hoc enim tempus fuiſſet idoneum ad faciendum experimentum, num aquæ ipſæ referrent colorem rubentem, nec nè. Non vero id explorandum aggredi aliquo æſtivo die, quando calores magis vehementes adurunt agros, & arva, nec non ipſa pene flumina exſiccant: prout feciſſe Cluverium deducitur ex ejus verbis, quibus affirmat, ſe ad marginem ejuſdem fluvii vidiſſe *aridam vallem*, forte quia inde tranſivit hora meridiana, ęſtiviſque, ac ferventibus anni diebus, in quibus Romipetæ ſolent ad almam Urbem per viam Emiliam properare.

7. Certè ſi tunc Rico, ſeu Piſcitellus tenui fluebat aqua: ſi arena, ſi glarea, ſi alveus illius; denique ſi vallis

vallis eidem adjacens ad viam Emiliam, exaruerant præ nimietate coloris; quomodo certiorari poterat Cluverius, quod idem fluvius eſſet, nec ne, ſitque adhuc puniceus, vel ceruleus? Jnutilis profecto, & erronea fuit exploratio tam inepto tempore facta: cum alveus ipſiuſmet fluminis albeſcebat occaſionaliter, propter intenſionem fervoris ſolaris, habilem arefacere omnem ſuperficiem terræ, illius radiis expoſitam. Quibus in temporis circumſtantiis nil mirum, quod viderit candeſcere Rubiconem, quem Lucanus puniceum appellavit. Nam vidiſſet quoque albicare præ nimia caloris aduſtione *rura*, quæ vocavit flava Claudianus (17): & *arva*, quæ pariter flava denominavit Virgilius (18).

(17) Claudian. 1. in Eutrop. 13.
(18) Virgil. 1. Georgic. 64.

8. Adde quod ſi vidit candeſcere alveum *Riconis*, ſive Piſatelli; non potuit profectò non cernere albicantem quoque contemporaneè fluvium *Luſum*, haud multum inde diſtantem, propter vim fervoris æſtivi, æqualiter utrumque fluvium afficientem. Hocque nobis eſt ſatis ad prævalendum in cauſa, quantum ad propoſitum præſentis undecimæ Rationis. Nam ſi quo tempore Cluverius intuitus eſt candeſcere, non rubeſcere aquas, & alveum Piſatelli; vidit quoque, vel rationabiliter loquendo, videre debuit etiam albeſcere, non rubeſcere aquas, & alveum Luſi; ergo Luſus non erat puniceus. Si non erat puniceus, ergo non erat Rubico. Et ſi non erat Rubico; ergo Rubiconis nomen, dignitas, & identitas inerat Cluverii tempore, atque ineſt quoque modo, fluvio Piſatello. Alia de titulo, ſeu epitheto *punicei*, quo Rubico fluvius honeſtatur; vide ſuperius (19).

(19) Vide ſupra cap. 2. num. 21.

9. *Duodecima Ratio*, deſumitur ex communi ſenſu, & uniformi conſenſu omnium penè Scriptorum, qui de præſenti materia ſermonem habuerunt, nedum ante, verum etiam poſt excitatam controverſiam de identitate antiqui Rubiconis. Et quidem Scriptorum cujuslibet Ordinis, atque Nationis. Nam *Hiſtorici*, *Geogra-*

phi

phi, *Philologi*, *Archæographi*, *Poetæ*, ac generaliter cuncti penè ſcientifici, & eruditi homines, ad præcipuas, & diſparatas Regiones Orbis pertinentes, *Itali*, *Germani*, *Galli*, *Belgæ*, *Hiſpani*, *Batavi*, *Angli*, *Veneti*, *Inſubres*, *Etruſci &c.* quorum prolixam enumerationem ſuperius recenſuimus (20), omnes una voce, ore conſono, ac uniformi ſententia profitentur, ſe in fluvio Ricone, ſeu Piſatello, non vero in fluvio *Luſo*, identitatem antiqui Rubiconis agnoſcere.

(20) Vide ſupra cap. 2. 3. & 4.

10. Ac, quod utique magis eſt, perplures ex eis, declarant, ſe ante oculos habuiſſe ſubſtantiam hujuſmodi controverſiæ, atque momenta rationum ponderaſſe, faventium tam primo, quam ſecundo dictis fluminibus: ac ad majorem cautelam, tutioremque rei diſcuſſionem, non animum ſuum aperuiſſe, niſi præmiſsâ viſitatione locali utriuſque fluvii, ac illorum inſpectione oculari: cunctiſque deligenter exploratis, à veritate ſe coactos fateri, *non Luſum*, ſed *Riconem*, ſeu Piſatellum eſſe verum, individuum, & identicum Rubiconem Antiquorum. Ut inde cognoſcas, eoſdem, non inconſulte, non clauſis oculis, non re inexplorata; ſed cunctis benè libratis, diſcuſſis, & examinatis, adjudicaſſe Riconi, ſeu Piſatello Rubiconis identitatem. Tot autem, ac tantorum Scriptorum ſenſus uniformis, conſonaque ſententia, numquid non ineluctabilem conſtituit Rationem: quæ tot aliis cumulata, ſuperius recenſitis, favore Piſatelli, ſive Riconis, profectò de Luſi manu identitatem antiqui Rubiconis evincat?

11. Si dicas, Philippum Cluverium oppoſitam fovere opinionem, idipſumque ſentire nonnullos recentiores Ariminenſes: ac inter hos *Jacobum Villanium* peculiarem edidiſſe ſcriptionem, ut Orbi literario ſuaderet, non Riconem, ſeu Piſatellum, ſed Luſum eſſe Rubiconem Antiquorum; ſi hæc, inquam, dicas; nos reſpondemus, Cluverium non contra, ſed pro Ricone pugnare, prout ſuperius oſtendimus (21). Addimuſque ver-

(21) Vide ſupra cap. 3. num. 15.

Digitized by Google

verba Holſtenii aſſerentis, *Philippi Cluverii dicta adhærere magis Piſatello, quam Luſo*. Item quod *Ariminenſes ipſimet Scriptores olim ſine controverſia non negarunt, Piſatellum eſſe Rubiconem*. Et quo ad Scriptores extraneos ab Arimino; vix ullus, raruſve reperitur, qui ſit contrarius Riconi, ſeu Piſatello. Addeque quod ſi aliquis Auctor, non aliqua paſſione præventus, propendiſſe videtur favore fluvii Luſi; hoc non niſi profluxit ex eo, quia rationes clamantes pro Ricone, ſive Piſatello minimè perſpexit: neque reſponſiones audivit, auditaſve perpendit, quibus motiva contraria penitus enervantur.

12. Et ſanè ſi talis Auctor attentè, atque animo pacato legiſſet ea, quæ nos hucuſque protulimus, &, quæ mox ſucceſſive, Objectis, Mendaciis, & Ineptiis contrariis reſpondendo,in veritatis obſequium congeremus;profecto plena manu dediſſet ſuffragium ſuum favore Piſatelli. Præterea ipſe idem Auctor invenietur vel ſolitarius eſſe,vel,re inexplorata loquens,aut vulgari rumore magis, quam veritate ductus, ac ſanè non talis, ut ejuſdem ſenſus opponi poſſit innumeris pęnè Scriptoribus adjudicantibus Riconi Rubiconis identitatem. Non item reddet ſuæ aſſertionis rationes tales, quæ ſtare valeant è conſpectu rationum noſtrarum. Denique ipſius opinio erit opinio ſingularis contra communem ſententiam omnium paſſim Eruditorum: nedumque non innixa firmis fundamentis; verum imò ſubverſa fundamentis oppoſitæ ſententiæ: opinio demùm arbitrariè potius, quam rationabiliter inculcata: nec minus ab experientia magiſtra rerum, quam ab auctoritate ſolidius eloquentium, confutata.

13. Quantum vero ad *Jacobum Villanium*; nos invehi nolumus in illius conatum: qui viros omnes literariis ſtudiis incumbentes, & eorum fætus qualitercumque conceptos, honore proſequi ſolemus: ac excuſare potius, ſi quem erraſſe, vel minus apte locu-

M tum

tum eſſe reperimus; quam illius opera vellicare. Scripſit ipſe quidquid ſcivit, & potuit, pro ſuæ cauſæ opportunitate: ſuggeſſit quæ ratus eſt ſuæ intentioni prodeſſe: tuitus eſt, quantum ei vires adfuerunt, propoſitum, quod ſibi præfixerat, identitatem Rubiconis traducendi de *Ricone* in *Luſum*. An autem proſperè vel improſperè; judicent Eruditi, nulla peculiari affectione occupati. Nos hic dumtaxat innuemus, quod libri, & ſcripta elucubrantur, ut Lectores inſtructi remaneant de contentis in eiſdem: & ut ſuaſi aſſertionibus, rationibuſque ibidèm coadunatis; in ſcribentis ſenſum deſcendant.

14. Hunc autem effectum non produxiſſe oportet Jacobum Villanium; dum viri docti, qui venerunt poſt ipſum, aſſerta illius parvipenderunt: & quidquid ſit de res tractantibus craſſa Minerva; ſanè graves, & eruditi veritatis indagatores, poſt ſcripta ejuſdem attentè perpenſa; repudiarunt, contempſerunt, neglexerunt opinionem, quam de fluvio Luſo propoſuit: atque identitatem antiqui Rubiconis eſſe adjudicandam fluvio Riconi, ſeu Piſatello, conſtantiſſimè propugnarunt. Accedit, quod illius liber infortunium incurrit publici præjudicii, quo promeruit ſententia ſupremi Principis, explicata per organum Sacræ Congregationis Indicis, cenſura lectionis interdictæ notari (22). Quam fidem autem, quam vim, quam auctoritatem habere poterit liber judicialiter accuſatus, & poſt ſerium examen, ſententia ſupremi Judicis condemnatus? Adde quæ pridem in contrarium ſcripſerat docto calamo Scipio Claramontius (23). Et quæ deinde Vincentius Civis Cæſenas ad confutationem ipſiuſmet Villanii, erudita lucubratione compegit (24).

15. Nos porro allegavimus hucuſque Rationes pro fluvio Ricone, ſeu Piſatello, efficaciſſimè conclamantes: reſtrictas quidem quod ad numerum, ad ſolas duodecim; ſed revera multo plures quoad ſubſtantiam: cum non-

(22) Judex Libror. prohib. V. Jacobus Villanius.

(23) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par. 2.

(24) Vincentius Cæſenes de Rubicon. antiq.

Digitized by Google

nonnullæ illarum ſub unico proſpectu diverſa motiva contineant, vim præſeferentia totidem Rationum. Et cum quartæ, & quinta ipſarum, ſint complexivæ auctoritatum pluſquam triginta Geographorum, Hiſtoricorum, Poetarum, & Scriptorum, quorum ſententiæ ſingulariter ſumptæ, ſeorſim proponi potuiſſent in figura peculiaris Rationis; jam vides, ad quanto uberiorem numerum creſcant fundamenta, & Rationes, cauſæ noſtræ faventes! Ex nunc præterea reſpondebimus quinque Objectis, 12. Mendaciis, totidemque Ineptiis, propoſitis contra eundem fluvium Riconem. Et harum quoque diſſolutiones non ne totidem Rationes erunt, augentes præfatum numerum duodenarium? Quo itidem agnoſcatur, ſuffragari fluvio Riconi, ſeu Piſatello adeo longam ſeriem Probatiorum, atque Rationum; ut earum ſumma collectivè ſumpta penè ad 70. facto juſto calculo, aſcendat.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Reſpondetur Objectis denegantibus *Riconi*, ſeu Piſatello identitatem antiqui Rubiconis. Agiturque de *Anno*, *Menſe*, *Die*, *Hora*, *Loco*, & militum *Conſortio*, quibus Cæſar illum Fluvium pertranſivit.

SUMMARIUM.

1. *Poſt probatam identitatem Rubiconis in Ricone, reſpondendum eſt quoque Objectis.*
2. *Triplicia hæc ſunt. Agendum eſt de Anno, Menſe, Die &c. quo Cæſar tranſivit Rubiconem.*
3. Annus *ejuſdem tranſitus refertur ad Urbis Conditæ 704. & de cauſa, ob quam factus fuit.*
4. *Ab aliis conjicitur in annum V. C. 705. Diſcrepantia unius anni in Conſulatibus.*
5. *Tranſitus idem evenit potius anno V. C. 706. Quid peteret Cæſar à Senatu Romano.*
6. *Cicero ſuadebat annui Cæſaris petitioni. Senatus abnuit, & Interceſſores expulit Romà.*
7. *Paciſci de Republica Senatus detrectabat. Plebis Tribuni ad Cæſarem Ravennam profecti ſunt.*
8. *Quo tempore deſignatio fieret Conſulum pro anno futuro? Et an hoc anno fuerit retardata.*
9. *Tranſitus Rubiconis evenit anno V. C. 706. Cæſare cum Servilio Conſulibus.*
10. *Idem tranſitus contigit hiemali tempore, nempe* Menſe *Januarii.*
11. *Et quoad* Diem, *is fuit 13. ſeu Idibus ejuſdem menſis: aut paulo ante, vel paulo poſt.*

Hoc

12. *Hoc elicitur ex epiſtolis Ciceronis, qui de Senatus, & Cæſaris negotii egit.*
13. *Quot dierum, & menſium eſſet annus apud Romanos? Et de intercalatione illius.*
14. *Depravatio annorum unde profluxerit? Cæſar annum correxit.*
15. *Confuſione ſublata, curſui ſolis annum adæquavit, cum intercalatione bis ſexti.*
16. *Anni correctio quo Conſulatu Cæſaris contigerit? Et quo anno is fuerit interemptus?*
17. *Ea correctione menſes ad ſua loca redierunt. Januarius retrò fluxerat in Octobrem.*
18. *Idus Januarii, tempore tranſitus Rubiconis contigerunt circa diem 15. noſtri Novembris.*
19. *Cujus temporis calculus deducitur ex Cicerone, relative ad ſubſequens Equinoctium.*
20. *Idem tempus erat aptum ad pluvias, & nives. Tranſverſio menſium ab aliquibus negata.*
21. *Quot dies, & inter quos Menſes, inſeruerit Cæſar, ut confuſionem corrigeret?*
22. *Quidquid ſit de retrotractione menſis; tranſitus Cæſaris contigit circa Idus Januarii.*
23. *Cæſaris iter non fuit recta via, & littorali verſus Ariminum, ſed inceſſu ab ea remoto.*
24. *Alioquin non deceſſiſſet via: nec audiſſet voces à nemore ſiniſtrorſum perſtrepentes.*
25. *Tunc non aderat via illa littoralis, quæ modo adeſt; adaptata ſucceſſivè à Trajano.*
26. *Nec ſecus littus erat via capax phalangium forma militari meantium.*
27. *Prope littus non aderat pons neceſſarius ad tranſeundum flumen Sapim.*
28. *Probabile eſt, Cæſarem tranſiiſe Rubiconem circa villam Ruffii.*
29. *Eruditus quidam Anglus locis viſitatis, faſſus eſt, illum eſſe Rubiconem, qui nunc Rico appellatur.*

Cæſa-

30. *Cæſarem via deceſſiſſe in paluſtribus Ravennæ: Sæpimque tranſiiſſe per Pontem Matelicæ.*

31. *Ac exinde per viam Ravennianam tetendiſſe Cæſenam, atque ad Pontem Rubiconis.*

32. *Huic Ponti adjacet* Collis Cæſaris. *Et eſt probabile hic Cæſarem tranſiiſſe Rubiconem.*

33. Conſortium militum, *quo ſtipatus tunc erat Cæſar, quale, ac quantum fuerit?*

34. *Solis 300. equitibus, & 5000. peditibus tam grande opus aggreſſus eſt.*

QUamvis numeroſiſſima jam ſerie Rationum fortiſſimarum hucuſque probaverimus abundantèr, identitatem antiqui Rubiconis deberi privativè Flumini *Riconi*, ſeù Piſcitello, & neutiquam Flumini *Luſo*; attamen hæc Lucubratio deficiens remaneret, niſi & argumentis ad oppoſitum ſuadendum conſarcinatis, daretur opportuna reſponſio: quæ à mentibus Eruditorum tollat omnem ambiguitatem, ſi qui fortè circumventi, ſive qualitercumque decepti, aut deluſi, fluctuarent in judicio rectè ferendo de controverſia, circa quam diſputamus. Diruere namque Objecta, & nil indiſſolutum relinquere, quod opponatur; pars eſt potiſſima tuitionis veritati præſtandæ. Unde ſapientiſſimus quidam Auctor ait: *Reſponde ad ſingula &c. Nec punctum quidem, & apicem calumniæ tranſeas. Si enim egeris negligenter, & caſu aliqua tranſieris,* Adverſarius *clamabit: hic te victum teneo, hic totius negotii cardo verſatur* (1).

(1) S.Hieron.Epiſt ad Pamach.

2. Trium autem ſanè ſpecierum ſunt Oppoſitiones, quibus vis infertur identitati Rubiconis, ut de *Ricone*, ſeù Piſcitello, ad *Luſum* Fluvuium captioſè admodum transferatur. *Primæ* namque ſunt Obiectiones, aliqua præditæ ſerietate. *Secundæ* ſunt Calumniæ, ſive Mendacia. *Tertiæ* deniquè ſunt Ineptiæ, vel ad rem non facientes, vel intentum Contradictorum nullatenùs

nùs concludentes. Hiſce omnibus igitur impoſterùm reſpondebimus, & illas nullius momenti eſſe oſtendemus. Verùm antequam eaſdem explodendas aggrediamur, ſiſcitari oportet, quo *Anno* Mundi, & Urbis conditæ: quo *Menſe* Anni (& quidem uſuali Menſe, an verò relativo ad correctionem, quæ biennio poſt ſupervenit). Quo itidem *Die* Menſis: qua *Hora* Diei. Ac denique quo Militum *Conſortio*, ſeù quam numeroſo Exercitu equitum, peditumque ſtipatus, Cæſar Flumen Rubiconem, limitem Provinciæ ſibi concreditæ, auſus ſit hoſtiliter pertranſire.

3. Ac quantùm ad primum, ſcias ex Romualdo Salernitano, quod anno V. C. 693. Cæſari Conſuli datæ ſunt in quinquennium cum Legionibus ſeptem, quatuor Provinciæ, Gallia Tranſalpina, & Ciſalpina, & Illyricum, necnon Gallia Comata (2): quo quinquennio tranſgreſſo, prorogatum ei regimen fuit. In eo autem adhùc perſeverans; Anno Mundi 4005. Urbis conditæ 704. ut inquit *Joannes de Buſieres* in ſuis Floſculis Hiſtoriarum: *Cæſar ſortitus animum, tam capacem, quàm cupidum, cupiditati ſuæ ne deeſſet, hoc anno Ariminum invadit, Pompejum Vrbe, & Italia pellit &c.* (3) Conſonat *Plutarchus*, expreſsè recenſens, prætextum tranſgreſſionis Rubiconis eueniſſe Lentulo Conſule (4). Cujus Conſulatum refert *Sigonius* ad præfatum annum V.C. 704. his verbis: *Hic annus Conſules habuit L. Lentulum. C. Marcellum &c. Dio hos Conſules vocat L. Cornelium. P.F. Lentulum. C. Claudium. M.F. Marcellum.* Tum addit, quod *initio hujus anni* Adverſarii Cæſaris perfecerunt, quod prioribus duobus minimè valuerunt obtinere. *Etenim in ſententiam Scipionis Metelli Senatus conſultum factum eſt, ut ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret: ſi non faceret, eum adverſus Rempublicam facturum videri. Interceſſit M. Antonius, Q. Caſſius Tribunus Plebis. Itaque de Imperio Cæſaris, & de Tribunis Plebis intercedentibus, graviſſimæ*

(2) Romuald. Salernit. in Chron. eod. ann. V. C. 693.

(3) Joan. de Buſieres Floſcul. Hiſtor. par. 1. cap 9. fol. 165.

(4) Plutarch. in Vit. Cæſaris.

Digitized by Google

viſſimè, acerbiſſimèque decretum eſt &c. Profugiunt ſtatim ex Vrbe Tribuni Plebis, ſeque ad Cæſarem, qui Ravennæ eo tempore erat, expectabatque ſuis poſtulatis reſponſa, conferunt &c. Cæſar cum inimicorum decretis, tum verbis Antonii, & Caſſii incitatus, exercitum ad ſuam dignitatem adverſus inimicos ſuos defendendam hortatus, trajecto Rubicone, Ariminum, quod extra Provinciam exiſtebat, proficiſcitur (5).

(5) Sigon. in Faſt. & Triumph. Rom. ad ann. V.C. 704. fol. 295.

4. In annum V.C. 705. ſed ſub iiſdem Conſulibus, rem conjicit diligentiſſimus temporum ratiocinator Dionyſius Petavius, ita loquens: *Cum neque parem Pompejus, neque ſuperiorem ferre Cæſar ampliùs poſſet, Civile bellum eſt exortum. Pompejanis id agentibus, ut expleto tempore, Provinciæ Cæſar, exercituque cederet: Cæſarianis porrò viciſſim idem ut Pompejus faceret annitentibus; Anno denique 705. C. Claudio Marcello, & L. Cornelio Lentulo Coſs. Senatus decrevit, ut ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret. Tribuni Plebis Antonius, & Caſſius nequicquam intercedentes, fugere coguntur ad Cæſarem, qui cum copiis ad Vrbem properans, ita Pompejum, alioſque perterruit, ut ſine mora Vrbe, ac deinde tota Italia relicta, in Græciam navigaverint* (6). Tranſitus ergo Rubiconis, qui proculdubio contigit paucis diebus antequam Cæſar properaret Romam armatus, refertur ad annum V.C. 705. à Petavio: cum Buſieres, & Sigonius, retento eodem Conſulatu Lentuli, & Marcelli, ipſum annum dicant V.C. 704. Nec mirum: nam *annū, quo primi Conſules inierunt, non eodem modo numerari ab omnibns invenitur. Livius enim, ac Dionyſius poſt Romam conditam 245. appellant: alii verò 244.* (7).

(6) Petau. Ration. Tempor. par. 1. lib. 4. cap. 18. fol. 190.

(7) Sigon. in Faſt. & Triumph. Roman. tit. de Conſul. prim. creat. fol. 13.

5. Satis ergo conveniunt hi Scriptores in anno, dum concordant in nomine Conſulum. Nihilominùs adhuc exactiùs definiet certum tempus tranſitus præfati, quicumque illum refundet in annum ſubſequentem V. C. 706. Nam, uti refert Paulus Oroſius, cum Cæſar

res

Digitized by Google

res proſpere geſſiſſet in Gallia, *decerni ſibi abſenti alterum Conſulatum popoſcit. Contradictum eſt à Marcello Conſule, annitente Pompeio. Deinde decretum eſt à Senatu, ut in Urbem Cæſar non niſi dimiſſo exercitu veniret* (8). Cæſar vero inſiſtebat, ut ſibi Gallia tantum Ciſalpina, Illyricumque cum duabus Legionibus concederetur, uſque ad ſecundi Conſulatus conſecrationem, ut fert Plutarchus (9). Vel etiam *una Legio cum Illyrico concederetur*, teſte Svetonio (10). Quæ audiens Cicero, & fortè prævidens periculum, quod imminebat, oppreſſionis Reipublicæ, non deſiſtebat mitigare Pompejum. Iſque tanti ſuaſoris rationibus victus, cætera conceſſiſſet, præter exercitum (11).

6. Sed adhuc urgente Tullio, ut annueretur Cæſaris petitioni, ac Ciceronis conſiliis animum *inclinante Pompeio; qui cum Conſule Lentulo conſpirabant, nequaquam ſinere: Antoniumque, & Curionem Curia propulſantes, ſumma cum ignominia ex Urbe ejecerunt. Quæ res Cæſari occaſionem, prætextumque attulit, unde ſuorum animos militum accenderet: cum elegantiſſimos viros, atque principes oſtenderet, ſervili veſte (eo namque habitu occultati per metum, Roma exceſſerant) meritoria rheda fugere coactos* (12). Evenerunt quæ ſic ut ſupra Romæ peracta ſunt, Lentulo Conſule, ideſt anno V. C. 705. Cæſare adhuc in ulteriore Gallia permanente, ac poſtquam Conſules pro anno ſequenti jam fuerat deſignati.

7. Ait enim Svetonius: Cæſar *cum obſtinatius omnia agi videret, & deſignatos etiam Conſules è parte diverſa, Senatum literis deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur &c. Verum neque Senatu interveniente, & adverſariis negantibus, ullam ſe de Republica facturos pactionem, tranſiit inciteriorem Galliam: conventibuſque peractis Ravennæ ſubſtitit, bello vindicaturus, ſi quid de ſe, Tribunis Plebis intercedentibus pro ſe, gravius à Senatu conſtitutum eſſet* (13)

(8) Paul. Oroſius Hiſtor. lib. 6. cap. 15.

(9) Plutarch. in vita Cæſaris.

(10) Sveton. in Jul. Cæſare.

(11) Plutarch. ubi ſupr. in Cæſar.

(12) Idem Plutarc. eodem loco.

(13) Svetonius in Jul. Cæſare.

Digitized by Google

Notatque Oroſius, quod Cæſare jam Ravennæ conſiſtente, profecti ſunt ad eum Antonius, & Caſſius Tribuni Plebis: necnon Curio (14). De quo individuè teſtatur Appianus, quod Cæſar eum comiter excepit Ravennæ (15).

(14) Paul. Oroſius Hiſtor. lib. 6. cap. 15.

(15) Appian. Alexandrini Belli Civil. lib. 2. rum. margin. 448.

8. Notum eſt Eruditis, quod novi Conſules pro anno futuro eligebantur in fine menſis Julii, aut ineunte Auguſto: & ſequentibus Kalendis Januarii exercitium Conſulatus incipiebant (16). Præfato verò ãno forte deſignatio futurorum Conſulum fuit ſerius retardata, propter Cæſaris contentiones pro eadem dignitate conſequenda. Et cum tot negotia, petiti à Cæſare ſecundi Conſulatus, eidemque denegati à Senatu: Item literarum ſcriptarum ipſi Senatui ab eodem Cæſare: Nec non denunciationis ultro citroque rerum, quæ hinc inde à Romanis in Urbe, ac à Cæſare in Gallia pertractabantur: deliberationis denique ipſiuſmet Senatus de reſiſtendo, militareſque copias accerſendo, & augendo contra Cæſaris conatus, quatenus opus eſſet: Adhuc & notitiæ harum poſtremarum rerum deductæ ad Cæſarem, trans alpes in Gallia commorantem: illiuſque inde diſceſſu, ut properaret Ravennam: nec non conventuum hic ab eo peractorum: tandem expulſionis ignominioſæ ab Urbe Tribunorum Plebis, eorum profectionis una cum Curione ad Cæſarem; cum, inquam, tot negotia tempus exegerint, quo potuerint ad effectum perduci; rite infertur, in eiſdem complendis veroſimiliter totum, vel penè totum annum Conſulatus Lentuli V. C. 705. fuiſſe conſumptum.

(16) Roſin. antiq. Roman. lib. 2. cap. 12.

9. Accedit, quod Cæſar, ut mox videbimus, Rubiconem tranſivit circa Idus Januarii. Hujus ergo fluvii tranſitus coniiciendus eſt in annum V.C. 706. prout revera ſentiunt Eruditi (17). Quo anno 706. non Conſules præcedenter deſignati, ſed ipſemet Cæſar, vi militari prævalens, alma Urbe occupata, ibique omnia pro ſua voluntate diſponens, ſecundum Conſulatum

(17) Gaſpar. Alveri Roma in ogni ſtato tom. 1. fol. 554.

tum

Digitized by Google

tum egit una cum P. Servilio Iſaurico. Et ita in Faſtis Conſularibus anno V. C. 706. Olympiadis 183. ſecundo, notatur ejuſdem Cæſaris Conſulatus ſecundus, una cum recenſito collega Servilio (18). Ubi Henricus Glareanus addit: *C. Julius oppreſſa Republica primus ſingulare imperium obtinuit*. Hoc igitur anno Cæſar ſignis elatis, contra interdictum Senatus Populique Romani, Rubiconem hoſtiliter pertranſivit: qui fuit annus 46. ante ortum Salvatoris. Chriſtus enim natus eſt anno V. C. 752. (19): tametſi non in hoc omnes conveniant. Et hæc de *Anno*.

(18) Faſti Conſulares poſt Titum Livium ann. 706.

(19) Martyrolog. Roman. 25. Decembr.

10. Quo vero ad *Menſem*; idem tranſitus Rubiconis proculdubio contigit hiemali tempore, ac menſe Januarii. Cecinit enim Lucanus:

Tunc vires præbebat hyems, atque auxerat aquas
Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu:
Et madidis Euri reſolutæ flatibus Alpes (20).

Super quibus verbis, *tunc vires*; Hugo Grotius ejuſdem Poetæ commentator adnotat: *Menſe Januarii*. Succeſſivè ad ly, *tertia jam gravido &c.* commentarium apponit; *gravido cornu, hoc eſt aquis pleno*. Deinde, *tertia luna &c. quid ſi intelligamus, pluiſſe jam tres noctes* (21). Itidem præfatum tranſitum contigiſſe menſe Januarii, evidentiſſimè patet ex epiſtolis Ciceronis, quas inferius innuemus reſpectu ad Diem.

(20) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 19.

(21) Hugo Grotius in Lucanum loc. citat.

11. Enimvero *Dies* tranſitus antefati præciſe aſſignari non poteſt. Attamen ex rationabilibus conjecturis, rite deducitur, incidiſſe circa Idus, ſeu diem 13. Januarii (22). Quem diem ex mox indicatis epiſtolis Ciceronis ad Atticum, egregie detegit Vincentius Cæſenas compendiarie ſcribens: *Ex Cicerone habemus, Pompejum poſt illatum à Cæſare bellum, adeoque poſt tranſitum Rubiconis, ex Urbe ceſſiſſe die* 19. *Januarii, ut oportuerit preveniſſe Rubiconis tranſitum ſaltem ſex dies, ut intelligere potuerint Romæ irruptionem Cæſaris, ſeſeque parare, etiam ſi raptim, ad fu-*

(22) Scipio Claramont. Hiſtor. Cæſen. Apparat. 2. fol. 39. & 41.

Digitized by Google

gam. Ex Cicerone ergo ipſo circiter decimam tertiam diem Januarii pertranſivit Rubiconem Cæſar. Deinde ſcribit Cicero, à ſe viſum Lucium Cæſarem reverſum à Cæſare, cum quo de pace egerat, die 25. Januarii. Quæ mandata detulit ad Pompejum, & Conſules die 27. Januarii. Dicit ſeſe profectum Formias die 30. ejuſdem menſis. Die 3. Februarii ſe profectum dicit, ut conveniret Pompejum Capuæ die quinta. Scribit poſtea die 7. ejuſdem menſis, ſe Capua diſceſſiſſe, ibique vidiſſe Pompeium conſternatum animo. Die 9. ſpem natam intercludi poſſe Cæſarem (23).

(23) Vincent. Ceſenas de Rubicon. antiqu. ſect. 3. cap. 13. fol. 86.

12. Porro Cicero non relata refert, ſed ea ſcribit, quæ oculis propriis vidit, & quibus præſens interfuit. Ipſe namque magnam habuit partem in Cæſaris, & Senatus negotiis hinc inde pertractatis, atque promotis: nec quidquam intentatum reliquit, ut eidem Cæſari faveret, Pompeiumque mitigaret, atque averteret periculum inſtans belli civilis (24). Adſuit & præſens commotioni Romæ factę ob Cæſaream irruptionem trans Rubiconem. Et in literis ad Atticum recenſet ea, quæ ſucceſſive contigerunt, ac dies, quibus peracta ſunt. Huic Scriptori proinde plena, & integra fides habenda eſt. Si autem eventuum præfatorum tempus attente perpendatur, & conferatur cum tranſitu Rubiconis, debitis interpoſitis intervallis, invenietur eundem tranſitum eſſe in Idus Januarias referendum, vel circitèr ad illud tempus.

(24) Plutarch. in vita Cæſaris.

13. At hic emergit non modica difficultas: Num ſcilicet idem Januarii menſis tempus, tunc uſualiter decurrentis, noſtro ſimili menſi Januarii reſponderet, vel retrotrahendum eſſet ad menſes præcedentes. Etenim poſtquam Romulus annum dierum 304. & menſium 10. conſtituit: Illumque ſucceſſive Numa Pompilius correxit, & auxit ad dies 354. menſeſque 12. (25); opus erat Romanis intercalatione annua, quæ referret annos uſuales, ſeu civiles, ad annos vertentes, ſeu ſola-

(25) Joan. Roſin. Antiqu. Roman. lib. 4. cap. 1.

Digitized by Google

ſolares, ſupplendo dies 11. cum quadrante circiter, deficientes ad coæquandum integrum ſolis curſum (26) Quæ intercalatio commiſſa erat arbitrio Sacerdotum. Aſt, uti refert Macrobius, *Fuit tempus, cum per ſuperſtitionem intercalatio omnis omiſſa eſt: nonnumquam vero per gratiam Sacerdotum, qui cum Publicanis proferri, vel imminui, conſulto anni dies volebant; modo auctio, modo retractio dierum proveniebat: & ſub ſpecie obſervationis, emergebat major confuſionis occaſio* (27).

(26) Vide Petavium Rationar. Tempor. par. 2. lib. 3. cap. 14.

(27) Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 14.

14. Confuſio, inquam, ingens paulatim in Romanorum annis uſualibus ordinandis irrepſerat, quæ anni cujuſque curſum, & calculum ita depravarerat, ut Svetonio teſte, *neque meſſium feriæ æſtati, nec vindemiarum autumno competerent* (28). Eaque rerum interverſio cauſa fuit, quod Cæſar paulo poſt duxerit corrigendum annum Romanorum uſualem, ſeu civilem: ſuggerente modum M. Favia ſcriba, Soſiſtene Ægyptio, & aliis doctis Aſtronomis illius temporis (29). Inter quos etiam ipſemet Cæſar poterat computari: qui ejuſdem facultatis erat peritus. De hujuſmodi correctione, ac illius utilitate, legi poterit Petavius (30). Nos hic, omiſſa recenſione rerum, quæ neceſſariæ non ſunt; ea dumtaxat referemus, quæ Joannes Roſinus exhibet opporune.

(28) Sveton. in Iul. Cæſare.

(29) Roſin. Antiq. Roman. lib. 4. cap. 1. Gianot. Comput. Eccleſiaſt. diſ. 1. à num. 14.

(30) Dionyſ. Petavius loco mox citat.

15. Inquit enim: *Ergo Cæſar exordium novæ ordinationis initurus, dies omnes, qui confuſionem adhuc poterant facere, conſumpſit: eaque re factum eſt, ut annus confuſionis ultimus in 443. dies protenderetur. Poſt hoc imitatus Ægyptios, ſolos divinarum rerum omnium conſcios, ad numerum ſolis, qui diebus 365. & quadrante curſum conficit, annum dirigere intendit &c. Julius ergo Cæſar 10. dies obſervationi veteri ſuperadiecit, ut annum 300., & 65. dies, quibus ſol luſtrat Zodiacum efficerent: & ne quadrans deeſſet, ſtatuit, ut quarto quoque anno Sacerdotes, qui curabant menſibus, ac diebus, unum intercalarent diem, eo ſcilicet menſe, ac loco,*

quo

quo etiam apud veteres menſis intercalabatur: ideſt ante quinque ultimas Februarii menſis dies, idque bis ſextum cenſuit nominandum (31).

(31) Joan. Roſinus Antiqu. Roman. ubi ſupr.

16. Hanc anni correctionem fuiſſe factam à Cæſare in ejus quarto Conſulatu aliqui cenſent. Sed melius opinantur, qui eandem referunt ad annum antecedentem V. C. 708. ipſo Cæſare tertium Conſule cum M. Æmilio Lepido. Præfatus namque Princeps *interemptus eſt in Senatu anno 2. Juliano, qui fuit quintus ejus Conſulatus M. Antonio Collega, teſte Cenſorino: in quem incidit annus ab V.C. 710. cum integrum annum, 2. menſes, & 14. dies, in uſu fuiſſet Kalendarium Julianum* (32). Si tempore illius mortis in uſu fuerat ipſius Kalendarium per annos. 1. mens 2. & dies 14. ergo correctio anni facta eſt non in 4. ſed in 3. ejus Conſulatu, anno V. C. 708.

(32) Samuel. Pitiſcus Lexic. Antiquit. Roman. to. 1. fol. 315.

17. Conſentit Cenſorinus idem his verbis: *Ut Cajus Cæſar Pontifex maximus ſuo 3. & M. Æmilii Lepidi Conſulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menſes intercalares dierum 68. inter menſem Novembrem, & Decembrem interponeret, cum jam menſe Februario 3. & 20. intercalaſſet, feceritque eum annum dierum 445.* (33). Ope igitur hujuſmodi correctionis factum eſt, ut menſes, & anni tempora ad ſua loca propria remeaverint (34): ac præſertim *Januarius in eum, quem deinceps tenuit locum, ordinemque cogeretur. Januarius enim Pompilianus in Octobrem inciderat ejus formę, qua nunc utimur*, inquit Petavius (35). Addens, annum confuſionis, fuiſſe V. C. 708. annum vero, qui primo incæpit poſt correctionem, fuiſſe V. C. 709. ante Chriſti ortum 43.


(33) Cenſorinus cap. 21.

(34) Gianot. Comput. Eccleſiaſt. diſcorſ. 1. à n. 14.

(35) Dionyſ. Patavius Ration. Temp. part. 2. lib. 3. cap. 14.

18. Rebuſque ita ſe habentibus; Idus Januarii, quibus, ſeu circa quas Cæſar tranſivit Rubiconem, relatæ ad correctionem anni Julianam, quæ biennio poſt facta eſt: addiditque dies 67. ſecundum Dionem, vel 68. ſecundum Cenſorinum, inter menſes Novembris, & De-

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Decembris, anno confuſionis, V. C. 708. (36); recidiſſent in diem circiter 5. Novembris. Rurſuſque ſi conferantur cum correctione Gregoriana, quæ iterum ſubſecuta eſt, ac ſuſtulit anno propter exceſſum correcto dies decem, ſubtractos menſi Octobris anni Dominicæ Incarnationis 1582. (37) reſponderent diei circiter 15. noſtri menſis Novembris: vel diei parum inde diſtanti. Circa quod placeat audire Philippum Antoninum, virum admodum eruditum, Italico idiomate ſic opportunè de hoc negotio loquentem.

(36) Dio Hiſtor. lib. 43. Cenſorin. cap. 21.

(37) Clavius in Kalendar. Gregorian. Hieron. Vital. Lexic. Mathemat. V. Biſſextus.

19. *Quando Ceſare paſſò il Rubicone, non ſolo non era il fine di Gennaro, o d'Inverno; mà ne anco l'Aprile, ne altro tempo di Primavera, come pare che alcuni argomentino dal concorſo de Paſtori, riferito da Svetonio. Era bene l'Autunno, e quella Stagione medeſima, nella quale noi celebriamo la feſta di S. Martino: e lo provo con queſta ragione. Quell'anno medeſimo corſe poi l'Equinotio di Primavera alli 16. di Maggio. Lo havemo da Cicerone nell'Epiſt. 17. del lib. 10. delle ſcritte ad Attico; che fù ſcritta quattro meſi, e mezzo dopo, in quel medeſimo Conſolato. E ſe contiamo i giorni, che corſero all'hora trà le Calende di Gennaro, e l'Equinotio, ſaranno 133. giorni. Queſti retrogradando dalli 20. ò 21. di Marzo, giorno dell'Equinotio noſtro, batteranno nelli 7. ò 8. di Novembre. Dunque il giorno 3. ò 4. di Gennaro del paſſaggio di Ceſare al Rubicone, corriſponde alli 10. od' alli 11. di Novembre de noſtri tempi* (38).

(38) Antonin. Supl. della Cronic. di Verucchio cap. 2. pag. 10.

20. Proſequitur deinde, quod illud erat aptum tempus, *nel quale poteva haver cagionato la pioggia il Novilunio fatto poco prima in mezzo dell'aquoſo ſegno dello Scorpione, e che poi raſſettata diede commodità ai Paſtori di Lucano di vedere quel paſſaggio del Rubicone.* Addens, *quella notte fù longa 14. hore.* Certè noſtra ætate quoque, accedentibus Idibus Novembris in Provincia Romandiolæ tum pluviæ affluere, tum jam nives albicare ſolent per montes. Illæque ab Euro flante

Cæſa-

Cæſaris ætate potuerunt ita eliquari, ut aquas illius fluvii auxiſſent immodice, prout canit Lucanus: *Tunc vires præbebat hyems* (39). Nihilominus Vincentius Cæſenas cenſet, non habere locum retrotractionem præfatam Iduum Januarii ad periodum ſupranotatam Novembris: quippè confuſio anni à Sacerdotibus cauſata per intercalationem 11. dierum ſæpius omiſſam, vel modo citius, modo ſerius interpoſitam, quam debitum tempus exigeret, non ſtranſtulerat menſes de uno in alium locum, ſed ſolum nundinarum, & ſacrificiorum tempora conculcaverat (40).

(39) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 19.

(40) Vincent. Cæſen. de Rubicon. ſect. 3. cap. 13. fol. 82.

21. Et revera Svetonius de ſolis feſtis, atque feriis loquitur, dicens, quod Cæſar *Faſtos correxit, jampridem vitio Pontificum, per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque meſſium feriæ Æſtati, neque vindemiarum Autumno competerent* (41). Verumtamen citra dubium eſt, quod etiam ipſo Vincentio fatente, Cæſar, ut confuſionem omnem annorum abſumeret, aſſignavit anno correctionis, hoc eſt anno præcedenti annum correctum, qui fuit ultimus confuſionis, *dies* 444. *ſecundum Macrobium*: 445. *ſecundum Cenſorinum. Non intercalavit autem ſolum dies* 67. *ut ex Dione; ex Cenſorino autem* 68. *ſed adjunxit eam intercalationem intercalationi dierum* 23. *in menſe Februarii à ſe factæ: intercalationem autem dictorum dierum* 68. *poſuit eo anno in duobus menſibus inter Novembrem, & Decembrem à ſe interpoſitis pro ea tantum vice, ut jungendo utramque intercalationem dierum* 68. *&* 23. *numerus reſultaret dierum* 91. *qui additis diebus* 354. *anni lunaris, conficiebant dies* 445. *quot dies diximus habuiſſe ultimum illum annum confuſionis* (42).

(41) Sveton. in vita Julii Cæſaris.

(42) Vincent. Cæſenat. de antiqu. Rubicon. ſect. 3. cap. 13. fol. 85.

22. Ob talem autem inſertionem potiſſimè illorum dierum 67. vel 68. additorum anno correcto propter deficientiam totidem dierum, videtur, periodũ Iduum Januarii uſualiter decurrentis, eo anno, quo Cæſar, nondum facta correctione, Rubiconem tranſivit, re-

tro-

Digitized by Google

trotractioni ſubjacere ad menſem Novembris, juxta calculum ſuperius enunciatum. At quonium iſta retrotractio negotium noſtrum ut in sè parum afficit; utcumque de illa judicetur, ita ſe habeat. Nobis enim ſatis eſt, quod idem Cæſaris tranſitus ad effectum perductus fuit Idibus Januarii, vel circa illas, prout annus tunc ſolebat civiliter, ſive uſualiter computari: quidquid ſit, an tempus idem, & menſis fuiſſet præterverſus, tranſpoſitus, & confuſus, nec ne?

23. Nunc de *Loco* agamus, ubi Cæſar Rubiconem tranſivit. Si quis contendat, hunc tranſitum contigiſſe ad oſtium ejuſdem fluminis prope littus maris, eo quia inceſſus Cæſaris à Ravenna ad Rubiconem fuerit littoralis, ſive per marginem Adriatici maris; oportet quod id probet rationibus adeo efficacibus, ut ſilere faciant ſex motiva ſequentia, quæ ſuadere videntur oppoſitum. *Primo* Cæſar diſceſſurus Ravenna reticuit, quonam intenderet properare: ideoquè mulis vehiculo junctis *occultiſſimum iter modico comitatu ingreſſus eſt*, inquit Svetonius (43). Et ne quis penetraret quorſum eſſet iturus, *quoſdam ex amicis benigne allocutus*; *ut ſe mox reverſurum præſtolarentur*, *dixit*: *cæteris ut per diverſa conſectarent*, *præfatur*. *Ipſe meritorium quoddam aſcendens vehiculum*, *aliam primo viam ingreſſus*, *dehinc Ariminum verſus flexit iter*. Ita Plutarchus (44). Cæſar igitur diſcedens Ravenna, non ſuſcepit rectam, ordinariam, orientalem, & littoralem viam tendentem Ariminum; ſed aliam viam obliquam, vergentem ad occaſum, vel ad meridiem, & ejus iter elongantem à via recta, & littorali præfata: donec poſtmodum reflexit inceſſum ad tramitem orientalem verſus Ariminum: non quidem deſcendendo ad viam littoralem, à qua remotius declinaverat; ſed potius rectà incedendo per viam mediterraneam verſus Ariminum.

(43) Svetón. in vit. Jul. Cæſar.

(44) Plutarch. in Jul. Cæſar.

24. *Secundo*, Cæſar itinere aſſumpto, *cum luminibus extinctis deceſſiſſet via*, *diu errabundus*, *tandem ad*

lucem duce reperto , per anguſtiſſimos tramites pedibus evaſit (45) . Si ſecus littus marinum inceſſiſſet, viâ neutiquam deceſſiſſet, quia reboantem ſemper fragorem undarum æquoris audiviſſet ipſe cum ſuis aſſeclis : juxtaque fragorem illum regentes inceſſum, non potuiſſent à rectæ ſemitæ itinere deviare . *Tertiò*, Petronius Arbiter metricè loquens de Cæſare (46) ait , celebre illud epiphonema protuliſſe, *Jacta ſit alea* : quod certè pronunciatum fuit ab ipſo exiſtente apud Rubiconem, uti diſertè tradunt Plutarchus , Svetonius , & Appianus (47) . Tum pangere pergit, quod *horrendi nemoris de parte ſiniſtra inſolitas audivit voces* (48) . Ergo Cæſar non perrexit via littorali , nec fluvium tranſivit ad oſtium,quo ferebatur in ęquor.Quippè venienti Ravennâ per viam littoralem , & conſiſtenti ad oſtium Rubiconis , non adfuiſſet à parte ſiniſtra nemus , ex quo poſſet voces audire , ſed adfuiſſet mare . Oportet igitur , quod inceſſerit via mediterranea , & adeò à littore diſtante , ut fremitus marinæ aquæ , ſolitus à longe audiri nocturno tempore, ad aures Cæſaris, ejuſque ſociorum minimè perveniret. Oportet itidem , quod inter hos , & mare horrendum nemus adeſſet à parte ſiniſtra , ex quo audiri poſſent voces inſolitæ .

25. *Quartò*, ætate Cæſaris non aderat ampla illa via littoralis , quæ nunc paulo poſt Ariminum digreditur, tenditque ad Portum Cæſenaticum , Cerviam, Ravennam , & ultra procedens verſus regionem Venetam. Hæc via namque 150.circiter poſt annos adaptata fuit à Trajano , ut commodum ſterneret iter exercitui ſecum per Carniam ituro contra Dacos : & à ſuo Auctore viæ Trajanalis nomen obtinuit : ut ex antiqua Inſcriptione patet , exhibente Ravennates , Cæſenates , & Cervianos Curatores viæ Trajanalis , & Emiliæ (49) . Nec autem propè viam Emiliam erat alia via Trajanalis , quam iſta , cujus curam tres dicti populi haberent . Si ergo nondum erat in rerum natura ampla illa via littoralis

mox

(45) Svetonius ubi ſupra .

(46) Vide infra cap.9. num.19.

(47) Petron. Arbitr.in Fragment.

(48) Plutarch. & Sveton.in Jul.Cęſar. Appian.Bell. Civil. lib.2.

(49) Ubi cola poſt Jacob.Villan Arimin. Rubicc pagina 5.

mox memorata (licet non deeſſet alia minor via, incapax tamen inceſſus hominum forma militari, militum ſcilicet ordinatim per ſuas lineas incedentium); Cæſar profecto rheda vectus, ejuſque pedites, & equites militari forma permeantes, littorali itinere neutiquam inceſſerunt.

26. *Quinto* ipſe Cæſar non pedeſter, non ſolus itinerabat, ſed referente Svetonio, trahebatur à *mulis e piſtrino ad vehiculum junctis* (50). Et præter aſſeclas, qui eum proprius comitabantur, habemus ex Appiano, quod poſt illum *Equites ſequebantur* (51). Adhuc etiam ipſi præiverant Cohortes. Iſtæque ſanè Cohortes erant quinque, totidem ſaltem millia peditum continentes. Equites item trecenti erant, ut mox videbimus. Iſti autem pedites, & equites, certè non incedebant ſingulariter unus poſt alium, ſed militariter, junctim, & ordinatim, ac forma conſtituente lineas militares. Opus fuit ergo, quod iter agerent per viam amplam, tutam, commodam, & capacem tum peditum, tum equitum lineatim, & forma militari meantium. Eandemque viam proculdubio tenuit quoque Cæſar; quippe qui demum per eandem viam *conſecutus eſt Cohortes*. Talis autem, ac tam capax via non erat inhærens littori maris. Nam ſi ætate Cæſaris adfuiſſet, Trajanus non ſucceſſive illam conſtraſſet, ut per ipſam ducere poſſet ſuas copias militari forma incedentes ad bellum Dacicum.

(50) Sveton. in vit. Jul. Cæſar.

(51) Appian. Alex. de Bell. Civil. lib. 2.

27. *Sexto* Centuriones, & milites, atque Cohortes anteuntes, & Equites ſubſequentes, illiſque intermedius Cæſar, neceſſario tranſire debebant flumen Sapim, naturaliter abundans aquis, tuncque magis turgens eiſdem, ob pluviam, quæ præceſſerat, & ob eliquationem nivium alpeſtrium: ac, quod magis eſt, Cæſar, & Equites illud pertranſire debebant nocturno tempore, hiemali, & obſcuro. Hoc porro flumen prope littus maris tunc propter dictam affluentiam aquarum,

vadabile non erat, neque pedeſter, neque equitando, neque ſuper vehiculos incedendo. Non item ulla memoria occurrit, quod ætate Cæſaris ibi adeſſet aliquis pons amplus, & capax tum vehiculorum, tum legionum militari forma meantium, nec ullum talis ædificii veſtigium apparet: (nunc adeſt pons ligneus imnixus ſublicis, & dictus *il Ponte del Savio*). Anguſtia denique temporis non permittebat erigi extemporaneè Pontem ex aſſeribus ſuper naviculas. Ergo ſi Cæſari, ejuſque Cohortibus, Equitibus, & ſequacibus, neceſſarius erat pons, & pons idoneus, atque capax curruum, & militaris inceſſus; talemque pontem nullibi conſtat adfuiſſe ſuper Sapim prope littus maris; quomodo illorum inceſſus eſſe potuit littoralis (52)? Nihilominus ſi ſex præfatis motivis non obſtantibus, adhuc inconcuſſis rationibus probetur oppoſitum; nos promptiſſimo animo veritati cognitæ deferemus.

(52) Vide infra cap. 11. n. 5. cap. 14. n. 18. cap. 15. num. 16. cap. 17. n. 26. cap. 23. n. 16.

28. Interim vero tu dices: quamnam ergo viam tenuit Cæſar, & ubinam Rubiconem tranſivit? En reſponſio. Nullus antiquorum Scriptorum indigitat hanc viam, & locum: ideoque ad conjecturas eſt recurrendum. Et cum ex dictis, iter ejus non fuerit littorale; neceſſario ſequitur, quod mediterraneam tenuerit ſemitam, & mediterraneo quoque in loco tranſiverit Rubiconem. Scipio Claramontius, & cum eo Vincentius Cæſenas, exiſtimant, quod illum tranſiverit verſus villam Ruffii agri Cæſenatis, quæ media eſt inter viam Emiliam, & mare (53): horumque opinio etiã nobis arridet: videtur namque veriſimilis, atque probabilis. Illi proinde adhæremus; non abſolute, ſed ſalva probabilitate alterius quoque opinionis mox referendæ: nimirum, quod per Pontem tranſiverit, qui viam Emiliam à Rubicone interſecatam conjungit: ſic ut non minus *prima*, quam *ſecunda* opinio valeat ſuſtineri: & ex utraque Lector eligat de quanam ſibi malverit complacere.

(53) Claram Hiſt. Cæſen. in Apparat. par. 2 fol. 39. Vincent. Cæſen. de Rubicon. Antiq. ſect. 3. cap. 13. fol. 58.

29. Nuper cum Romę moraremur pluries habuimus col-

colloquia cum eruditiſſimo Equite tranſmontano, Hiſtoriç ſimul, & Geographiæ valde perito: qui nobiliſſimo genio indulgens Orbem perluſtrandi, totam peragraverat Italiam, ut quæ in ea rariora ſunt obſervaret. Nobiſque affirmabat, ſe inviſiſſe Civitates Ravennæ, Cæſenæ, Arimini, & Cerviæ, illarumque territoria, ſemitas, pontes, nec non fluvios Riconem, & Luſum, Portum item Cæſenaticum, & circumpoſita loca: præ oculis habita hiſtoria Cæſaris, illiuſque tranſitus Rubiconiani. Cunctiſque à ſe ſtudioſe, ac inſpectione oculari conſideratis, examinatis, & attentè ſcrutatis, atque ſolerter perpenſis, agnoviſſe aſſerebat, quod ille verus eſt Rubico, qui nunc *Rico* appellatur, & Piſatellus: non autem ille, qui dicitur *Luſus*.

30. Ajebat item, quod Cæſar non via littotali, ſed mediterranea, proceſſit ab Urbe Ravennæ ad idem flumen: quod nocte via deceſſit in paluſtribus lacunis exiſtentibus inter Urbem Ravennæ, ac flumen Sapim. A'quarum lucunarum tandem aquis, limo, calamis, & vepribus extricatus, lumine, ductoreque reperto properavit ad præfatum flumen Sapim, ac illud ibi tranſivit, ubi præiverant ejus Cohortes: nimirum vel per Pontem Matelicæ, nuper renovatum; vel per Pontem Marturani nunc dirutum: (nec enim per eum tractum alius unquam fuit pons capax inceſſus militaris). Tum ex inde per viam Ravennianam proceſſit verſus Cæſenam, indeque ad Pontem Rubiconis in via Emilia pervenit: ubi denique poſt moram aliquot horarum, per ipſum Pontem hoſtiliter tranſivit vetitos limites, & ad Ariminum invadendum exertis armis acceſſit, omnia implens terrore.

31. Conſtantiſſimè inſuper idem eruditus Eques aſſerebat, non eſſe veriſimile, quod alibi Sapim tranſmeaverit, quã per alterutrũ ex dictis Pontibus: neque quod ex tunc reliquerit viam Ravennianam (tendentem verſus Cæſenam) viam amplam, tutam, ſibique, ac ſuis militi-

litibus, tam præeuntibus, quam ſubſequentibus, commodiorem; ut littoralem calcaret, anguſtam tunc, militaris itineris per ordinatas lineas incapacem, pluribuſque in locis valde limoſam: nec dictâ Ravennianâ breviorem, niſi puſillo circiter ſpatio, quo à Cæſena Rubico diſtat. Adhuc & ſubdebat, quod ſicut admodum veriſimile eſt, Cæſarem commiſiſſe Cæſenam (ultimam Civitatem provinciæ Gallicæ ſibi concreditæ, ac primam expoſitam invaſioni hoſtium ſuorum) commiſiſſe, inquam, illam regimini ſtrenui alicujus Præſidis intimi amici ſui; ſic parum eſt veriſimile, quod arma moturus contra patriam, non iuerit Cæſenam, vel eidem Urbi appropiaverit, ut alloqueretur Præſidem, & iniret cum eo conſilium, tum de gravitate operis, quod aggredi moliebatur, & de modo illud feliciter complendi; tum de ipſa Civitate fortiter tuenda in tantæ novitatis eventu; tum denique de ſubſidio militari parando, quod, quatenus opus eſſet, conatum ipſiuſmet Cæſaris adjuvaret.

32. His auditis ex ore præclari ejuſdem Equitis; nos illius judicium eximie commendavimus: & optimè digeſtum eſſe duximus ratiocinium quod effundebat. Addidimuſque, inter Cæſenates conſtantem vigere traditionem, quod Collis, Ponti Rubiconis contiguus ad viam Emiliam, dicitur latinè *Collis Cæſaris*, italicè, ſeu per idiotiſmum, *Colliſeſe*; quia ibi Cæſar una cum Aſinio Pollione, Hortenſio, Lælio, Curione, Antonio, Caſſio, aliiſque ſuis Ducibus, & benevolis aliquanto conſtitit, cum eiſque conſilia miſcuit de ſumenda ultima deliberatione circa hoſtilem tranſitum Rubiconis. Accedit quod Svetonius apertiſſimè ſcribit, in loco, ubi Cæſar conſtitit, reputans, quam grave opus moliretur, adfuiſſe Pontem: de quo, converſus ad ſuos, protulit: hunc ſi *Ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt* (54). Quamobrem & nos hanc quoque ſecundam opinionem probabilem eſſe arbitramur, quod Cæ-

(54) Sveton. in Julio Cæſar.

Cæſar trajecerit Rubiconem ad Pontem Æmiliæ viæ. Imò eam probabiliorem judicamus, etiam ex eo, quod trajectio circà villamRuffii Cæſarem,ſuoſque milites implicaſſet gravibus difficultatibus vadandi per alveum tres alios fluvios proximè ſuccedentes, nempè *Butrium Sabinianum*, & *Luſum*, in recta linea dictæ villæ ad Ariminum, pontibus deſtitutos, ac tunc non minus quam Rubico turgentes aquis:quæ incommoda tranſitus per viam Æmiliam declinabat. An autem Pons modò adſtans Rubiconi,& nectens eandem viam, ſit ille idem, qui aderat ætate Cæſaris, vel fuerit ſucceſſivo tempore mutatus; etſi nil certi ſtatui poſſe videatur; dicendum tamen cenſemus, eſſe diverſum,ſive mutatum, ſeu melius renovatum eo ipſo in loco,& ſitu, in quo erat Pons ille antiquus, quem Suetonius vocat *Ponticulum*: non equidem talem, quia eſſet exiguus Pons, unius tantum, vel alterius hominis pedeſter incedentis capax;ſed quia tunc erat, prout & nunc quoque Pons exiſtit, ex unico arcu lateritio compoſitus. Cæterum *aſſerere,Cæſarem ſecundùm pelagus iter habuiſſe declinata Cæſena,ut quidam volunt, divinare eſt. Si ſecus Mare iter habuiſſet, non indiguiſſet duce ad inveniendum Rubiconem.* *

33. Agamus modò *de Conſortio militum*,quo ſtipatus Cæſar adeò celebrem tranſitum eſt aggreſſus. Opus eſt ſcire, quod ſub eo, utramque Galliam adminiſtrante, militabant nedum *quinque* Legiones,ut quidam putavit (55);verum etiam *ſeptem*, in ſenſu aliorum (56): quinimo *decem*; notante Suetonio, quod ipſe Cæſar *cum adverſariis pepigit, ut dimiſſis octo Legionibus, Tranſalpinaque Gallia,duæ ſibi Legiones, & Ciſalpina provincia;vel etiam una Legio cum Illyrico concederetur,quoad Conſul fieret*. At Senatus abnuit id paciſci(57).Maximam autem partem Legionum reliquerat in Tranſalpina Gallia,quando properavit Ravennam (58). Et quo tempore digreſſus eſt Ravenna,ut pergeret ad Rubiconem, novimus ex Plutarcho, quod erant cum Cæſare

haud

*Ravina Faventia rediviva fol. 58.

(55) Poſt Lipſium Analect. ad militiam lib. 5. Dialog 12.

(56) Romuald. Salernitan. chron. an. V. C. 693. & Spicileg. Ravennat. Hiſtor.

(57) Suetonius ubi ſupra.

(58) Appian. Alexandr. Bell. civil. lib. 2 Plutarch. in Jul. Cæſar.

haud ſinè plures equitibus trecentis, militum vero quinque millibus (59). Hæque copiæ componebant Cohortes, quas refert Suetonius, eundem Ducem *conſecutum eſſe ad Rubiconem flumen*(60). Oroſius quoque teſtatur, quod *quinque Cohortes tunc ſolas habebat*(61). Et idipſum refert Auctor Miſcellæ (62). Cohortes autem Romanæ regulariter ſolebant ex mille hominibus componi (63): Quamvis & interdum etiam ad 1200. pervenirent: ac nonnullas inveniatur quandoque aſcendiſſe uſque ad 1500. (64). Cæſar igitur quo tempore Rubiconem trajecit, non erat munitus majori numero bellatorum, quam quinque millium peditum, ac equitum circiter trecentorum(65). Quo tam tenui exercitu, unicam conſtituente Legionem (66) ſeu illam parum tranſcendente; adeò grave opus, & bellum aggreſſus eſt: vel, ut iniquit ex Tito Livio Paulus Oroſius, *Orbem terrarum adortus eſt*(67).

(59) Plutarch. in vit. Cæſaris.

(60) Suetonius eodem titul.

(61) Paul. Oroſ. Hiſtor. lib. 6. cap. 15.

(62) Hiſtor. Miſcell. lib. 6

(63) Juſt. Lipſius in Analect. ad militiam lib. 2. Dialog. 5. fol. 377.

(64) Idem de Magnitud. Roman. lib. 1. cap. 4.

(65) Plutarch. loc. citat.

(66) Juſt. Lipſ. de Militia Roman. lib. 2. Dialog. 5. fol. 167.

(67) Oroſ. Hiſtor. lib. 6. cap. 15.

34. Nec mirum, quod agmine, viribuſque ita imbecillibus, tam arduo facinori manum appoſuerit: quippe, referente Plutarcho, *miſerat qui relictum trans alpes exercitum adducerent. Cumque ad earum rerum initium, ac impetum, quas moliebatur, haud impræſentiarum magna opus eſſe manu cerneret, quin terrore potius, & audacia, & temporis celeritate ſuſcipiendam rem eſſe, ut qui pavorem potius, quam ullam afferre vim crederetur* (68), non opus eſſe cenſuit ad conatum hunc inchoandum toto exercitu (qui, ut diximus, decem Legiones continebat) ſed partem aliquam eſſe ſatis ratus eſt. Nec diſſimiliter de hujuſmodi auſu ſentit Appianus, dicens: *Cæſar miſerat quidem qui exercitum adducerent: ſed ſolitus celeritate, ac terrore, audaciaque magis uti, quam apparatibus, ſtatuit cum quinque ſuorum millibus tam magnum bellum prior aggredi, & occupare loca opportuna* (69). Statimque Rubicone trajecto, *per Antonium ſeptem Cohortes, quæ apud Sulmonem morabantur, à Lucretio recepit: tres Legiones, quæ cum Domitio apud Corfinum morabantur, ad ſuas partes tranſduxit* (70).

(68) Plutarch. in vit. Jul. Cæſar.

(69) Appian. Alex. de Bello Civil. lib. 2. num. margin. 449.

(70) Hiſtor. Miſcell. lib. 6.

C A-

CAPUT IX.

Diluitur *Prima Objectio* adverſativa Riconi, ſeu Piſatello: ſtatuendo unam *Hipotheſim*. Agiturque de *Hora*, qua Cæſar Rubiconem tranſivit.

SUMMARIUM.

1. PRima Objectio, *quod Cæſar mane diluculo pervenit ad Rubiconem, & adivit Ariminum.*
2. *Idem progreſſus Cæſaris à Ravenna ad Rubiconem, & inde ad Ariminum, ex Lucano recenſetur.*
3. *Quod ſi Rubico eſſet Piſatellus, Cæſar non potuiſſet Ariminum tam brevi tempore pervenire.*
4. *Proponitur* una Hypotheſis. *De inceſſu Cæſaris non ſpeculativè, ſed practicè judicandum.*
5. *Qua hora Cæſar diſceſſerit Ravenna verſus Rubiconem, ex Appiano, & Svetonio.*
6. *Idem fuſius ex Plutarcho. Diſceſſit Ravenna* in multam jam noctem.
7. *Difficultas eſt, an Cæſar ſpatio ſex horarum potuerit pervenire ad Rubiconem.*
8. *& 9. Attentis circumſtantiis itineris; illud non potuit adeo brevi temporis ſpatio compleri.*
10. *Cæſar poſt ortum ſolis pervenit ad Rubiconem, ac mane ſequenti occupavit Ariminum.*
11. *Nullus Auctor ſcribit, Cæſarem perveniſſe ad Rubiconem ſub Auroram, illumq. ſtatim pertranſiſſe.*
12. Ad lucem *Svetonii ſignificat lucem artificialem, non illuceſcentiam Auroræ.*
13. *Dari eis poteſt etiam interpretatio de ipſamet Auroræ illuſcentia.*

Digitized by Google

14. *Sed in hoc ſecundo conceptu, ſignificatio retorquetur adverſus Contradictores.*

15. *Alio modo item, exituque contrario, retorquetur argumentum adverſus ipſos.*

16. *Hora Cæſaris adventus Ariminum non probat, quod pervenerit ad Rubiconem ſub Auroram.*

17. *Poſtquam ad hoc flumen pervenit, non ſtatim illud pertranſivit.*

18. *Sumptio auſpiciorum, ac ſponſio Sacramenti militaris tempus popoſcerunt.*

19. *Cæſar non potuit apulliſſe ad Riconem circa mediam noctem, & multo minus ad Luſum.*

20. *Carmina Patronii Arbitri de tranſitu Rubiconis: & de Oſtentis à Cæſare viſis.*

21. *Quonam tempore ante tranſitum Cæſar protulerit illa verba,* Jacta eſt alea.

22. *Poſt illa prolata, fecit alia, oſtendentia, ipſum non pertranſiſſe flumen ſub Auroram.*

23. *Ex Petronio innoteſcit, Cæſarem pertranſiſſe Rubiconem Sole in Cælis rutilante.*

24. *Cæſare ſtante ad Rubiconem, aer ſerenus erat: quando autem invaſit Ariminum, erat nubiloſus.*

25. *Cæſar non occupavit Ariminum primo, ſed ſecundo mane poſt diſceſſum à Ravenna.*

PRima *Objectio* (& forte unica, quæ majorem ſerietatem involuat, dignam examine diligenti) petitur ex eo, quod Svetonius accuratè recenſet, qualiter Cæſar *poſt ſolis occaſum* diſceſſit Ravenna: & rhedâ vectus, cum luminibus extinctis deceſſiſſet via, ſic, ut errabundus neſciret quo permearet, ſubinde *tandem ad lucem duce reperto &c. conſecutus eſt Cohortes ad Rubiconem* (1). Sicque pervenit ad illud flumen manè diluculo ſubſequentis diei, *ad lucem* ideſt ſub Auroram. Eodemque Rubicone tranſgreſſo, proſequendo iter feſtino greſſu, vicinum invaſit Ariminum *ante lucem*, ut in-

(1) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 31.

inquit Plutarchus (2): videlicet præcedenter ad Solis ortum ejuſmet diei, ſubſequentis veſperas, quibus diſceſſerat à Ravenna.

(2) Plutarc. in vita Cæſaris.

2. Accedit Lucanus, qui res geſtas à Cæſare occaſione hujuſmodi conclamati tranſitus, effuſo ſtylo, non tam ut Poeta, quam ut Hiſtoricus referens; ita metricè modulatus eſt:

Cæſar ut adverſam ſuperato gurgite ripam
Attigit, Heſperiæ vetitis & conſtitit arvis,
Hic, ait, hic pacem, temerataque jura relinquo.
Te Fortuna ſequor: procul hinc jam fœdera ſunto
Credidimus fatis, utendum eſt judice Bello.
Sic fatus noctis tenebris rapit agmina ductor
Impiger, & torto Balearis verbere fundæ
Ocyor, & miſſa Parthi poſt terga ſagitta;
Vicinumque minax intravit Ariminum; ut ignes
Solis Lucifero fugiebant aſtra relicto (3).

(3) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 29.

3. Quo poſito, ſic arguitur. Si Cæſar *ad lucem* ideſt ſub *Auroram* pervenit ad Rubiconem, & ſubſequenter *ante Solis ortum* invaſit vicinum Ariminum; oportet, quod idem fluvius parum diſtaret ab Urbe Ariminenſi. Nimia vero eſt diſtantia inter Piſatellum, & Ariminum, quæ potuerit à Cæſare, ac ejus exercitu peragrari, tam brevi temporis interſtitio, quantum inter Auroram, & Solis ortum excurrit. Ubi è converſo inter fluvium Luſum, & Arimini civitatem, adeo arctus viæ trames excurrit, ut eodem brevi temporis intervallo potuerit commode ſuperari. Quamobrem rationabiliter eſt dicendum, quod Rubico, quem tranſgreſſus eſt Cæſar, non eſt fluvius *Rico*, ſive Piſatellus, ſed ille idem, qui *Luſus* noſtris temporibus appellatur.

4. At ad evertendum hujuſmodi objectum, nos proponimus, & ſimul probanda ſuſcipimus duo Themata, ſeu duas Hypotheſes: unam in præſenti, ac ſubſequenti Capitibus; aliam verò in ſucceſſivè futuro: ut eligat

Digitized by Google

Lector quam maluerit. *Prima* ergo Hypotheſis eſt hæc, quod *Cæſar ad Rubiconem non pervenit niſi orio jam Sole diei, advenientis poſt noctem, qua digreſſus fuerat à Ravenna: eundemque fluvium pertranſivit ad veſperaſcente ipſomet die: ac ſubſequenti manè invaſit Ariminum*. Idque ut firmiter probetur, advertendum eſt, de hujuſmodi celeberrimo facto, ac tranſitu Cæſaris, non eſſe ratiocinandum prout accidere potuit ſpeculativè, idealiter, & in mera linea poſſibilitatis: quæ admittit, omnia factibilia contingere valere, dummodo non implicent contradictionem; ſed prout illud accidiſſe practicè, veroſimiliter, bene concepto judicio, ac juxta naturalem, conſuetum, & prudentem operandi modum, quo ſe gerere ſolet providus, & prudens agminum ductor (qualis fuit Cæſar) probabile eſt. Nam in ſubſidium Scriptorum de veritate facti teſtantium; non id quod poſſibile fuit, ſed id, quod veroſimiliter extitit, judicandum eſt contigiſſe.

5. Hicque ante omnia perſcrutari oportet, qua hora Cæſar diſceſſerit ab Urbe Ravennæ? Appianus ab illis temporibus haud valde remotus, ait, *quod ipſe ſub veſperum, quaſi malè affectus corpore, digreſſus eſt è convivio, amicis ibi relictis, & conſcenſa rheda properavit Ariminum, equitibus longo intervallo ſequentibus* (4). Aliter de ipſamet horâ tradit Svetonius, inquiens: *Præmiſſis clam Cobortibus, nè qua ſuſpicio moveretur, & ſpectaculo publico per diſſimulationem interfuit &c. & ex conſuetudine convivio ſe frequenti dedit. Dein poſt Solis occaſum, mulis è proximo piſtrino ad vehiculum junctis, occultiſſimum iter modico comitatu ingreſſus eſt: & cum luminibus extinctis deceſſiſſet via, diù errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedibus evaſit: conſecutuſque eſt Cobortes ad Rubiconem &c.* (5).

(4) Appian. Alexand. Belli Civil. lib. 2. num. margin. 249.

(5) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 31.

6. Denique Plutarchus hoc eodem de Cæſaris facto, ita uberius eloquitur: *Traditis Hortenſio Cobortibus*

bus, ipſe in publico quidem diem exigens, ſpectaculo, quo gladiatorum munus edebatur, interfuit. Veſpere autem, curato tantiſper corpore, triclinium ingreſſus; cum convivis diſcubuit. Ubi paululum immoratus, in multam jam noctem exurgens, quoſdam ex amicis benignè allocutus; ut ſe mox reverſurum præſtolarentur, dixit; cæteris, ut per diverſa conſectarentur, præfatur. Ipſe meritorium quoddam aſcendens vehiculum, aliam primo viam ingreſſus, dehinc Ariminum verſus flexit iter. Ventum eſt ad fluvium Rubiconem &c. (6). Diſceſſit ergo Ravenna *ſub veſperum*, ſecundum Appianum: ſeu *poſt Solis occaſum*, ſecundum Svetonium: ideſt *in multam jam noctem*, ut explicat Plutarchus: & equidem poſt cænam ſumptam cum amicis: quæ ſanè hiemali tempore à magnatibus, & nobilibus non inchoatur ante circiter horam tertiam, & per plures horas interdum produci ſolet.

(6) Plutarc. in vita Jul. Cæſaris.

7. *Multam* itaquè *jam noctem* in iſto caſu dici non poſſe cenſemus, niſi ſaltem quatuor, & ultrà circiter horæ præterlapſæ fuiſſent. Poſt has Cæſar allocutus eſt convivas de ſuo diſceſſu: mandavit aliis militaribus viris, ut ſe *per diverſa conſectarentur*: parari fecit rhedam, *junctis* ei *mulis ex proximo piſtrino*: vehiculo conſcenſo juſſit *equites longo intervallo eum ſequi*: ac ipſe non à porta Ravennate orientali, reſpiciente verſus Ariminum, ſed ab occidua, vel meridiana, tendente aliorſum, iter inſtituit, ne ſciretur, quo pergere vellet. Nam *aliam primo viam ingreſſus, dehinc Ariminum verſus flexit iter*. Hæc autem omnia numquid non conſumpſerunt duarum, vel ſaltem unius horæ ſpatium cum dimidio? Non ergo potuit Cæſar diſceſſiſſe Ravenna: & multo fortius, ex contraria via primo ſimulatoriè ſuſcepta, reflexiſſe, atque inchoaſſe iter à linea paralella Ravennæ, niſi circa horam fere ſextam noctis: quæ tunc erat 14. horarum (7): & conſequenter etiam Aurora emerſit hora 12. Porro Ravenna, ut

(7) Filip Antonin. Supplem. della Cronic. di Verucchio cap. 2. pag. 11.

ut omnibus conſtat, eſt diſtans à prædicto flumine Rubicone 25. mille paſſibus. Examinandum eſt igitur, an Cæſar ab hora ferè ſexta circiter noctis, uſque, ad duodecimam, ſpatio ſex horarum, vel etiam parum ampliore, potuerit pervenire ad Rubiconem?

8. Et quidquid ſit de itinere ut ſic, ſactoque ab aliquo celeri homine, currente citatis equis, ac de loco ad locum mutatis, vulgò *correndo la poſta*: Item facto tempore diurno, æſtivo, & impedimenti nullius incommodis remorato; certè iter Cæſaris in ſuis circumſtantiis conſideratum, perfici non potuit intra breve ſpatium ſex horarum, vel etiam ſex cum dimidio. Fuit enim paractum nocturno, hiemali, & obſcuro tempore, quod minuit celeritatem itinerantibus. Item fuit actum flantibus ventis, qui faces viatorias extinxerunt. Præterea, per viam luto infectam, propter præcedentem pluviam trium dierum, ut vidimus ex Lucano, & Hugone Grotio (8). Adhuc & Cæſar non poterat curſu præcipiti properare, quia teſte Appiano, erat *corpore male affectus*: quod *curaſſe tantiſper* ante ingreſſum triclinium, refert Plutarchus. Et quamvis etiam integra valetudine prævaluiſſet, adhuc quia rheda vehebatur à mulis tracta, qui ſolent eſſe tardiores equis: nec ſolus incedebat, ſed catervatim cum ſequacibus ſuis; ideo citato curſu ad inſtar veredariorum proficiſci non valebat; ſed neceſſariò cogebatur incedere greſſu mediocri, ac tali, quem, tametſi expeditum, conſectari nihilominus poſſent ipſimet ſequaces illius.

(8) Vide ſup. cap. præced. n. 10.

9. Adde quod cum his omnibus deeſſet copia mutandi equos per viam; certè nec equi, nec muli, quibus diſceſſerunt à Ravenna, potuiſſent velociter, & effrænatè proſequi curſum per 25. millia paſſuum, quin dehiſcerent præ labore. Cum item Cæſar luminibus extinctis deceſſiſſet via; non pauliſper, ſed *diù errabundus*; hoc *diù* nonne ſaltem unā horam ex ſe ſolo comple-

plevit? Diù, inquam, errabundus, recto itinere interrupto, huc, illuc, veluti cæcutiens inter tenebras permeavit, neſciens quo incederet: donec lumine quandoque recuperato, ac fido duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedeſter ab invio evaſit, uti teſtatur Svetonius(9). Inſuper & ex ab ambagibus implicati loci opus ei fuit ſuum vehiculum extricare, ſimulque ſequacium ſuorum equos in viam tritam reducere: poſtmodum iter proſequi, & pervenire ad Rubiconem. Hæc autem omnia impedimenta ſimul juncta, in cauſa proculdubio fuerunt, ut 25. mille paſſus itineris, non potuerint ſolo ſex circiter horarum ſpatio compleri (10).

(9) Svetonius loco mox citato.

(10) Vide Filip. Antonin. Suppl. della Cronica di Verucch. cap. 2. pag. 8.

10. Dicendum igitur, loquendo rationabiliter, & prudenter, Cæſarem non perveniſſe ad Rubiconem, niſi poſt ortum Solis illius diei, qui emerſit poſt nocturnum diſceſſum ab urbe Ravennæ. Apud Rubiconem per ſeptem, vel octo circiter horas, implentes fere totum ſpatium diei, conſtitiſſe, cumque ſuis Ducibus, Centurionibus, & amicis miſcuiſſe conſilia, nùm procedendum eſſet ulterius, vel redeundum retrorſum: quo interim tempore Cohortes aliquantulum conquieſcebant. Tum adveſperaſcente jam die, circa horam 22. vel 23. tranſiſſe Rubiconem, & alia feciſſe, de quibus inferius erit ſermo: ac denique directo itinere verſus Ariminum, illam Civitatem invaſiſſe manè ſubſequentis diei diluculo, & Sole nondum exorto. Diſtinguit hæc Hypotheſis mane unius diei à manè alterius: & cavet, ne facta per Cæſarem manè primi diei, confundantur cum peractis manè diei ſecundi.

11. Ad excludendam autem hanc ipſam Hypotheſim, ſaveant Contradictores exhibere, ſi poſſunt, Scriptorem aliquem ſynchronum, apertè tradentem hæc duo: Nempe *Primo* quod Cæſar pervenerit ad Rubiconem ſub Aurora, & non potiùs poſt Solis ortum illius primę diei, quę ſubſecuta eſt veſpertinum, ſeu melius nocturnum ejus diſceſſum ab urbe Ravennæ. *Secundò* quod

quod ſtatim ac illuc pervenit, illicò, ac nulla prorſus interpoſita mora, flumen ipſum hoſtiliter pertranſiverit protinuſque iter proſecutus fuerit cum exercitu tam equitum, quam peditum, uſque ad Ariminum. Alioquin hac deficiente legitima teſtificatione; dandus erit locus ipſimet Hypotheſi, utpote magis veriſimili, probabili, & rationabili.

12. Certè nec *Svetonius*, nec *Lucanus*, nec *Petronius*, nec *Appianus*, nec *Plutarchus*, iſta petractantes, affirmant primum, neque concludunt ſecundum. Non *Svetonius*, quia quamvis aſſerat, quod Cæſar poſt defluxum à via, duce *ad lucem* reperto, progreſsus eſt ad Rubiconem; ly *ad lucem* intelligendum eſt, non vage, ac in abſtracto; ſed ſtrictè, in concreto, prout in ſubjecta materia, & juxta exigentiam naturæ præcedentium, atque ſubſequentium verborum (11): quibus cum dixiſset, *luminibus extinctis*, & poſtea ſubjunxerit *ad lucem*; hæc poſtrema verba *ad lucem* non percutiunt tempus Auroræ, ſed relativa ſunt ad ipſas præcedentes voces, *luminibus extinctis* medio in itinere Ravennam inter, & Rubiconem: Quæ voces *luminibus extinctis*, cum evidentiſſimè concernant *lumina artificialia*; etiam relativæ illæ dictiones, *ad lucem*, non naturalem, & diurnam, *ſed artificialem*, & manufactam indigitant (12): ſignificantque, quod Cæſar tametſi extinctis funalibus, quibus ducebatur, inter denſiſſimas tenebras noctis hiemalis, huc illuc diutius oberaſset, ab ordinaria via digreſsus; attamen denique lucem recuperavit, vel ad aliquam ruralem domum, vel excuſſam ope ignitabuli, aut aliter quomodocumque ſuſceptam (13).

(11) Vide Vincent. Cæſenat. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 13. f. 79. 80.

(12) Idem Vincen. Cęſenat. de Antiq. Rubicon. ſect. 3. cap. 13. f. 79. &c.

(13) Scip Claram. Hiſtor. Cæſen. Apparat. f. 38.

13. Luce recuperata, *ducem reperit*: ſub cujus regimine *pedibus evaſit* ex implicato loco intermiſsæ viæ *per anguſtiſſimos tramites*: cumque ad ordinariæ, ſive communis viæ ſemitam repedaſset, proſecutus eſt iter interruptum, atque demum *conſecutus eſt Cohortes*.

ad

ad Rubiconem. Hic eſt obvius, verus, & naturalis ſenſus verborum Svetonii, gradatim perpenſorum: quæ nihil concludunt, quod Cæſar ad fluvium ipſum pervenerit ſub Auroram. Iſti claræ interpretationi Svetonii poteſt addi alia, dicendo, quod per ly *ad lucem* Hiſtoricus intellexit idem ac *prope diem*, vulgò *à giorno*: quemadmodum & *ad Urbem*, aptum eſt ſignificare *prope Urbem*. Verùm ſi res hoc modo ſumatur, & per ly *ad lucem* intelligatur lux albeſcentis diei, ſeu ſub Auroram; nedum non obtinetur intentum Contradictorum; ſed imo potius inſtantia contra ipſoſmet protinus retorquetur.

14. Siquidem in hujuſmodi ſenſu, Cæſar non pervenit ad Rubiconem ſub Aurora, ſed valdè poſtquam *ad lucem* (ideſt, ut ſupponitur, ſub eandem Auroram) ducem reperit, à quo ſucceſſivè reductus eſt in via, non ſine difficultatibus: quippè ad ipſam viam redire non potuit, niſi *pedibus evadendo* de implexo loco, ubi tenebręillum conjecerant: & quidem evadendo *per anguſtiſſimos tramites*, à quibus etiam opus fuit extricare bigam, una cum ſociis eum comitantibus: deindè iter proſequi per ſemitam ordinariam: ac tandem pervenire ad Rubiconem: quæ ſanè omnia non valuerunt intra breve tempus compleri. Et cum in præfato ſenſu, opus ſit, quod eadem fuerint peracta poſtquam Cæſar jam *ad lucem*, ideſt, ut ſupponitur, ſub Auroram *ducem reperit*; evidenter ſequitur, quod Cæſar pervenire non potuit ad Rubiconem, niſi orto jam ſole, ac forte dudum poſt ſolem exortum.

15. Retorquetur ſimiliter argumentum alio modo, & equidem contrario exitu, ex eo quod Cæſar poſtquam pervenit ad Rubiconem, illumque tranſivit, atquè concione ſuas eſt copias allocutus; iter direxit verſus Ariminum, hancque civitatem *prima luce* occupavit (inquit Appianus (14). Quæ opera certiſſimè acciderunt poſtquam Cæſar medio itinere inter Ravennam,

(14) Appian. Alexand. Belli Civil. lib. 2.

& Rubiconem, luminibus extinctis deflexit à via, & deinde *ad lucem* duce reperto, ut ait Svetonius, per ordinariam, & communem ſemitam progreſſus eſt ad idem flumen. Verbum autem *lux* tantundem proculdubio ſignificare debet apud Svetonium, quod apud Appianum. Ergo ly *ad lucem* Svetonii non eſt intelligendum de Aurora, ſeu initio Auroræ: alioquin etiam ly *prima luce* Appiani erit intelligendum de tempore præcedente ad initium Auroræ. Sicque oportebit quod Cæſar occupaverit Ariminum, antequam perveniſſet ad Rubiconem, & dum adhuc in medio itineris Ravennatis inter tenebras oberrabat: qua ſubverſione chronotaxis, quid poteſt inſulſius effutiri.

16. Nec itidem *Lucanus* probat, perventionem præfati Ducis ad flumen recenſitum contigiſſe ſub Auroram: quandoquidem aliud non dicit, niſi quod Rubicone tranſmeato Cæſar concionem habuit ad exercitum, deinde Ariminum tetendit, *noctis tenebris* (15). Non confundatur autem unus eventus cum alio. Tranſire namque Rubiconem eſt quid diverſum à progreſſu de Rubicone ad Ariminum: hæcque non unum, ſed bina ſunt facta: & quidem non contemporanea, ſed ſucceſſiva: benèque ſtare poſſunt ſimul iſta duo, unum poſt aliud, nempe quod Cæſar non pervenerit ad Rubiconem ſub Aurora (qui eſt articulus præſentis diſputationis): & nihilominus Rubicone poſtmodum tranſmeato iter inſtituerit verſus Ariminum *noctis tenebris* relativè ad tempora ſucceſſiva.

(15) Lucan. Pharſal. lib. 1.

17. Cæſar profecto non ſtatim ac pervenit ad idem flumen, illud illicò pertranſivit; ſed plura fecit, quæ inferius referemus: conſtititque ibidem aliquo tempore. Ac poſt deliberatum denique tranſitum, tam ipſe, quam omnes equites, & pedites componentes ejus exercitum (qui erat ex quinque Cohortibus, ideſt ex quinque millibus peditum, & equitibus trecentis) fluvium ipſum tranſmearunt, aquis tumidum, & furentem:

quæ

Digitized by Google

quæ tranſitio tot hominum, & equorum fieri non potuit in jctu oculi; ſed tanto ſpatio temporis decurrente, quanto eſſe opus utrique ſpeciei militum ad transfretandum fluvium, turgentẽ aquis, & non facilis vadi: unaque ſimul ad traducendum arma graviora, inſtrumenta bellica, papiliones, commeatum, & ſarcinas militares, norunt qui ſunt expertes rerum bellicarum. Poſtea concionem habuit ad exercitum, ut ejus fidem, & fortitudinem ſibi conciliaret, uti memorant ipſe Lucanus, & etiam Svetonius (16).

(16) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 31. Lucan. loc. citat.

18. Nec omittenda erant Auſpicia (ſaltem juxta dictata Contradictorum, qui nobis objectant, non potuiſſe Cæſarem illa ſumere apud *Riconem*, ſeu Piſatellum: bene vero apud *Luſum* (17) ut infra dicetur). Quæ ſi captanda fuerant, proculdubio ſpatium quoque temporis propoſcerunt. Adde Sacramentum militare præmitti debuiſſe: quo unus quidem communi omnium nomine ſpondebat, ſe facturum juxta vires quidquid à Duce præciperetur: ſed referente Polybio, etiam *reliqui omnes adjurabant ſigillatim prodeuntes, hoc eſt ipſum affirmantes, ſe facturos ut ille primus* (18). Hocque nedum in conſcriptione militum fiebat, verum etiam repetebatur in caſtris (19): & maximè ſi arduum erat aliquod opus, & grave facinus aggrediendum. His omnibus itaque præmiſſis, quæ non modicum temporis occuparunt; poſtremò Cæſar iter incæpit verſus Ariminum *noctis tenebris*. Cujus Poetæ verba, ſi pertrahi deberent ad opinionem Contradictorum; oporteret, quod Cæſar ad Rubiconem perveniſſet, non ſub Auroram, ſed media nocte, ac etiam forte ante illam.

(17) Vid. infr. cap. 18. num. 11.

(18) Juſt. Lipſius de Milit. Roman. lib. 1. Dialog. 6. in fin.

(19 Idem Lipſius loc. cit.

19. Re vera autem idem Dux ad eundem fluvium in medio noctis, vel ante, nec appulit, nec potuit appuliſſe: tum quia quando diſceſſit Ravenna *in multam jam noctem*, ut inquit Plutarchus, excreverat valdè tempus (20): tum propter difficultatem, & prolixitatem itineris, deficientiam lucis, deflexionem à via, & errabun-

(20) Plutarch. in vit. Jul. Cæſar.

dum diù circuitum in tenebris, itaut neſciret, quo mearet: donec rectum viæ tramitem, ductore, ac lumine invento, recuperavit. Et multo minus id potuiſſet explere ſi Rubico identicus eſſet non *Rico*, ſeu Piſatellus, ſed *Luſus*. Quippe cnm hic ſecundus fluvius diſtet à Ravenna magis, quam Rico, nempe per 28. circit. mille paſſus (21): hoc vaſtum viæ ſpatium, tantis incommodis perturbatum, non potuiſſet expleri in duabus, vel tribus horis nocturnis, quot decurrerunt inter diſceſſum *in multam noctem*, uſque ad ipſiuſmet noctis dimidium.

(21) Chiaramontius Hiſtor. Caſen. in Apparat. part. 2. fol. 38.

20. Similiter, & neque *Petronius Arbiter* oſtendit, quod Cæſar ad Rubiconem pervenerit ſub Aurora, ſed potius orto jam ſole. Ait enim, Ducem ipſum protuliſſe celeberrima illa verba, *Jacta eſt alea*: vel ut ipſe ſcribit: *Judice Fortuna cadat alea*: quæ verba certè protulit exiſtens apud Rubiconem, ut mox videbimus ex Plutarcho, Svetonio, & Appiano. Inde ſubdit.

Hæc ubi perſonuit, de cælo Delphicus ales
Omina læta dedit, pepulitque meatibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte ſiniſtra,
Inſolitæ voces flamma ſonuere ſequenti.
Ipſe nitor Phœbi vulgato latior orbe.
Crevit, & aurato præcinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus movit Mavortia ſigna
Cæſar, & inſolitos greſſus prior occupat auſu (22).

(22) Petronius Arbiter in Fragm.

21. Juxta igitur hunc Poetam, verba illa, *Jacta eſt alea*, Cæſar protulit aliquanto antequam *inſolitos greſſus* audacter aggrederetur: ideſt Rubiconem tranſiret. Propinquius ad tranſitum illa refert Plutarchus, inquiens, quod poſtquam *diù* hæſitaſſet, *impetu quodam animi, perinde ac ex futuri cogitatione dimiſſus: cum id, quod incertos, & audaces ſubeuntibus caſus, vulgò exordium eſſe ſolet, Jacta ſit alea, dixiſſet; flumen trajecit* (23). Conſentitque huic Svetonius referens de ipſomet Duce, quod viſo ſpectro claſſicum perſonan-

(23) Plutarch. in vit. Jul. Cæſaris.

nante, ac fluvium tranſmeante, *Eatur, inquit, quo deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea eſt* (24).

22. Appianus tamen hoc effatum coniicit in ipſum tranſitionis actum, tradens, quod poſt hæſitationem, velut æſtro quodam *afflatus, cæpit magno impetu traiicere* (fluvium) *vulgatum illud exclamans, Jacta ſit alea* (25). Juxta Petronium Arbitrum, inquam, Cæſar idem effatum protulit aliquanto antequam tranſiverit. Nam dicit, quod poſtea recepit auſpicia, ſuſcepitque illa prius ex læto adventu de cælo Aquilæ, ſeu *Delphici alitis*: deinde ex *inſolitis vocibus* perſtrepentibus *de parte ſiniſtra*: quem ſonitum quidem audire poterat etiam nocturno tempore; ſed Aquilam de cælo venientem non potuiſſet cernere ſub Auroram, niſi clara jam eſſet dies: cum ſub Auroram potius tenebræ magis intendantur, quam aer clareſcat (26).

23. Addit quod *nitor Phœbi vulgato latior orbe crevit*: atque attende, quod non dicit nitor Luciferi, ſignificantis ſtellam Veneris matutinam Auroræ prodromam (27) ſed nitor Phæbi, ſignificantis diſcum ſolarem: Imò & quod jam ſol nedum ortus fuerat, ſed *creverat*, & vultus hominum *aurato fulgure* præcinxerat. Ex tuncque, non prius, Cæſar *movit ſigna Mavortia*, ideſt exercitum: *Et inſolitos greſſus prior occupat auſu*, nempe auſus eſt Rubiconem tranſire: ac equidem greſſibus inſolitis, quia *citra* illum fluvium permeare libere potuiſſet (uti exiſtens adhuc intra Provinciam ſibi commiſſam) non autem poterat *ultra*: & id audens, *inſolitos greſſus* inibat. Rubiconem ergo Cæſar tranſivit non ſub Auroram, ſed dudum poſt ſolis ortum: quinimo & ipſius ſolis aucto jam abundè ſplendore: quod augmentum in deſcriptione poetica recenſitum, quis dubitet extendi potuiſſe uſque ad veſpertinam declinationem?

24. Nota & quod verba illa Petronii, *Ipſe nitor Phœbi*, taliter ſunt propria matutini temporis primę diei, qua

(24) Svetonius ird in vita Cæſaris cap. 31.

(25) Appian, Alexandrin. Belli Civil. lib. 2. num. margin. 4.

(26) Cabæus in Meteor. tom. 1. ſup. text. Ariſtot 50.

(27) Hieron. Vital. Lexic. Mathemat. V. Lucifer.

Cæſar Rubiconem tranſivit; ut non valeant applicari tempori ſimiliter matutino ſecundę diei, qua transgreſſo ipſomet fluvio, invaſit Ariminum. Eo tempore namque, quo pervenit ad hanc Urbem, non erat ſerenum tempus, adeoque ſol non coruſcabat nitidus, nec *latior orbe*, neque *aurato fulgure vultus* præcingebat, ut aſſeverat Petronius; ſed fuſcus, & nubiloſus aer caligabat: prout refert Lucanus, his verbis: Cæſar

Vicinumque minax intravit Ariminum; ut ignes
Solis Lucifero fugiebant aſtra relicto.
Jamque dies primos belli viſura tumultus
Exoritur, ſeu ſponte Deûm, ſeu turbidus Auſter
Impulerat mæſtam tenuerunt nubila lucem (28).

(28) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 20.

25. Ambo igitur hi Poetæ non de uno, & eodem, ſed de binis, ac diverſis loquuntur matutinis temporibus totidem dierum: in quorum prima, ſubſequente noctem, qua Cæſar diſceſſit Ravennâ, oriente Sole aer nitidus erat, & ſerenus, uti refert Petronius. In ſecunda vero, ſuccedente veſperis, quibus idem Dux de Rubicone pervenit Ariminum, oriente ſole aer turbatus erat, & nubiloſus, uti canit Lucanus. Ideoque perventio Cæſaris ad ipſum flumen, & occupatio Arimini (quibus fuit intermedius tranſitus Rubiconis) non ad unicum, & eundem, ſed ad binos, ac ſucceſſivos dies ſunt evidentiſſimè referendæ: ſtatquè propoſita per nos Hypotheſis, quod Cæſar non occupavit Ariminum manè ſubſequente nocturnum ejus diſceſſum à Ravenna, ſed alio manè, quod advenit poſtero die.

CA-

Digitized by Google

CAPUT X.

Continuatur Materia, & Aſſumptum Capitis præcedentis.

SUMMARIUM.

1. *NEc Appianus, neque Plutarchus aſſerunt, Cæſarem perveniſſe ad Rubiconem ſub Auroram.*
2. *Oſtentum à Cæſare non potuiſſet cerni ſub Auroram; quia tunc magis tenebræ intenduntur.*
3. *Nec Dux, nec milites furenti flumini ſe commiſiſſent prudentèr, niſi orto jam ſole.*
4. *Opus erat item expectare equites longo intervallo poſt Cæſarem venientes.*
5. *Cæſar conſtitit apud Rubiconem, perpendens quam grave facinus erat aggreſſurus.*
6. *Hæſit quoque, ut requiem daret ſuo corpori feſſo: & alias ob cauſas.*
7. *Dormivit antequam Rubiconem tranſiret: quamvis jam ſol eſſet exortus.*
8. *Somnus, & viſio in eo habita, terrorque inde conceptus, moræ tempus popoſcerunt.*
9. *Nulla inerat Cæſari neceſſitas Rubiconem illico tranſeundi, nondum clara die.*
10. *Agebatur de gravi facinore: ad quod opus erat Cohortium quoque conſenſu.*
11. *Conſultatio de tranſitu, vel regreſſu, tempus plurium horarum occupavit.*
12. *Convocandæ erant Cohortes, quæ per arva finitima ſibi ſtationes defixerant.*
13. *Occupatio Arimini aggredienda exigebat, Cohortes itinere feſſas viribus reſtaurari.*
14. *Onerum delatio, & inedia militum depoſcebant, ut priùs aliquanto requieſcerent.*

Cir-

15. *Circa horam 22. vel 23. diei, Cæſar tranſivit Rubiconem, poſtea exercitum allocutus eſt.*

16. *Inde movit verſus Arimini civitatem, quam occupavit ſequenti manè diluculo.*

17. *Verba Lucani, Plutarchi, & Appiani correſpondent præfato tempori.*

18. *Cæſar non occupaſſet Ariminum, ſi non illuc tenebricoſo tempore properaſſet.*

19. *Præmiſerat illuc occultos milites. Urbemque intravit antequam Cives evigilaſſent.*

20. *Major diſtantia Riconis ab Arimino identitatem ei non detrahit antiqui Rubiconis.*

POſt perpenſa verba Svetonii, Lucani, & Petronii ad alios diſcutiendos Antiquorum ſenſus properemus. Et equidem ſicut non illi, ſic & neque *Appianus* Alexandrinus, neque *Plutarchus* docent, quod Cæſar pervenerit ad Rubiconem ſub Auroram illius diei, qui ſubſecutus eſt immediatè veſpertinum, ſeu nocturnum ejus diſceſſum ex urbe Ravennæ. *Appianus* nempe nullam facit mentionem temporis, quo illuc pervenerit: ſed tantum, quod *Ariminum prima luce occupavit* (1). *Plutarchus* item de præſenti negotio refert dumtaxat, quod poſtquam idem Dux ad Rubiconem appulit, mora facta *Flumen trajecit. Dehinc advolans nondum illuceſcente die Ariminum ingreſſus occupavit* (2). Vides hic, nullum eſſe verbum percutiens tempus, quo Cæſar pervenit ad Rubiconem: nec juſtificari, quod illuc pervenerit ante, vel poſt Auroram: ſed recenſeri tantummodo factum poſterius, invaſionis nempe Arimini, peractæ *nondum illuceſcente die*, ſecundum Plutarchum: & *prima luce*, ſecundum Appianum: quæ invaſio juxta præſentem Hypotheſim contigit, non manè illius diei, qua Cæſar pervenit ad Rubiconem, ſed mane alterius immediatè ſubſequentis diei.

(1) Appian. Alexand. Belli Civil lib. 2.

(2) Plutarc. in Jul. Cæſar.

2. Deficientibus ergo Auctoribus antiquis, aſſerentibus, quod Cæſar ad idem flumen pervenerit ſub Auro-

Auroram, rationabilius dicendum eſt, propter jam recenſita motiva, & varias rerum circumſtantias, quod illuc non appulit, niſi poſt ſolem exortum. Nec videtur, quod res aliter valuerit ſe habere, nedum propter prolixitatem, & difficultatem itineris; verum etiam ex eo quod ante tranſitionem fluvii, dum Cæſar perplexus permaneret, num retrocedendum eſſet, vel ulterius procedendum, *Oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine, & forma in proximo ſedens, repente apparuit, arundine canens: ad quem audiendum, tum præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos, & æneatores; raptà ab uno tubà, proſilivit in flumen, & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam* (3). Hoc autem oſtentum nec Cæſar, nec paſtores, nec milites potuiſſent cernere ſub Aurora, niſi dilucida jam eſſet dies. Nàm ſub Aurora, ut diximus, non clareſcit aer, ſed potius tenebræ magis intenduntur (4).

3. Item Rubico tunc pluvialibus aquis adeo excreverat, ut vadari non poſſet, niſi præirent, ac ibidem ſe ſiſterent immobiles illi milites, qui vehebantur equis, ut frangerent, retinerent, minuerentque impetum aquarum: & ita ſternerent iter, ſeu faciliorem redderent vadum Cohortibus incedentibus pedeſter inferius. Quod ſanè aggredi non attentaſſet ullus prudens agminum ductor, & regiminis militaris peritus: quinimo & nec milites ipſi, tum equitantes, tum pedites, præcipitoſo curſui aquarum ſeſe temere commiſiſſent, niſi clara jam eſſet dies (adeoque dudum poſt Auroram orto jam ſole) quæ tutum vadum tranſituris oſtenderet: nè illaberentur in periculum ſubeundæ ſubmerſionis in tumentibus aquis fluvii ejuſdem admodum tunc furentis. Quod ſanè periculum ſi non caviſſent, ſed sè ſubmerſionis diſcrimini commiſiſſent, ſtultè proculbudio eſſent operati: nec præconio, ſed vituperatione dignos, in ore sè sè omnium redidiſſent.

(3) Sveton, in Jul. Cæſar. cap. 31.

(4) Hieron. Vital. Lexic. mathemat. V. Crepuſculum, §. ſed.

Digitized by Google

4. Et quoad horam tranſitus Rubiconis, attendendum, quod Cæſar poſtquam jam pervenerat ad illud flumen, & ibi reperit Cohortes, quarum regimen, ſeu ductum commiſerat Hortenſio, uti refert Plutarchus (5) opus fuit, ut expectaret copias equeſtres, quas longè poſt ſe diſcedere Ravennâ juſſerat, referente id Appiano, his verbis: *Equitibus longo intervallo ſequentibus* (6): & quidem ſequentibus diverſo itinere initialiter ſuſcepto: ait enim idem Plutarchus: Cæſar poſt cænam, *in multam jam noctem exurgens, quosdam ex amicis benignè allocutus, ut ſe mox reverſurum præſtolarentur dixit: cæteris, ut per diverſa conſectarentur præfatur* (7). Cum paulò ſupra idem Auctor ſcripſiſſet, quod militia Cæſaris tercentum equites continebat. Hos ergo fuit opus expectare, tum ad integritatem exercitus componendam, tum ut ſternerent iter peditibus per Rubiconem tranſituris inflatum aquis.

5. Adde quod idem Dux conſecutus Cohortes ad fluvium ſæpeſatum, *paululum conſtitit, reputans quantum moliretur*, inquit Svetonius (8). Non tamen ita paululum, ut paucis tantummodo momentis conquieverit; ſed ſaltem veroſimilitr hæſeſit per ſeptem, vel octo circiter horas, implentes ferè totum ſpatium decurrentis diei. Quippè ſeriò illi ponderanda erat gravitas facinoris, irremiſibiliter perpetrandi: & cujus exitus caſui committendus, infauſtum finem poterat obtinere. Cauſam hæſionis per hæc verba refert Appianus: cum *perveniſſet ad Rubiconem fluvium, defixis in eum oculis, hæſitabat non nihil, cogitans futuras calamitates, ſi armatus amnem traiiceret: tandem verſus ad comites: Amici, inquit, tranſitus hic dilatus mihi erit malorum omnium initium; properatus vero, omnibus hominibus* (9). Nec equidem hæſit pauliſper, ſed *diu* teſte Plutarcho his verbis: *diu ſecum tacitus animum, cogitationemque circumferebat* (10).

6. Hærere quoque illi opus fuit, ut requiem daret ſuo

(5) Plutarch. in Vita Jul. Cæſar.

(6) Appian. Alex. Belli Civil. lib. 2. numer. margin. 249.

(7) Idem Plutarc. ubi ſupra.

(8) Svetom. in Vit. Jul. Cæſar. cap. 31.

(9) Appian. Alexandrin. loc. ſupr. citat.

(10) Plutarc. in Julio Cæſare.

Digitized by Google

ſuo corpori, nedum feſſo ex itinere, ac vigilia noctis præteritæ; verum etiam valetudine malè affecto: quod idcircò indiguit curare tantiſper ante cænam, ut ſupra vidimus ex ijſdem Plutarcho, & Appiano. Hæſit inſuper propter timorem, quo perterritus eſt ex viſione in ſomnis ſimulacri Romæ, tam ſibi, quam ſociis, & univerſo exercitui ejus improperantis, ne auderent præſcriptum Rubiconis limitem pertranſire: quod accidiſſe prope idem flumen canit Lucanus:

Ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas,
Ingens viſa duci Patriæ trepidantis imago,
Clara per obſcuram vultu mæſtiſſima noctem,
Turrigero canos effundens vertice crines,
Cæſarie lacerà, nudiſque adſtare lacertis,
Et gemitu permiſta loqui: Quo tenditis ultra?
Quo fertis mea ſigna viri? Si jure venitis,
Si Cives; hucuſque licet. Tunc perculit horror
Membra ducis, riguere comæ, greſſumque coercens,
Languor in extremà tenuit vaſtigia ripa (11). (11) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 19.

7. Nedum ergo diù hæſit Cæſar apud Rubiconem, cogitans quam ingens facinus aggreſſurus eſſet, ac dubius, num ultrà procederet, vel retro rediret; ſed etiam dormivit, & ſomniavit, antequam flumen ipſum hoſtiliter pertranſiret: viditque ſomno correptus, Romæ ſimulacrum, ut ſupra trepidantis, atque monentis. Nec tu dicas, hinc inferri, quod nondum erat exortus Sol tempore, quo pervenit Cæſar ad illum fluvium; quippe apud quem dedit oculos ſomno, & habuit memoratam viſionem *per obſcuram noctem*: ſunt verba Poetæ. Nam benè ſtat, quod Cæſar, & malè corpore affectus, & fatigatus ex itinere, paſſusque vigiliam nocte præcedente, pervenerit ad Rubiconem orto jam Sole, ac ibi ſe commiſerit ſomno, tametſi Sol ſuperius curreret Emiſpherium. Nec Poeta dicit fuiſſe noctem tempore ſomnii, & viſionis Cæſaris; ſed quod ſomniavit ſe videre *per obſcuram noctem* (ideſt velut ſi noctis obſcu-

Digitized by Google

ræ tempore dormiret) Romæ trepidantis imaginem.

8. Alioquin oppoſitio nimium probaret, ac vim ſuã refunderet adverſus Contradictores. Probaret enim quod tunc nedum non erat Sol exortus, neque Aurora conſurgens; ſed erat adhuc noctis dimidium: tantumdem enim apta ſunt ſignificare illa verba *obſcuram noctem*. Cum tamen Contradictores in eo ſenſu ſint, quod Cæſar ad Rubiconem pervenerit illuceſcente die ſub Auroram, & non media nocte, ſeu *per noctem obſcuram*. Ex Lucano igitur idem Dux, poſtquam ad præfatum flumen acceſſerat, & antequam illud hoſtiliter pertranſiret, ſopore membra levavit: quem numquid non dicemus occupaſſe ſaltem tres, vel quatuor horas, tantundem moræ tempus implentes? Poſtea experge factus, ac ſimul terrore perculſus, propter habitum ſomnium, conſtitit dubius quid deliberaret: quod pariter novam dilationem popoſcit.

9. Ad hæc non eſt abſque ponderatione ſinendum, quod ex una parte nulla inerat Cæſari neceſſitas tranſmeandi Rubiconem ſtatim ac ad illum pervenit: quoniam uſque ad ipſius marginem occidentalem armatus poterat inculpabiliter permeare: quatenus eo uſque perſeverabat intra fines provinciæ ſibi concreditæ. Nulla item afficiebatur neceſſitate perveniendi Ariminum potius illo, quam poſtero die: quinimo expediebat hærere, ut militibus occultis, quos præcedenti veſpere præmiſerat Ariminum, daret tempus illuc perveniendi, quieſcendi, ac vires refocillandi, quibus poſſent vivacius illum ſupervenientem poſtmodum adjuvare. Denique Cæſar, nec ante ſe, nec poſt ſe hoſtes habebat, à quibus urgeretur ad feſtinandum præmeditatum conatum. Quæ neceſſitas ergo ei aderat ſtatim ac pervenit ad Rubiconem, illico prorſus, & nulla interpoſita mora flumen ipſum tumens fluctibus tranſmeandi: & quidem die nondum clara, cum probabili periculo ſe, ſuoſque milites ſubmergendi? Ex altera

quo-

quoque parte, tum Dux, tum Cohortes, deſatigati longo itinere 25. mille paſſuum, facto per tempus nocturnum, hiemale, ventoſum; necnon per viam incommodam, & limoſam; ſomno, requie, ac refocillatione, indigebant: quæ moram itidem depoſcebant.

10. Adhuc & agebatur de tranſgreſſione irremiſſibili prohibitionis per Senatum, Populumque Romanum promulgatæ, quæ nedum Cæſarem, verum etiam univerſas ejus copias involuebat inexpiabili reatu. Quare ipſe Cæſar apud Petronium Arbitrum ſic ſuos milites admonebat:

Namque omnes unum crimen vocat, omnibus una
Impendet clades &c. (12).

Requiri proinde oportebat ſenſum quoque militum, & Cohortium, earumque Centurionum, & Præfectorum. Alioquin hi Cæſarem, ex ſe ſolo deliberantem adeo culpabilem tranſitum, & motum armorum contra Patriam, ſecuti non fuiſſent. Nec niſi conſentientes in ipſum tranſitum ſucceſſivè ſpopondiſſent Cæſari ſtrenuum, atque fidele ſervitium militare, prout ſpopondiſſe referunt Svetonius, & Lucanus (13). Hæc autem omnia ſpatium temporis exegerunt, atque moram ad ſerio colloquendum, conſultandum, & deliberandum cum ipſis Præfectis, Centurionibus, ac Tribunis.

11. Atque hujuſmodi conſultationem fuiſſe factam, ſatis tradit Plutarchus dicens: Cæſar ad Rubiconem, *reputans ſe propè graviſſima ferri, & jam auſurum maxima, curſum compeſcuit, ac DIU ſecum tacitus animum, cogitationemque circumferebat. Plurima tamen conſilia, deliberationeſque permutans cum aſtantibus amicis, ex quibus Aſinius Pollio erat, complura diſceptans, animadvertenſque, quot malorum initium univerſis hominibus ipſe allaturus eſſet tranſitus, quantum inſuper de eo relicturi ſermones ſint* (14). Non ergò breviter, ſed *diù* Cæſar intra ſe perplexus cogitavit quid agendum. Nec intra ſe tantum, ſed etiam cum aliis

(12) Petron. Arbitr. in Fragmentis.

(13) Sveton. & Lucan. locis citat.

(14) Plutarch. in vit. Jul. Cæſar.

aliis rem diuturna conſultatione diſcuſſit, ſtans apud Rubiconem, & antequam ipſum fluvium pertranſiret. Idque ſanè fecit primo *tacitus cogitationes circumferendo*: Deinde *plurima conſilia, deliberationeſque cum amicis permutando*: ac tandem cum eis, & *cum Aſinio Pollione complura diſceptando*. Quæ ſanè *complurium diſceptatio*, necnon *permutatio cum amicis plurimorum conſiliorum, & deliberationum*, non potuit ſine decurſu plurium horarum proponi, diſcuti, & opportunè compleri.

12. Ac eo magis interſtitio congruo decurrentis temporis opus fuit, quo Cohortes, cum jam ante adventum Cæſaris appropinquaſſent Rubiconi, ſe per arva finitima diſtribuerant: eaſque nunc oportebat in unum congregare, tum ad audienda verba Cæſaris, tum ad tranſitum poſt deliberationem complendum. Et ſanè cum Svetonius referat, quod ad cernendum oſtentum Tybicinis, per flumen ingenti ſpiritu claſſicum inſonantis, *plurimi etiam ex ſtationibus milites concurrerunt* (15); jam liquet, Cohortes huc illuc præcedenter ſibi ſtatuiſſe ſtationes. Coheretque Lucanus appoſitè de hiſce concinens: Cæſar.

(15) Sveton. in Cæſar. cap. 31.

Convocat armatos extemplo ad ſigna Maniplos.
Et infrà: *Sparſas per Gallica rura Cohortes*
Evocat, & Romam motis petit undique ſignis (16).

(16) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 22. & 26.

Profectò ſi milites *ex ſtationibus concurrerunt*: ſi evocandæ fuerunt Cohortes *per rura Gallica ſparſæ*; patet quod poſtquam appulerant ad Rubiconem, sè sè diſtribuerant per ſtationes, in quibus quieſcerent. Ergo non properanter, non illico tranſierunt Rubiconem, ſed poſtquam per aliquod congruum tempus requiem ſumpſerant in iiſdem ſtationibus. Diximus alibi, & nunc iteratò repetimus, quod adeſt proximus Rubiconi ad Viam Æmiliam collis amænus, dictus *Collis Cæſaris*, corrupta voce. *Colliſeſe*: in quo conſtans eſt indigenarum,

rum, Cæſenatumque traditio, Cæſarem conſtitiſſe: atque cum Aſinio Pollione, Hortenſio, Lælio, Curione, Antonio, Caſſio; aliiſque primoribus Ducibus, ac amicis ſuis, ibidem ſecum congregatis, gravi ſub ſquitinio poſuiſſe, num procedendum eſſet ulterius in tranſitione vetita Rubiconis, vel potius greſſus foret convertendus retrorſum (17).

(17) Chronic. manu ſcript. Cæſen. fol. 2. & 10.

13. Denique moram ante Rubiconis tranſitum requirebat gravitas operis immediatè poſt aggrediendi, nempe occupatio Arimini, urbis fortis, & Coloniæ Romanorum: pro qua ſubigenda, utpotè benè muris obducta, roborata vallis, & numeroſo militum præſidio communita, civiumque abundante aptorum ad arma; idonei non fuiſſent milites Cæſaris, feſſi arduitate, ac longitudine itineris nocte præcedente peracti, tempore hiemali, tenebricoſo, ventoſo, ac per viam luto notabili conſpurcatam: nec feſſi tantum, ſed & ſomno, inediâ, & incommodis fatigati, quæ concomitantur inceſſum nocturnum agminum militarium. De ipſo Cæſare legitur, quod Ravennam appulſus cum ſuo exercitu, *ibi repauſaverunt* (18). Igitur & ipſis militibus nunc ut ſupra defeſſis, omnino erat opus requie, cibo, & potu, viriumque reſtauratione, ut vivaciores poſſent, & flumen tumens fluctibus pertranſire, & Ariminum aggredi eorum viribus ſubjugandum.

(18) Spicileg. Raven. Hiſtor. ap. Murato Rer. Ital. to. 1. par. 2. f. 575.

14. Auxerant fatigationem itineris onera, quæ Cohortes portaverant: milites namque ad bellum properantes, non libero corpore, ſed ſarcina onerato incedebant, quæ cibum, armà, vallum, & utenſilia continebat (19). Unde Cicero: *Noſtri exercitus primum, unde nomen habeant vides. Deinde quis labor, & quantus agminis. Ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre ſi quid ad uſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam, noſtri milites in onere non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra eſſe militis dicunt: quæ quidem ita geruntur*

(19) Juſtus Lipſ. de Milit. Roman. lib. 5. Dial. 11.

aptè

Digitized by Google

aptè, ut ſi uſus foret, dejectis oneribus, expeditis armis ut membris pugnare poſſint (20). Tot igitur onerum delatio, per viam adeo longam, & incommodam, tempore nocturno, ac plurimum perturbato, quam ſubierant milites, inedia, & ſomno confecti; numquid non indigebat requie, ac reſocillatione, ad aggreſſionem urbis poſt immediatè faciendam? Certè indigebant, ne illis accideret, quod contigit exercitui Entii Regis Sardiniæ: qui quando ex Cremona in Mutinenſium adjutorium exercitum duxit contra Bononienſes, *modicam requiem laſſis* militibus indulſit: ſed ut conſervit pugnam, exercitus idem victus eſt, Rexque captus, & in carceribus ad mortem uſque detentus (21). Cohortibus ergo Cæſaris opus erat reſtauratione virium: & hæc nonne ſpatium temporis requirebat?

(20) Cicero Tuſculana 2.

(21) Ricobald. Ferrarienſ Hiſtor. Imper. ap. eund. Murator. tom. 9. fol. 131.

15. Ex tot itaque, tantique motivis hucuſque recenſitis, juſtificata remanet prima Hypotheſis propoſita, quod Cæſar nocte digreſſus Ravennâ, non pervenit ad Rubiconem niſi manè orto jam ſole. Nec ipſum illico flumen pertranſivit, ſed poſt moram ſeptem, vel octo circiter horarum, jam ipſomet ſole ſe inclinante, ad occaſum, circa horam diei 22. vel 23. Ad quod flumen adhuc tranſmeandum opus fuit novo ſpatio temporis: quatenus equites tercenti debuerunt ſe tamdiù ſiſtere in medio aquarum, ut illarum impetum, & copiam cohiberent, atque imminuerent, quoad uſque inferius quinque millia peditum pertranſiſſent. Pedites quoque ipſi debuerunt calceamenta, tibialia, & femoralia prius deponere, ac deinde reſumere: ne tranſeuntes aquas induti, cogerentur pannis madidis contecti aſſiſtere concioni, noctem tranſigere, iter proſequi, onera ferre, atq. Ariminum expugnare. Concionem porro equitibus, & peditibus præfatis Cæſar habuit poſt Rubiconem trajectum. Solebantque ducis allocutioni *milites diſpoſiti non confusè, nec ut quiſque accurrerat, ſed per turmas, & manipulos intereſſe* (22). Suos antem Cæ-

ſar

(22) Juſt. Lipſius de Milit. Roman. lib. 4. Dialog. 9. fol. 191.

Digitized by Google

ſar gravi ſermone commonuit de fidelitate illi ſervanda, prout metricè ſuggerit Lucanus (23): & proſaicè quoque Svetonius his verbis: *Trajecto exercitu, adhibitis Tribunis plebis, qui pulſi ſupervenerant, pro concione fidem militum, flens, ac veſte à pectore diſciſſa, invocavit. Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis, quod accidit opinione falſa. Nam cum in alloquendo, exhortandoque, ſæpius digitum levæ manus oſtentans, affirmaret, ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, annulum quoque æquo animo detracturum ſibi; extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto ſuſcepit, quod viſu ſuſpicatur: promiſſumque jus annulorum cum millibus quadringentis fama diſtulit* (24).

(23) Vide ſupr. cap. 9. num. 2.

(24) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 31.

16. Allocutione completâ, ſimulque adveſperaſcente die: vel melius, jam ſole per horizontem ad inferius hemiſpherium tranſgreſſo: ſive, ut clarius canit Lucanus, *noctis tenebris*, & ejus Paraphraſtes Paulus Adrianus, *di notte oſcura*, iter arripuit verſus vicinum Ariminum, quem ſequenti mane occupavit *nondum illuceſcente die*, ut ait Plutarchus (25), vel *prima luce*, uti ſcribit Appianus (26). Nec res aliter eſſe potuit: quia cum Cæſar pervenerit ad Rubiconem ſub Aurora, ut ex adverſo ſupponitur, ſeu *ad lucem*: deinde oſtenta viderit, convocaverit Cohortes, tranſmeaverit flumen, & allocutionem habuerit ad milites, (quæ omnia tempus exigunt): demumque iter ſumpſerit verſus Ariminum *noctis tenebris*, ſive *di notte oſcura*; poſt vero Auroram eadem die non ſequatur *nox obſcura*, ſed clara dies, oportet neceſſario, quod perventio ad Rubiconẽ mane unius diei contigerit: & mane alterius diei ſubſequentis evenerit occupatio vicini Arimini. *Vicini*, non quia paucis paſſibus à Rubicone diſtaret; ſed quia propinquior erat urbs, & colonia, quæ occurreret Cæſari arma moventi contra patrium interdictum. Vel *vicini*, ſic dicti à

(25) Plutarch. in vit. Jul. Cæſar.

(26) Appian. Alexand. Belli Civil. lib. 2.

Lucano poeticè,atque ad commodũ ſui metri: eâ forma qua & alibi ab ipſo dictus fuit *junctus Iſapis Iſauro* (27): cum tamen hæc duo flumina inter ſe diſtent per 45. circiter mille paſſus. *Vicini* denique, non ſtrictè, ſed lato modo loquendo (28).

(27) Lucan. Pharſal. lib. 2. fol. 43.

(28) Vide infra cap. 20. num. 17.

17. Ly *noctis tenebris* ergo Lucani non referendum eſt ad intercapedinem brevem temporis excurrentis inter auroram, & ortum ſolis diei, ſubſequentis immediatè noctem, quâ Cæſar à Ravenna diſceſſit: (Hæc enim intercapedo non adequatè fuiſſet explicata per *noctis tenebris*, cum potius ſit initium diei) ſed referendum eſt exordio, & proſecutioni noctis, quæ ſubſecuta eſt diem mediate ſequentem: ideſt diem, quâ Cæſar poſt veſperas tranſgreſſus eſt Rubiconem. Ly quoque *prima luce* Appiani, & ly *nondum illuceſcente die* Plutarchi, non reſpondent intervallo temporis proximi ortui ſolis primi diei: (Nam ipſum intervallum non eſt *nondum eluceſcentia*, neque *prima lux*, propria ſolius auroræ; ſed eſt vera lux diei, & quidem admodum clara): reſpondent vero initio auroræ ſecundæ diei, ſubſequentis eundem tranſitum veſpertinum.

18. Indigebat autem Cæſar tempore nocturno ad aggrediendum iter clandeſtinè verſus Ariminum, ut poſſet clam corripere, atque inopinanter occupare, urbem illam, fortem ex ſe, ac validiorem etiam ex eo, quod ibi reſidebat Romanus Prætor cum aliquot militum Cohortibus, vel Centuriis (29): ad quam proinde ſi palam properaſſet, diurno tempore, vel illuceſcente jam die, irrito conſilio eam tentaſſet. Siquidem à longe detectus fuiſſet ipſius adventus: & ſulcris, ac peſſulo comunitis portis, tum præſidium militare, tum cives armis acceptis conatui ejuſmet Cæſaris reſtitiſſent. Ac ſicut quando Rambertus Malateſta, ſtipatus quingentis equitibus, totidemque peditibus, repentino acceſſu tentavit adoriri Ariminum; incolæ clauſis ja-

(29) Vincent. Cæſenas de Antiqu. Rubicon. ſect. 3. cap. 13. fol. 51.

januis, armiſque correptis ejuſdem ſpem fruſtraverunt (30); ſic & idem feciſſent, ac fortiſſimè reſtitiſſent, ſi die jam illuceſcente Cohortes Cæſaris advenire à longe vidiſſent: eo animoſius, quo hic Dux nec exercitum ſufficientem, neque machinas militares aptas habebat ad Coloniam ipſam viribus expugnandam.

(30) Scip. Claram. Hiſtor Cæſen. lib. 13. fol. 596.

19. Quorum omnium conſcius ipſe Cæſar, ſagaciſſime antequam Ravennâ diſcederet, *primum Centuriones*, inquit Appianus, *cum animoſis aliquot Ariminum præmiſit, juſſos repente urbem eam occupare, quæ Italicarum primo ſe offert, ex Gallia venientibus* (31) Præmiſit, inquam, eos, ut adhuc melius explicat Plutarchus, *abſque reliqua armatura ſolos tenentes gladios* (32): ut citra ſuſpicionis periculum ſternere ſibi poſſent aditum: ſive ingreſſum coadiuvare Cæſaris poſtmodum ſuperventuri tempore antelucano. Atque hinc factum eſt, ut Ariminenſes prius ingreſſum ſenſerint hoſtilem ipſiuſmet Cæſaris in eorum urbem, quam evigilaſſent, ac è cubilibus ſurrexiſſent. Unde Lucanus:

(31) Appian. Alexandr. loc. cit.

(32) Plutarch. in vita Jul. Cæſaris.

Vicinumque minax intravit Ariminum; ut ignes
Solis Lucifero fugiebant aſtra relicto &c.
Rapta quies populi, ſtratiſque excita juventus,
Diripiunt ſacris affixa pænatibus arma,
Quæ pax longa dabat &c. (33).

(33) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 20.

Proditoriam autem hanc invaſionem non potuiſſet Cæſar tutò complere, niſi greſſum illuc nocturno tempore direxiſſet. Nec urbem illam, finium Romanorum tutricem, valuiſſet extemporaneè, ac in momento temporis occupare; ſi eandem clauſam reperiſſet, ac propterea debuiſſet viribus militaribus eam expugnare.

20. Major igitur diſtantia Riconis, ſive Piſatelli, quam Luſi, ab Arimino; cauſa, & ratio ſufficiens non eſt; propter quã ipſimet Riconi deneganda ſit identitas antiqui Rubiconis, ut ad fluviũ Luſum improvidè transferatur, contra ſenſum univerſalem Scriptorum: &

contra vim tot rationum, quot ſuperius multipliciter allegavimus. Quam ob rem optimè probata viget, itidemque ſtat in ſuo robore Hypotheſis primo loco propoſita, quod *Cæſar ad Rubiconem non pervenit niſi exorto jam ſole diei ſuccedentis poſt noctem, qua digreſſus fuerat à Ravenna: eundemque fluvium pertranſivit adveſperaſcente ipſomet die: ac ſubſequenti mane invaſit Ariminum*.

CA-

CAPUT XI.

Eadem *Prima Objectio* diluitur, proponendo, & probandam aſſumendo *aliam Hypotheſim*.

SUMMARIUM.

1. *Roponitur* alia Hypotheſis, *exhibens id, quod potuit contigiſſe.*
2. *In hac ſupponimus, re vera Cæſarem perveniſſe ſub Auroram ad Rubiconem.*
3. *An intra tempus Crepuſculi matutini Cæſar potuerit à Ricone pervenire Ariminum.*
4. *Crepuſculum idem quantum duret? Rico quantum diſtet ab Arimino?*
5. *Locus in quo Cæſar, juxtà quoſdam, tranſivit Rubiconem, diſtat ab Arimino* 10. *circit. mille paſſibus.*
6. *Milites qualibet hora quatuor, citius incedendo, fere* 5. *mille paſſibus ambulabant.*
7. *Ambulatio, ſaltatio, natatio &c. ediſcebantur à militibus. Longa itinera facta brevi tempore.*
8. *Potuit Cæſar ſpatio* 2. *horarum à Rubicone Ariminum pervenire.*
9. *Magna ejus celeritas, & diſciplina in ambulando, & exercitum ducendo.*
10. *Mens ipſius erat, utendi celeritate, ac terrore, atque audacia.*
11. *Citato greſſu exercitus Cæſaris poterat* 10. *millia paſſuum binis horis explere.*
12. *Juxta ſecundam opinionem, Cæſar cum ſolis equitibus præivit verſus Ariminum.*
13. *Celeritas inceſſus à Lucano relata, equitibus, non autem peditibus adaptatur.*

Ce-

14. *Cæſar præmiſerat occultos milites, pro coadiuvanda occupatione Arimini.*
15. *Diſtantia inter Ariminum, & Riconem, non eſt cauſa negandi huic identitatem Rubiconis.*
16. *Hæc ſecunda Hypotheſis pro ſuis viribus valeat. Prima tamen firmior eſt.*
17. *Secunda eſt inconciliabilis cum verbis Appiani, & Plutarchi &c.*
18. *Niſi velimus, Cæſarem eodem tempore tranſiſſe Rubiconem, & occupaſse Ariminum.*

QUamvis primum Thema, ſeu prior Hypotheſis, propoſita, & firmiſſimè probata binis Capitibus anteactis, opinionem foveat magis veriſimilem, probabilem, & rationabilem, qua ſubvertitur tota vis primæ Objectionis: adeoque pro certa reputanda eſſe videatur; attamen ſi eadem alicui fortaſſe non placuerit; hic aliam nunc proponimus, & probandam aſſumimus item Hypotheſim, quæ erit ſecunda, ut eligat Lector quam maluerit, ſibique judicaverit magis gratam, & ſuo genio ſatisfacientem. Nos porro, minimè retrahentes animum à ſenſu, quo ferimur ad primam, non deſcendimus ad hanc ſecundam, niſi quodammodo repugnantèr: exhibendo dumtaxat id, quod exercitii literarii gratiâ, & induſtriâ ſolerti poſſe affirmari cenſemus: ita ut non ita eveniſſe quidem judicemus; at nihilominus in linea poſſibilitatis id valuerit contigiſſe.

2. Dicimus ergo per hanc ſecundam Hypotheſim, quod *Cæſar pervenit ad Rubiconem ſub Auroram diei, ſequentis immediatè veſperas, ſeu noctem, qua Ravennâ diſceſſit. Statimque* (nulla ſibi, & feſſo exercitui concesſâ morâ, viriumve reſtauratione) *fluvio illo, tunc imtumente, tranſgreſſo, prorogavit iter uſque ad Ariminum, quod occupavit circa ſolis exortum.* Reſiſtunt quidem huic themati multimoda illa motiva, inveri-

veriſimilitudines, & difficultates, quas recenſuimus in Hypotheſi præcedente, ratione progreſſus ipſius Ducis ab urbe Ravennæ uſque ad Rubiconem (1). Sed nihil officiunt; quoniam ab illa progreſſione nunc abſtrahimus, dato ei tranſeat: nec de ipſa diſputando, an qualis, quanta, & quomodo fuerit; ſed ſupponendo, ut certum, quod re vera Cæſar ad ſæpefatum flumen pervenerit ſub Auroram.

(1) Vide ſupra cap. 9. à num. 5. ad 8.

3. Præſcindimus quoque à rationibus itidem ſupra propoſitis, & ſuadentibus, diſceſſum à Rubicone verſus Ariminum, non contigiſſe matutino, ſed veſpertino tempore (2) quoniam alioquim præſens Hypotheſis deſtrueretur: & ſic non in ſenſu compoſito cum illis, ſed in ſenſu diviſo loquimur: cardinemque difficultatis reducimus ad unicum hunc articulum: An Cæſar potuerit intra periodum illius temporis, quod ab initio Auroræ, uſque ad orientem Solem excurrit, à Ricone, ſeu Piſatello pervenire uſque ad Ariminum, hancque Urbem hoſtiliter occupare: atque adeo magnum opus aggredi, & perficere, intra ſolum breve tempus Crepuſculi matutini.

(2) Vide ſupra cap 9. & 10.

4. Quod ſanè Crepuſculum matutinum, ſecundum Aſtronomos, proprio nomine Aurora vocatum, ſignificat ſpatium temporis decurrentis à diſtantia Solis adhuc depreſſi ſub horizonte per 18. gradus; ad uſque illius apparitionem in ſuperiori hemiſpherio (3). Hæcque diſtantia juxta omnes tabulas Aſtronomicas, in medio menſis, quo tranſitus Rubiconis contigit, abſumitur ſpatio unius horæ cum tribus quadrantibus. Sciendum eſt hic pariter, quod Rico, ſive Piſatellus fluvius, à loco, ubi viam Emiliam interſecat, diſtat ab Arimino per 18. mille paſſus. At ab ejus ora maritima, quæ tametſi nunc appropriet fluvio Sabiniano, longe à primævo loco per 3. mille paſſus; tamen antiquitus ad Portum Cæſenaticum habebat oſtium (4); non diſtat niſi per 14. milliaria: uti conſtat ex Itinerario Hieroſolymita-

(3) Hieron. Vital. Lexicon. mathemat. V. Crepuſculum.

(4) Vide ſupra cap. 6. à num. 1. ad 13.

Digitized by Google

mitano, per Lucam Holſtenium allegato: quod à loco *ad Novas*, (ubi eſt modo Portus Cæſenaticus) ad uſque Ariminum, ſignat quatuordecim mille paſſus (5).

(5) Ubicola fol. 3. poſt Villan. Ariminen. Rubico.

5. Quoniam vero Cæſar non tranſivit Rubiconem propius ad littus marinum, ſed introrſus via mediterranea, ut dictum eſt (6). Et juxta probabilem opinionem Scipionis Claramontii (7) ac Vincentii Cæſenatis (8) tranſivit illum circa villam Ruffiii; hinc fit quod uterque hic Auctor conſiderant, locum tranſitus uti magis orientalem, quam eſſet antiquum oſtium Rubiconis, neutiquam diſtare ab Arimino, niſi decem circiter mille paſſibus. Diſcutiendum eſt igitur, utrum idem Dux, Cæſar inquam, potuerit ſpatium iſtud viæ intra breve curriculum unius horæ cum tribus quadrantibus Crepuſculi matutini, unà cum ſuis Cohortibus permeare. Crepuſculo addere fas eſt etiam aliam quartam partem horæ, præcedentem Auroræ; quatenus ex oppoſito aſſeveratur, Cæſarem non perveniſſe ad Rubiconem Aurora jam apparente, ſed ſub Auroram, quod profectò eſt capax admittere breve ſpatium quadrantis horæ præcedentis.

(6) Vide ſupra cap. 8. num. 23. & cap. 14. n. 18. cap. 15. n. 16.

(7) Scip Claram. Hiſt. Cæſen. Apparat. par. 2. f. 39.

(8) Vincent. Cæſen. de Rubic. antiqu. ſect. 3. cap. 13. fol. 88.

6. Itaque aſſerimus, ipſummet Ducem potuiſſe intra periodum duarum horarum, & etiam unius horæ cum tribus quadrantibus, à Ricone, ſive Piſatello uſque ad Ariminum proficiſci, ut eam urbem hoſtiliter occuparet (9). Quandoquidem *ambulare celeriter, & æqualiter docebantur milites Romani: ita ut militari gradu viginti millia paſſuum, horis quinque dumtaxat æſtivis, conficerent. Pleno autem gradu, qui citatior erat, totidem horis viginti quatuor millia paſſuum peragraſſe auctor eſt Vegetius*. Ita Ciaconius (10). At ex ipſo Vegetio alia gravis eſt circumſtantia notanda: inquit enim, pedites adſuetos fuiſſe *pondus bajulare uſque ad ſexaginta libras, & iter facere gradu militari* (11): quo, item explicat, conſueviſſe confici *horis quinque æſtivis, viginti millia paſſuum*.

(9) Claram. loc. cit. fol. 41.

(10) Alphonſ. Ciacon. in Columna Trajan. n. 160.

(11) Vegetius lib. 1. cap. 19.

Am-

Digitized by Google

7. Ambulatio certè una erat ſpecies bellicorum exercitiorum, quæ milites ediſcebant, uti & decurſio, ſaltatio, atque natatio (12). De Philippo Macedonum rege refertur, quod una die ſexaginta milliarium iter explevit (13). Legitur itidem de rege Anglorum Henrico II. quod *una die quatuor, aut quinque dietas excurrebat, ſi opus eſſet* (14). Claudius Nero Conſul ex Apulia uſque ad Galliam Ciſalpinam, una cum exercitu, ſolo ſex dierum curriculo permeavit (15). Arioviſtus habebat pedites quoſdam, qui, *ſi quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati, curſum adæquarent* (16). Et individuè de rebus Cæſaris eloquendo; ipſe bello Africo, *tertia vigilia egreſſus ab Agar, ſedecim millia paſſuum nocte progreſſus, ad Thapſum caſtra poſuit*: ac alia vice, bello Gallico incumbens, longiſſimi ſpatium itineris confecit à media nocte ad diei alterius initium (17).

8. Si igitur celeritas militum depoſcebat, ut viginti mille paſſus quinque horis dumtaxat ordinario greſſu complerent: & magis citato inceſſu etiam viginti quatuor millia devorarent (18); non fuit impoſſibile, quod Cæſar una cum ſuis Cohortibus, intra duarum circiter horarum ſpatium, intermedia Riconi, ſeu Piſatello uſque ad Ariminum, item circiter decem millia paſſuum, citato gradu valuerit ſuperare. Maximè in circumſtantiis rerum, concomitantibus hanc actionem: & Ducis ſtrenuiſſimi eam dirigentis: & exercitus vivaciſſimi eandem operaturi: & animoſitatis utrorumque, ad aggrediendum quodcumque opus magis arduum paratiſſimæ: Denique celeritatem in ſingulis mox pugnaturis augente, hinc ſpè prædæ, inde expectatione victoriæ.

9. His adde ipſius Principis auctoritatem, diligentiam, & diſciplinam, qua res bellicas moderabatur tam quoad sè, quam quoad alios, ſub ſuis vexilis mi-

T litiæ

(12) Juſtus Lipſius de milit. Roman. lib. 5. Dial. 14.

(13) Franc. Pipin. Chron. lib. 1. cap. 24.

(14) Titus Livius hiſtor. lib. 27.

(15) Petav. Rationar. tempor. par. 1. lib. 4. cap. 2.

(16) Cæſar. de Bello Gallic. lib. 1. fol. 26.

(17) Juſt. Lipſius ubi ſupr. libr. 5. Dial. 11.

(18) Idem ubi ſupra lib. 5 Dial. 11. & 14. fol. 289. & 308.

Digitized by Google

litiæ operam dantes. Nam quo ad sè, referente Svetonio, *longiſſimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda centena paſſuum millia in ſingulos dies: ſi flumina morabantur nando traiiciens, vel innixus inflatis utribus: ut per ſæpe nuntios de sè prævenerit* (19). Quoad milites vero, & exercitum, erat exactor *graviſſimus diſciplinæ, ut neque itineris, neque prælii tempus denunciaret: ſed paratum, & intentum momentis omnibus quo vellet ſubito adduceret. Quod etiam ſine cauſa plerumque faciebat, præcipuè pluviis, & feſtis diebus. Ac ſubinde obſervandum ſe admonens, repente interdiu, vel nocte ſubtrahebat: augebatque iter, ut ſerius ſubſequentes defatigaret* (20).

(19) Sveton. in vita Jul. Cæſar. cap. 57.

(20) Idem loco citat. cap. 65.

10. Itidem adde, quod pro primo ſuæ mentis intento in irruptione hoſtili trans Rubiconem, Cæſar ſibi propoſuerat magna uti celeritate, ad tam arduum auſum perducendum feliciter ad effectum; idque deduci valet ex Appiano Alexandrino ſcribente (21) *ſolitus celeritate, ac terrore, audaciaque magis uti, quam apparatibus; ſtatuit cum quinque ſuorum millibus tam magnum bellum prior aggredi.* (Nota quod celeritas hìc non percutit progreſſionem à Ravenna ad Rubiconem; ſed inchoationem belli ſubſecuturi tranſitum ipſius fluminis, uti violativum finium provinciæ Gallicæ). Conſonat & Plutarchus: qui de præfato Cæſare minimè diſſimilia recenſet, inquiens: *Cumque ad earum rerum initium, ac impetum, quas moliebatur, haud impræſentiarum magna opus eſſe manu cerneret, quin terrore potius, & audacia, & temporis celeritate, ſuſcipiendam rem eſſe, ut qui pavorem citius, quam ullam afferre vim poſſe crederetur &c.* occupationem Arimini aggreſſus eſt (22).

(21) Appian. Alexandr. Belli civil. lib. 2. num. margin. 449.

(22) Plutarch. in vit. Jul. Cæſar.

11. Adeò ſolertem igitur, & expeditum Ducem, qui præcipuam ſpem id implendi, quod animo conceperat, pro tam ardui ſimul, ac perículoſi auſus felici ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſu fiducialiter collocaverat in celeritate inchoandi bellum, poſt limitem ſuæ provinciæ tranſgreſſum, in tranſitu Rubiconis; quis ambigat, an ſe pariter, ac exercitum ſollicitare aptus eſſet ad iter ab ipſo Rubicone uſque Ariminum feſtinato greſſu complendum? Quis revocet in dubium, num totum agmen illud militare, ſic ut ſupra promptum, & expeditum, tantundemque vivax, & animoſum, potuerit, à loco ubi Riconem, ſeu Piſatellum tranſivit, ad uſque Ariminum, iter decem circiter milliarium binis dumtaxat horis complere? Si per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, Romani milites citato inceſſu ſolebant viginti quatuor millia paſſuum quinque horarum ſpatio permeare; numquid non potuit exercitus Cæſaris, urgente neceſſitate majoris adhuc celeritatis adhibendæ, per geminatas horas decem circiter millia paſſuum (& etiam duodecim, ſi totidem fuiſſent) viriliter ſuperare?

12. Juxta primam igitur opinionem, aſſerentem, quod Cæſar tranſivit Rubiconem circa villam Ruffii; nulla videtur eſſe difficultas, quin potuerit inde cum toto ſuo exercitu, intra periodum crepuſculi matutini Ariminum pervenire. Juxta vero ſecundam opinionem, affirmantem, quod Rubiconem tranſierit ad Pontem ejuſdem fluvii, nectentem viam Emiliam, & ab Arimino diſtantem 18. mille paſſibus; nulla itidem occurret diſcrepantia, ſi dicatur, Cæſarem tranſmiſſo Rubicone (ac & relictis poſt ſe Cohortibus, ut itinere pedeſtri, citato tamen, eum ſequerentur); feſtinatiſſimo inceſſu cum ſolis equitibus anteiſſe ad invadendum Ariminum, quod nil tale ſibi metuens, invenerit ad reſiſtentiam imparatum.

13. Gratis hoc non aſſeritur, ſed optimè deducitur tum ex Plutarcho, referente, quod Cæſar trajecto Rubicone *advolans Ariminum ingreſſus occupavit* illud. Tum ex Lucano, de ipſomet Cæſare, cantitante, quod Rubicone tranſgreſſo:

Impiger, & torto Balearis verbere fundæ
Ocyor, & miſsà Parthi poſt terga ſagittà
Vicinumque minax intravit Ariminum &c. (23).

(23) Lucan Pharſal. lib. 1. fol. 20.

Quæ ſanè tam ingens velocitas volatui ſimilis, eſt adaptabilis quidem curſui equitum, at non peditum ambulationi, tametſi feſtinatæ. Porro equites, calcaribus opportuno tempore utentes, poſſe binarum horarum ſpatio, iter duo de viginti mille paſſuum devorare, à veriſimili non aberrat. Et hoc eo libentius, quo tum equitantes ad terminum localem præmeditati operis properabant: tum equi, curſu peracto, erant apud eundem locum, & pauſam, & pabulum habituri.

14. Quod item Cæſar plena fiducia potuerit aggredi Ariminum (imparatum, nec ſibi de invaſione caventem) ſolis equitibus aſſociatus, nefas eſt dubitare; quoniam cito erant illuc ſuperventuræ Cohortes, quæ vires invaſoris auxiſſent, & civitatem ipſam, ſi fortè reſiſteret, ad obedientiam redegiſſent. Accedit quod Cæſar, ut ſupra innuimus, antequam Ravenna diſcederet, magna ſagacitate occultos *Centuriones cum animoſis aliquot Ariminum præmiſit pacato habitu, juſſos repente urbem eam occupare*. Sic Appianus Alexandrinus (24). Cui conſenſit Plutarchus, inquiens: *Duces, & Centuriones abſque reliqua armatura, ſolos tenentes gladios præmiſit, qui Ariminum extra Galliam civitatem occuparent, à cædibus, & tumultu quam maximè poſſent abſtinentes* (25). Cujus ſecreti conſcius Cæſar; ſciebat quoque, ſe, etiam cum ſolis ſuis aſſeclis equitibus eſſe ſatis ad aggrediendam exterius occupationem, quam ſui Centuriones, & milites erant interius adiuturi: ac mox ſuperventuræ quoque Cohortes erant ſi foret opus roboraturæ.

(24) Appianus loc. cit.

(25) Plutarchus ubi ſupr.

15. Diſtantia igitur occurrens inter Ariminum, & Riconem, ſeu Piſatellum, non eſt idonea cauſa, propter quam huic flumini detrehenda ſit identitas Rubiconis antiqui, limitem facientis inter Italiam Roma-

nam

Digitized by Google

nam, & Galliam Ciſalpinam, atque à Cæſare, contra interdictum Quiritum, hoſtiliter pertranſiti; vera, & certa, inquam, ſubtrahatur identitas eidem fluvio tot Rationibus, ac Scriptorum auctoritatibus aſſignata; ut ſuperintrudatur fluvio Luſo: quem nullus, vel penè nullus Antiquorum, imo & nec Recentiorum, ſaltem qui Riconis jura ſcrutatus fuerit funditus, & attentè (ſi pauculos fautores Luſi, ac præſertim ex Arimino excipias, & quidem non in omnibus concordes, neque ſemper in eodem dicto conſtantes) pro vero Rubicone trajeto à ſæpeſato Duce, cognovit.

16. Hanc autem ſecundam Hypotheſim, nos nec inconcuſsè approbamus, nec etiam è converſo totaliter improbamus: ſed prorſus in ſuo eſſe relinquimus, ut valeat quantum propriæ illius vires expoſcunt: illudque ſortiatur pondus, quod apud Eruditorum mentem inveniet. Eam etenim in ſola linea poſſibilitatis propoſuimus, ad captandam Lectorum gratiam: ut per hanc ſecundam ſibi ſufficienter ſatisfactum agnoſcant, quotquot fortaſſe continget de prima integram complacentiam non fovere. Nam in reliquis, nos ipſi primæ Hypotheſi duximus adhærendum, tamquam firmiori, & validioribus viribus conſtipatæ, ſimulque conſentaneæ methodo, qua ſecundum prudentem, regularem, & bene ordinatum agendi modum, practicè ſolebant olim, & ſolent quoque modo, imò debent militaria opera expleri. Huic inquam, adhæremus: meliori nihilominus Peritorum judicio ſemper ſalvo, ſi melioribus motivis innitatur, & rationibus fortioribus comprobetur.

17. Et hoc quidem eo libentiùs, quo quanto magis examinamus, & perſcrutamur iſtam ſecundam Hypotheſim, tanto magis ea videtur inveriſimilis: quia tranſitus Rubiconis, & occupatio Arimini uno, & eodem ipſomet die, inconciliabilis eſt cum verbis Appiani, ac multo magis cum illis Plutarchi. Si quidem Appia-

pianus dicit; quod Cæſar occupavit Ariminum *prima luce* (26). Plutarchus vero tradit, illum occupaſſe, *nondum illuceſcente die* (27). Hæc autem verba, *prima luce*: & pariter, *nondum illuceſcente die*, nec ſignificant, nec per vim trahi poſſunt, aut debent, ad ſignificandum Solis ortum, ſive circa ipſum ortum: ſed in rei veritate ſignificant Auroram, quæ eſt *prima lux*, ſeu *illuceſcentiæ* initium. Adeoque oportet, quod Cæſar occupaverit Ariminum, non orto jam Sole, nec circa Solis ortum; ſed ſub initio Auroræ.

(26) Appian. Alexandr. loco citat.

(27) Plutarch. ubi ſupra.

18. Quo fit ut inter tranſitum fluvii Rubiconis, & occupationem Arimini, non decurrerint duæ, nec una hora crepuſculi matutini. Sed cum Cæſaris diſceſſum à Rubicone ſupponatur contigiſſe circa Auroram: & ipſe vi verborum Appiani, ac Plutarchi, occupaverit Ariminum ſub Auroram; neceſſe eſt concludere, quod tranſitus Rubiconis contigit manè diluculo unius diei; & occupatio Arimini evenit manè diluculo alterius diei ſubſequentis. Niſi velimus admittere immane portentum, quod Cæſar cum exercitu ſuo, eodem temporis momento tranſiverit Rubiconem, & occupaverit Ariminum, inde per 10. vel 18. mille paſſus, pro viarum diverſitate, diſtans. Portentum, quod ſecundum dogmata Philoſophica, naturaliter, adæquatè, ac circumſcriptivè, tota ſchola Thomiſtarum negat potuiſſe contingere: tametſi Scotiſtæ ſententiam oppoſitam, in circumſtantiis miraculi, tueantur. Sed aliud eſt ſpeculativè, ac ſupernaturaliter potuiſſe contingere; aliud eſt ita naturaliter, & practicè contigiſſe.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XII.

Occurritur *quinque* aliis Objectionibus, detrahentibus *Riconi*, ſive Piſatello identitatem antiqui Rubiconis.

SUMMARIUM.

1. SEcunda Objectio *repoſcitur ex eo, quod Juſſio Rubiconiana ſit habenda pro apocrypha.*
2. *Negatur ſuppoſitum, quod Riconis defenſores innitantur ipſimet Juſſioni.*
3. *Scriptores Cæſenates ab eadem Juſſione non deſumunt identitatem, do qua eſt ſermo.*
4. *Ita proteſtantur apertè Scipio Claramontius, & Vincentius Cæſenas.*
5. *Identitas Rubiconis cum Ricone non dependet à veracitate prædictæ Juſſionis.*
6. *Quæ tametſi nunquam fuiſſet à parte rei; adhuc identitas ipſa ſubſiſteret.*
7. *Errat Coronellus circa idem ſuppoſitum, & circa ſitum localem Juſſionis.*
8. *Defenſores Riconis non fundant ſuam intentionem ſuper Juſſione Rubiconiana.*
9. Tertia Objectio *ex Coronello, quod plures Scriptores faveant Luſo, quam Riconi.*
10. *Quodque Cæſar parum hæſerit: equo tranſierit Rubiconem: & de illius Dictatura.*
11. *Ex Coronelli contextu innoteſcit, illum non vidiſſe plura quædam, de quibus loquitur.*
12. *Non plures Auctores favent Luſo, ſed admodum pauci, rerum non benè conſcii.*
13. *Clementinus, & Porta ſic loquuntur, ut excludant identitatem Rubiconis à Luſo.*

Anto-

14. *Antonius Cerrus idem ſentit. Antiquiores Ariminenſes Rubiconem in Piſatello agnoſcebant.*
15. *Etiam Jacobus Villanius fatetur, id ex ſcripturis antiquis deprehendi.*
16. *Luſus non fluit inter Mariculam, & Butrium. Rico an ſit Torrens infra videbitur.*
17. *Errat Coronellus quoad initium, & curſum fluvii Luſi, cui favet.*
18. *In Juſſione Rubiconiana non exprimuntur* Dictatores. *Cæſar* diu *hæſit apud Rubiconem.*
19. *Nec equitando, ſed rheda vactus illuc acceſſit: Et eodem modo per Pontem tranſivit.*
20. Quarta Objectio *de Academia Ariminenſi aggregata Arcadicæ, ſub titulo* Coloniæ Rubiconæ.
21. *Academias privatas erigere cuique liberum eſt: & hæ ſunt utiles.*
22. *Innuuntur tituli plurium Academiarum, quæ per diverſas Italiæ urbes exiſtunt.*
23. *Non fuit facta diſcuſſio, an titulus* Coloniæ Rubiconæ *competens eſſet, an non?*
24. *Judices, & Principes attribuendo alicui titulum indebitum, non illum approbant.*
25. *Enunciativa unica, & incidenter facta, nou probat enunciatum.*
26. *Titulus præfatus non præjudicat Riconi, cujus defenſores non fuerunt auditi.*
27. Quinta Objectio *ex Tabula Geographica Philippi Titi, qui Luſo dat nomen Rubiconis.*
28. *Auctor hic non delineavit Romandiolam ut eſt, ſed ut ipſe cenſuit, vel voluit eam eſſe.*
29. *Inſubſiſtentiæ plurium rerum innuuntur, in eadem Tabula deſcriptarum.*
30. *Octo Tabulæ Geographicæ primariæ Provinciam Romandiolæ referentes itidem innuuntur.*
31. *Ab his Tabula Titana diſcordat quoad flumina intermedia Cæſenæ, ac Arimino.*

Qui-

Digitized by Google

32. *Quibus detrahit nomina propria, & attribuit nomina incompetentia.*
33. *Tranſfert nomina* Rubiconis, Luſi, *&* Apruſæ, *de ſuis fluviis ad alios.*
34. *Tabula Titana non eſt apta ſubtrahere Riconi antiqui Rubiconis identitatem.*
35. Sexta Objectio *ex Petro Maria Kavina in ſua Faventia Rediviva.*
36. *Is Auctor deſtruere nititur jura honorifica plurium Civitatum Romandiolæ.*
37. *Rubico à Strabone ponitur propinquus Cæſenæ, juxta vulgatam ejus verſionem.*
38. *Kavina contempta verſione hac, aliam ex ſe ipſo comminiſcitur.*
39. *Quà ſubvertit verba ipſiuſmet Strabonis, eaque tranſfert ad alium ſenſum.*
40. *Ob magnam diſtantiam non potuit Ariminum connectere Cæſenam, & Faventiam.*

S*Ecunda Objectio*, quæ adverſus *Riconem*, ſive Piſatellum fluvium proponitur, in eo conſiſtit, quod eatenus per defenſores ſuos illi adſcrabitur vera, & formalis identitas antiqui Rubiconis (quem Cæſar contra Patriæ Reipublicæ interdictum hoſtiliter pertranſivit) quatenus in ejus margine reperitur Columella, continens Edictum, ſeu Senatus Conſultum, ſive Juſſionem, qua vetabatur cunctis arma tractantibus, ne Rubiconem auderent militari forma, & inſultu bellico pertranſire. Sed hoc Edictum, ſive Juſſio, inquiunt Contradictores, apocrypha eſt, & ſuppoſititia, imo falſa, & uti talis ab antiquariæ rei peritis communiter reputatur. Ergo etiam falſum eſt, quod Rico, ſive Piſalellus ſit verus Rubico Antiquorum. Et per conſequens identitas hujus poſtremi fluvii, attribuenda non eſt fluvio *Riconi*, ſeu Piſatello, ſed *Luſo*.

2. ℟. An Edictum, ſive Juſſio apud Riconem, alias

Digitized by Google

piſatellum exiſtens, cunctis manifeſta, & oculis patens, apocrypha ſit, & ſuppoſititia, imo falſa, & adulterina; vel potius genuina, germana, legitima, ſincera, & verax; non eſt hic opportunitas diſcutiendi. Negotium iſtud inferiùs magis ex propoſito dilucidabitur (1). Interim vero negatur ſuppoſitum: nempe quod intantum defenſores Riconis, ſive Piſatelli ſuſtineant, hunc eſſe verum, & identicum Rubiconem Antiquorum; inquantum in ejus ripa reperitur erectum Edictum, & Juſſio præfata. Nam, quoad Geographos, Hiſtoricos, & Eruditos extraneos, Italos, Gallos, Hiſpanos, Teutonicos, Anglos, Belgas ipſimet Riconi faventes; nullus eorum, quod ſciamus, fundat ſuam intentionem ſuper memorato Edicto, ſive Juſſione: ſed ſuper aliis motivis, & rationibus, toto cælo ab ipſa diſtantibus.

(1) Vide infra à cap. 22.

3. Quo vero ad Scriptores Cæſenates; nedum ipſi non huic inhærent qualicumque fundamento; ſed imo expreſsè proteſtantur, ſe pro Ricone, ſive Piſatello ſentire independenter ab illo. Et quod ſive Juſſio præfata ſit genuina, germana, & verax; ſive ſit apocrypha, ſuppoſititia, & etiam falſa, hoc nihil facit ad præſentem articulum. Itaut, etiam præſcindendo à ſubſiſtentia veraci ejuſdem Juſſionis, & Edicti; ac imò tametſi hæc Juſſio, & Edictum, nunquam ibi ſcriptum, nunquam appoſitum, nunquam fuiſſet à parte rei conſtitutum; adhuc tamen ex multimodis rationibus, evincitur, identitatem antiqui Rubiconis competere ipſimet Piſatello, ſeu *Riconi*, & nullatenus pertinere ad fluvium *Luſum*. Ita Scipio Claramontius, necnon ſtremuus ejus defenſor Vincentius Cæſenas apertè, trabalibusque literis, animum ſuum declarant: *Nihil ad diſputationem de nomine Rubiconis facit digreſſio ad veritatem Edicti, aut falſitatem aliquid: verum nos ex Edicti veritate non arguimus, ut jam proteſtatus ſum* (2).

(2) Vincent. Cæſenas de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 11.

4. Proteſtatus eſt inquam (retundendo dicteria, quæ protulerat Jacobus Villanius, acerrimus Riconis impu-

impugnator) hoc modo : *Primam ergo rationem ex Edicto in ripa fluminis erecto aggreditur, eique prolixe reſpondet: quaſi Claramontius, & Cæſenates illi plurimum innitantur, indeque rationem ille deduxerit. At vero non pro ratione attulit, ſed pro deſcriptione, & narratione tantum. Non enim fugiebat hominem plurimæ lectionis, eſſe qui de veritate Edicti ambigerent: ut non fuerit neceſſe immiſcere ambiguam rationem tot manifeſtis Scriptorum teſtimoniis. Verba ejus ſunt*: In ripa fluminis, Cæſenam verſus, in via ipſa Æmilia, Columella erecta, illique impoſita tabula marmorea, in qua ſequens Juſſio, vetuſto ſcripta charactere legitur ab uſque Blondi temporibus &c. *Nulla inde à Claramontio ratio texitur, nullaque inde legitur illatio &c.* (3).

(3) Idem loc. cit. ſect. 3. cap. 4. fol. 44.

5. Itaque nos aliorum Cæſenatum veſtigiis inhærentes, non reiicimus, ſi quę ratio ex præfato Edicto favore Riconis, ſive Piſatelli, deduci valeat; ſed aſſerimus, quod quæſtio de identitate ipſiuſmet fluvii cum antiquo Rubicone, ut in ſe, nullam habet dependentiam ab Edicto, ſive Juſſione Rubiconiana: & multo minus ab articulo, quo in dubium revocatur, num iſta ſit legitima, vel ſpuria: ſincera, vel conficta: genuina, vel ſuppoſititia: germana, vel apocrypha: vera, vel falſa. Edictum ſanè illud nulla neceſſaria relatione tangit identitatem Rubiconis:nec primum connectitur indiſſolubiliter cum ſecundò, quantum ad id, circa quod præſens Objectio verſatur.

6. Addimus & quod rationes, atque motiva, ipſimet Riconi, ſive Piſatello faventia, non ſunt adeo imbecillia,neque quaſſata, ut pro illis fulciendis, huic fundamento indigeamus inniti. Quamobrem conſtanter dicimus, ac repetimus, quod tametſi Edictum, & Juſſio Rubiconiana, nunquam à parte rei fuiſſet: etiam ſi Romana Reſpublica de illo ad Rubiconis marginem affigendo numquam cogitaſſet: quamvis marmorarius ipſius elaborator nunquam illud ſuo ſcalpro attigiſſet;

Digitized by Google

adhuc verum eſſet, fuit, & eſt, quod identitas antiqui Rubiconis, à Cæſare hoſtiliter tranſmeati, competit abſolute fluvio ſæpefato *Riconi*, ſeu Piſatello, non vero fluvio, qui dicitur *Luſus*, propter innumeras rationes in præſenti ſyntagmate recenſitas. Et idcirco hæc ſecunda Objectio prorſus corruit, una cum ſuo ſuppoſito, quod involuit.

7. Corruit & quod nuper de iſta controverſia dictitavit Vincentius Coronellus recens Geographus, inquiens in ſuo Athlante Veneto: *Molti credono, che il Piſatello, ſia il Rubicone, fondando la loro opinione ſopra il ritrovarſi eretto alla ſponda di quello verſo il Butrio fra Ceſena, e Savignano, quell'antico Editto, che vietava alli Condottieri degl'Eſerciti Romani il paſſarlo armati. E ciò procura di ſoſtenere Claramontio con molte ragioni* (4). Nos damus honorem debitum Coronello, ſed veritate ſic poſcente, dicimus, illum hallucinatum talia ſcripſiſſe: ac forte nec etiam Edictum ipſum vidiſſe, neque ſciviſſe in quonam loco ſit poſitum. Siquidem illud non ſitum exiſtit ultra Riconem à parte orientali, verſus Butrium, & Sabinianum, (ut ipſe aſſerit erroneè) ſed citra, & à parte occidentali verſus Cæſenam, ut omnibus innoteſcit. Qui ſi nec vidit, neque ſcivit ubinam reperiatur Edictum præfatum; ecquod nam rectum judicium de illo, & ejus effectibus dare potuit?

(4) Coronel. Atlante Veneto to. 1. Idrografia fol. 94.

8. Nec itidem ſubbſtit, id quod ipſemet Coronellus aſſeverat, de Scriptoribus, favorabile ſuffragium Riconi præſtantibus: nimirum eos dicti fluminis cauſam fovere innixos Edicto, ſeu Juſſioni præfatæ. Hoc enim gratis aſſeritur, ut ex lectura ipſorum Scriptorum conſtat. Et quantum ad Scipionem Claramontium, is equidem narrativè, atque deſcriptivè memorat recenſitum Edictum, ſive Juſſionem; at eo neutiquam utitur pro ratione. Imo illius nomine Vincentius Cæſenas, ut diximus, proteſtatur, nunquam ejus mentem collimaſſe

illuc

Digitized by Google

illuc, ut velut fundamentum ſuæ ſententiæ adhiberet auctoritatem, qualiſcumque illa ſit, ejuſmet Edicti. Quo fit, ut liceat rationabiliter ſuſpicari, Coronellum neque oculis percurriſſe ſcripta Claramontii: neque legiſſe apologiam, quam ad illius defenſionem doctiſſime concinnavit idem Vincentius Cæſenas: ut ex ejus verbis patet paulo ſuperius recenſitis. Quid ergo de ſenſu Claramontii loquitur; ſi eum minimè legit?

9. *Tertia Objectio* procedit hoc modo: ſive proponitur verbis antefati Coronelli: qui poſt conteſtationem de *multis* faventibus Riconi, ſive Piſatello, immediatè ſubdit: *Altri però, & in maggior numero, riferiti da Giacomo Villani nel ſuo trattato de Ariminenſi Rubicone, affermano, che il fiume Luſo ſia l'antico celebre Rubicone. Mentre queſto havendo la ſua ſorgente trà la Serra, e Perticara, ſcorre direttamente in mare frà il Marecchia, ed il Butrio, come appunto riferiſcono Svetonio, Plinio, & altri claſſici Autori. Ma al contrario il Piſatello è più torrente, che fiume, e ſi perde nel Butrio. Ne repugna à ciò l'eſſerſi fatta dal Cardinal Litta nobilmente riſtaurare in quel luogo la ſudetta Iſcrittione, che imponeva ai Conſoli, e Dittatori Romani, di ivi deporre l'armi, e l'inſegne Conſolari, in pena d'eſſere dichiarati nemici della patria.*

10. Quibus dictis adjungit. *Onde ſi trattenne, benche brevemente irreſoluto Giulio Ceſare ſopra le ſue ſponde, all'hora che ritornando dalle Gallie, ed havendo ſtabilita nel ſuo animo la Monarchia; al fine con l'espreſſione feroce di Aut Cæſar, aut nihil; ſpronato il Cavallo, paſsò alla teſta del ſuo eſercito à farſi dichiarare perpetuo Dittatore in Roma. Ne volendo noi laſciare mancante queſta noſtra Opera di notitia così famoſa, l'eſponiamo nel modo ſteſſo, come hora ſi vede riſtabilita.* Huc uſque Coronellus (5): loquens non gravi, & cordato ſermone, ſed eâ inſulſa, perturbatâ, & confuſa rerum, atque verborum ſerie, qua homines vulgares con-

(5) Idem Coronel. ubi ſupra.

Digitized by Google

contra Riconem aſſueti ſunt debacchari : velut *non intelligentes neque quæ loquuntur , neque de quibus affirmant* (6) .

(6) 1. Timot. cap. 1. num 7.

11. ℞. Ex toto contextu Coronelli conſtare , hunc Scriptorem non legiſſe Scipionem Claramontium , neque Jacobum Villanium , quos memorat , unum prò , & alterum contrà Piſatellum . Neque Plinium , neque Svetonium , neque claſſicos illos Auctores , quos innuit ſuppreſso nomine . Itidem nec oculis perluſtraſse Inſcriptionem Rubiconianam , quam inſeruit ſuo Athlanti Veneto ab Originali difformem . Neque demum vidiſſe fluvios Luſum , Butrium, atque Riconem , ſive Piſatellum . Quandoquidem ſi has res legiſset , ac reſpectivè vidiſſet ; non ea veroſimiliter protuliſſet , quibus ſuam lucubrationem inſperſit . Quod *multi* Scriptores calculum proprii aſſenſus conferant ſententiæ attribuenti fluvio Riconi eſſentiam , & identitatem antiqui Rubiconis ; hoc eſt veriſſimum . Et ſanè multos adducit Claramontius , exprimens etiam eorum verba (7) . Multos exhibet quoque Vincentius Cæſenas (8) . Et multo majorem eorum numerum nos adduximus ſuo loco (9) .

(7) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par.2.
(8) Vincent. Cæſen. de Rubicon. Antiqu. ſect. 1. cap. 2.
(9) Vide hic ſupr. cap.3. & 4.

12. Sed quod alii in *numero majori* , referantur *à Jacobo Villanio* , denegantes Riconi præfatam identitatem ; hoc non uno , ſed ex duplici capite falſum eſt . *Primo* enim falſum eſt , quod in toto Literatorum cætu tot Auctores reperiantur , qui Riconem impugnaverint faventes *Luſo* , ut *in majori numero* ſint , quam alii adhærentes ipſi Riconi . Hocque ſi quis cum Coronello affirmare voluerit ; ſe ſciet curâ oneratum , exhibendi prolixum elenchum hujuſmodi tot Auctorum , ſi eundem poterit concinnare . *Secundo* falſum eſt , quod Jacobus Villanius in ſuo libro , cui titulus , Ariminenſis Rubicon , retulerit Auctores , *in majori numero* , attribuentes antiqui Rubiconis identitatem fluvio *Luſo* contra *Riconem* ; quam ſint qui ſentiunt oppoſitum . Villanius enim vix ullum exhibet Auctorem expreſſe talia

tra-

Digitized by Google

tradentem, præter pauculos recentiores Ariminenſes: quorum quanti ſit aſſertio facienda (dum non pro veritate, ſed pro cauſæ opportunitate ſcripſerunt, ad quam ingenti affectione animi ferebantur, contra ſenſum ſuorum antenatorum: & præterea nec omnes uniformiter conveniunt) unuſquiſque prudens Lector dijudicabit.

13. Enimvero citra dubium Cæſar Clementinus, & Malateſta Porta eruditi Ariminenſes contendunt, identitatem antiqui Rubiconis non deberi fluvio Riconi, ſeu Piſatello: & tamen eorum ſive inconſtantiam, ſive involuntarium lapſum in muſcipulam, detegit Vincentius Cæſenas (occaſione diſcutiendi textum Plinii (10) diſtinguentis contemporaneè (11) Rubiconem, & Apruſam) dicens: *Exponunt hi viri, non fuiſſe Apruſam, Rubiconem, ſed Luſam: hoc eſt, nomen Rubiconis non fuiſſe à Plinio tributum fluvio Luſi, quem vocat ex eorum dictis, Luſam. Clementinus, gl'Ariminesi all'incontro ſono di parere, che il fiume Luſo, chiamato da Plinio Luſa, ſit ſcilicet Rubico.* Inde ſubdit: Malateſta *Porta in apologia adverſus Supplementum Chronicorum Veruculi, ipſe quoque in ſententiam Clementini vadit, quod flumen Luſi à Plinio ſit dictum Pluſa: mutat ſcilicet Luſam in Pluſam. Verba ſunt: Di maniera che reſta aſſai provato, che non ſi dia quella celerità imaginata dall'Autore ſudetto: ed à quanto hò diſcorſo, che Ceſare da Luſo noſtro fiume, Rubicone all'hora, e Pluſa di Plinio. Ex horum ergo Auctorum confeſſione, Rubico à Plinio memoratus, non eſt Luſus: fuit enim à Plinio Luſa, vel Pluſa vocatus, non Rubico* (12).

14. Quod ſi Luſus non eſt Rubico Plinii, neceſſario ſequitur, Plinii Rubiconem eſſe illum, qui nunc dicitur Rico, ſive Piſatellus. Et quoniam aliqui tranſvertere nitebantur, ſive transfundere nomen Apruſæ (à Plinio eodem tempore memoratæ una cum Rubicone) in Aveſam fluviolum orientalem Arimino; Antonius

(10) Plinius Hiſtor. natur. lib. 3. cap. 15.

(11) Vide ſupra cap. 2. à num. 7.

(12) Vincentius Cæſenas loc. cit. ſect. 1. cap. 3. fol. 11.

nius Cerrus & ipſe Ariminenſis, id negat: idque negando, *in opinionem certè deſcendit negantium Luſum eſſe Rubiconem &c. Ariminenſes ergò, tum antiquiores, tum qui ante octogeſſimum ab hinc annum vixerunt, apertè Rubiconis nomen Piſatello conceſſerunt. Tum etiam qui poſtea contrarium contendere; imprudentes, clamque ſeipſis ea conceſſerunt, quæ vel invitos in Cæſenatium ſententiam trahant* (13).

(13) Idem ubi ſupra fol. 12.

15. Nedum igitur Jacobus Villanius non exhibet *in majori numero* Auctores faventes Luſo, quam ſint qui ſuffragantur Riconi; ſed imo ipſos pauculos recentiores Ariminenſes, quos adducit; invenitur talia proferre, quæ militant contra Luſum, & Riconis confovent jura. Quid plura? Ipſemet Jacobus Villanius, impugnator acerrimus Piſatelli, ſeu Riconis; nonnè loquendo de Diplomate Friderici Imperatoris favore Arimini; & de actis editis in gravi cauſa judicialiter ventilata inter Ariminenſes, & Cæſenates; nonne, inquam, veritate urgente, cogitur dicere vel invitus: *In libellis iis de controverſis finibus, fateor, loco Piſatelli, nomen ſæpè Rubiconis adhiberi* (14). Ad quæ appoſitè Vincentius Cæſenas inquit: *Hæc confeſſio ſatis eſt nobis, eis ſæculis ab Ariminenſibus ipſis Rubiconis nomen fuiſſe Piſatello tributum* (15).

(14) Jacob. Villan Arimin. Rubic. fol. 60.

(15) Vinc. Cæſen. de Antiqu. Rubicon. ſect. 3. cap. 8. fol. 56.

16. Redimus modo ad verba Objectionis. Hallucinatur Coronellus, addens, quod fluvius Luſus decurrit ad mare inter Mariculam, & Butrium, quo modo, inquit ille, referunt Svetonius, Plinius, & alii Auctores claſſici. Nam Scriptores illi talia non effantur. Nec Luſus inter fluvios Mariculam, & Butrium, decurrit; ſed inter Mariculam, & Sabinianum: prout & idem Auctor poterat, & unuſquiſque alius valet propriis oculis intueri, vel in Tabulis Geographicis, vel iter inſtituendo ab Arimino verſus Cæſenam. Nec item Svetonius, neque Plinius aliter dicunt de Luſo, neque, ni malè notaverimus, exprimunt, quod fluat in mare. Ad-

dit

Digitized by Google

dit idem Coronellus, Piſatellum eſſe magis Torrentem, quam flumen, & quod ſe perdit, in Butrium. An ſit Torrens, nec nè: ac an Rico ſe perdat in fluvio Butrio, vel Butrius in Ricone, infra videbimus, dum de Mendaciis agetur (16). Hic tantum dicimus, quod ſi Coronellus intuitus fuiſſet Riconem, ſive Piſatellum, ejuſque alveum, & decurſum, talia de illo dicteria neutiquam protuliſſet.

(16) Vide infra cap. 14. & 15. num. 7.

17. Profectò mirum eſt, quod idem Auctor, qui Geographiæ ſcientiam profitebatur, & Geographicis Tabulas compingebat, nedum vel neſciverit, vel non advertit, vel ſcire noluerit (prout ſupra notavimus) inter quænam flumina Luſus decurrat; verum etiam ubinam ejus curſus incipiat. Ait enim, quod idem Luſus *havendo la ſua ſorgente trà la Serra, e Perticara, ſcorre direttamente in mare* (17). Quomodo decurrit *direttamente* in mare, ſi magnum ſemicirculum facit, propendentem dorſo convexe immaniter in Orientem? Sed hoc tranſeat, & lato modo dici poſſe ſinatur. At quomodo ſuam ſcatebram habet inter loca Serræ, ac Perticaræ, ſi ejuſdem initium ferè per quatuor mille paſſus à ſecundo, & paulo minus diſtat à primo: prout eſt cernere in Tabula Topographica, Romandiolæ, Philippi Titi: qui & ipſe Luſo perperam nomen attribuit Rubiconis?

(17) Vinc. Coronel. loc. ſup. cit.

18. Sic & pariter ſi Coronellus legiſſet Inſcriptionem Rubiconianam, non dixiſſet, in ea præcipi *Dictatoribus* depoſitionem armorum; cum ibi tale verbum non habeatur. Nec itidem eidem Inſcriptioni, à ſe relatæ, inſerviſſet verba illa, *Arma deponito*, & alia non nulla, quæ neutiquam leguntur in auctographo: nec aliquot voces præpoſterè ſcripſiſſet, quam ſint in originali exaratæ. Docere inſuper debebat, undenam ſciverit, præfatam Inſcriptionem fuiſſe reſtauratam juſſu Cardinalis Littæ, cum talis operationis nulla extet memoria, quam nos conquiſitam valuerimus repe-

Digitized by Google

rire. Denique gratis aſſerit Coronellus, quod Cæſar *brevi tempore* conſtitit propè Rubiconem, dubius num pertranſiret, necnè: cum Plutarchus literis rotundis affirmet, quod hæſit *diù* cogitabundus quid faceret, atque plurima conſilia cum amicis permutans de ſumenda deliberatione (18). *Diù* autem toto cælo diſtat à *brevi tempore*. Dicat quoque ubinam legatur, quod Cæſar egerit, ut declaretur Romæ perpetuus Dictator? Cum non tunc, ſed dudum poſt, *Cæſare revertente ex Hiſpania M. Æmilius Lepidus Prætor populo perſuaſerit, ut Cæſarem Dictatorem crearet &c. Appianus eum neque à Senatu, neque à Conſule, ſed à ſe ipſo Dictatorem factum ſcribat. Verum ſive ad levandam inuidiam, ſive quod eo magiſtratu non egeret, per undecim tantum dies eum tenuiſſe* (19). Non ergo egit, ut ab aliis declararetur, ſed vel ipſe Dictatorem ſe declaravit; vel ultroneè ab aliis declaratus eſt, nil tale poſtulans. Nec Dictaturam *perpetuam* affectavit, ſi eam non niſi exercuit per undecim dies.

(18) Plutarch. in vit. Jul. Cæſar.

(19) Sigon. in Faſt. & Triumph. Roman. ad ann. V.C. 704. fol. 295.

19. Petimus denique à Coronello, undenam didicerit, quod Cæſar ſtimulato calcaribus equo tranſmeavit Rubiconem? Svetonius namque, ac alii antiqui Scriptores, referunt, quod vehiculo inſidens diſceſſit Ravenna: & cum luminibus extinctis deceſſiſſet via, pedibus quidem evaſit ex implexo loco; ſed inde quoque rhedam extricavit, & conſectatus eſt Cohortes ad Rubiconem (20): non equidem pedeſter, ſed biga vectus ut prius. Igitur nec equitabat, nec ſtimulis impulit equum: ac licet ejus Phalanges, quinque millia peditum continentes, & equites tercentos, per alveum Rubiconis inceſſerint; ipſe tamen minimè per alveum, ſed per Pontem cum aliquot ſuis primoribus pertranſivit, ne ſe Ducem exercitus imprudentiſſimè committeret diſcrimini furentium aquarum. Idque infertur etiam ex eo, quod mox tranſiturus, ita ſuos admonuit: *Etiam nunc regredi poſſumus: quod ſi Ponticulum*

(20) Sveton. In Vit. Jul. Cæſar. Plutarch. loc. cit.

Digitized by Google

culum tranſierimus, *omnia armis agenda erunt* (21). Non ergo ſtimulato calcaribus equo, nec equitans tranſivit flumen per alveum, ad inſtar ſuorum militum: ſed vehiculo tractus per Ponticulum de una migravit ad aliam ripam.

(21) Idem Svetom. ubi ſupr.

20. *Quarta Objectio*, ſiſtit in hoc, quod Ariminenſis Academia Poetarum, & Eruditorum, qui amænis ſtudiis incumbunt, celebri Romanæ Academiæ, quæ Arcadum vocatur, ſub titulo *Coloniæ Rubiconæ* recenter fuit adſcripta (22). Per quod fiat, ut totus cætus Academicorum Arcadiæ approbare videatur, ad Ariminenſes pertinere titulum præfatum: non alia ſanè ratione, niſi quia fluvius Luſus, in ejus civitatis Ariminenſis territorio decurrens, ſit Rubico celeberrimus Antiquorum. Ergo eſſentia, & identitas antiqui Rubiconis, habetur pro verificata in *Luſo*; non vero in *Ricone*, ſeu alias Piſatello.

(22) Die 4. Januarii anno 1704.

21. ℞. quod quamvis erigere publicas Academias ſit de Regalibus Principis (23): & earum Rector localem Principem repræſentet (24); attamen Academias privatas erigere, *quæ inter viros genere*, *& ingenio nobiles*, *in ſingulis fere urbibus honeſtiſſimis*, *fallendi temporis ratione*, *excogitantur*, *& exercentur* (25); jam liberum eſt quibuſcumque ſocietatem literariam componentibus. Hocque vel propter publicam utilitatem, quam hæc ſtudioſa exercitia præſtare ſolent (26): vel propter inolitam jam conſuetudinem, qua paſſim per urbes Italiæ ſolent amæniorum ſtudiorum Academiæ privata erigi auctoritate illorum, qui ſeſe in unum adunant conſortium hominum, addictorum ingeniis propriis excolendis ope Rectoricarum, vel Poeticarum actionum, aliique diſciplinis, & actibus eruditis, aptis producere ſaluberrimos effectus.

(23) Card. de Luca de Regal. in Summar. n. 144.
(24) Pignatel. to. 1. conſult. 55. nu. 44.
(25) Theatr. Vit. Hum. V. Academia §. Privatæ Academiæ.
(26) Maſcard. Proſe Volgar. diſcorſ. 8.

22. Hæque Academiæ titulum aliquem aſſumere ſibi ſolent, ſaltem ut plurimum, reſonan tem quidquam imperfectionis (forte ad oſtendendam vim oppoſitæ

perfectionis). Hinc *Humoriſtæ* Romæ, *Otioſi* Bononiæ, *Incogniti* Patavii, *Diſcordantes* Venetiarum, *Ardentes* Neapolis, *Frigidi* Lucæ, *Intronati* Senarum, *Conſopiti* Januæ, *Olympici* Vicentiæ, *Innominati* Parmæ, *Affidati* Papiæ, *Abſconditi* Mediolani, *Cunctabundi* Arimini, *Offuſcati* Cæſenæ, *Filargitæ* Forolivii, *Caliginoſi* Fabriani, *Occulti* Brixiæ, *Inſenſati* Viterbii, *Diſiuncti* Peruſii, *Filippones* Faventiæ, *Perſeverantes* Taruiſii, *Immobiles* Alexandriæ (27): aliique plures, alias per urbes, cætus Academicos componunt. Quinimo alicubi non una tantum, ſed plures, ac diſtinctæ Academiæ numerantur Eruditorum amænis ſtudiis incumbentium.

(27) Dialoghi Hiſtorici del Italia par. 1. Dialog. 5. fol. 132. &c.

23. Quemadmodum autem quælibet ſimiles Academiæ bonarum artium, in actu primæ erectionis, valent ſibi titulum adaptare, qualem pro libito elegerint; ita etiam cum alteri Academiæ ſeſe uniri depoſcunt, integra libertate fruuntur agendi, ut ſub quocumque maluerint nomine denotentur. Hac libertate igitur uſi ſunt illi D. D. Profeſſores Ariminenſes, qui ſe adſcribi ſatagerunt Romanæ Arcadum Academiæ, ſub titulo *Coloniæ Rubiconæ*. Verum Arcadica hæc Academia (ſive forte ſolus Cuſtos illius tunc exiſtens) non examinandam aſſumpſit juſtitiam, & proprietatem Tituli, quo ſe adſcribendam propoſuit Colonia illa Poetarum Ariminenſium; an eſſet Titulus competens, vel incompetens: ac denominatio debita, vel indebita. Sed bona fide procedens, nec ullam de dolo, vel de alieno præjudicio ſuſpicionẽ habens, Titulum illum admiſit ſic ut propoſitus fuit, & ut valeret quantum valere poterat: non ad ſe putans pertinere diſquiſitionem, an Colonia ipſa dicenda eſſet Rubiconia, vel Niliaca, ſive Gangetica, ſeu Euphratea &c.

24. Sed & adde, quod nedum homines privati, tametſi collegialiter operantes; verum etiam Judices pro tribunali ſedentes, & ſupremi quoque Principes, attri-

attribuendo alicui Titulum qualemcumque, cauſâ ipſius Tituli minimè ventilatâ; nunquam præjudicium inferre intendunt habentibus magis proprium jus ad Titulum ipſum. Unde Clemens Papa V. quandoque generali lege ſancivit: *Si Summus Pontifex quem ſub titulo cujuslibet dignitatis, ex certa etiam ſcientia, verbo, conſtitutione, vel literis nominet, honoret, ſeu quovis alio modo tractet; per hoc in dignitate illa ipſum approbare non intelligitur, aut quidquam ei tribuere novi juris* (28). Si res autem ita ſe habet in Papa; quid erit dicendum de Judicibus inferioribus: & multo magis quid erit dicendum de privatis hominibus nulla præditis juriſdictione?

25. Ad hæc denominatio præfata *Coloniæ Rubiconæ*, attributa Academiæ Ariminenſi, non eſt niſi mera, ſimplex, & unica Enunciativa, incidenter notata in Faſtis Academiæ Arcadicæ, occaſione aggregandi Ariminenſem illam huic Romanæ: attributa item ei ad petitionem, ſive ſuggeſtionem illorum, qui apud Ariminum ſtudiis literariis tunc incumbebant: rurſus eidem attributa recenter, & in circumſtantiis temporis, atque caſus, quo veritas rei enunciatæ, nempe identitatis fluminis Rubiconis, eſt ſub quæſtione. In jure autem, & in juridicis Tribunalibus, Enunciativa unica non attenditur, ubi enunciatum eſt ſub quæſtione (29). Item Enunciativæ non probant, ubi præcipuè dubitatur de enunciato (30). Præterea Enunciativa incidenter emiſſa inſtante aliquo nihil probat in præjudicium alterius (31). Sic & neque ab eo ſuggeſta, cujus intereſt illam emitti (32). Denique verba enunciativa, etiam ſi à Papa prolata fuerint (qui non motu proprio illa emiſerit, neque factum ipſius proprium contineant) enunciatum neutiquam probant (33). Vide igitur quanti ponderis ſit denominatio præfata.

26. Sed & factum Academicorum Ariminenſium, eſt opus privata auctoritate peractum, atque inaudita par-

(28) Clem. final. de Verb. Sig. Odoric. Raynald. ann. 1310. num. 41. §. Nec.

(29) Card. de Luc. de Jurepat. diſc. 5. ſub num. 12.

(30) Rota poſt Proſper. de Territ. ſepar. dec. 13. n. 26. & deciſ. 26. num. 39.

(31) Card. de Luca de Benef. diſc. 12. n. 8. & de Paroc. diſc. 12. num. 10.

(32) Rota ubi ſupra dec. 18 n. 41.

(33) Clementin. final. de Sent. Excom. Paris conſ. 125. n. 22. lib. 4.

Digitized by Google

parte defenſorum *Riconis*, ſeu Piſcitelli: qui neque auditi, neque citati fuerunt. Et quamvis in hoc nulla, ut ſupponimus, intercelſerit malitia, nullaque prorſus deceptio ad ſubreptitiè captandam ab inſigni Arcadum Academia ſpeciem aliquam approbationis, quod identitas Rubiconis, verè pertinens ad *Riconem*, ſpectet ad *Luſum*; tamen cum defectus citationis inſanabilem ſecum ferat in omni judicio nullitatem (34): Dolus item, ſicubi adeſt, vel præſumi poteſt, nulli debeat patrocinari (35): Denique ſubreptionis vitium quamlibet ipſo facto gratiam infirmet (36); hinc fit, quod iſte recens titulus *Coloniæ Rubiconæ*, apud Arcades introductus, nequaquam aptus eſt, nec dare *Luſo*, nec auferre *Riconi* identitatem antiqui Rubiconis: ſed horum fluviorum jura ſarta tecta relinquit; ut eadem identitas illius ex his duobus exiſtat, ad quem de jure noſcitur pertinere.

(34) Card. de Luca de Juriſdic. diſc. 6. n. 2. & diſc. 38. num. 21.
(35) Leg. Verum eſt § tempus ff. pro ſocio. Lege tranſactione C. de tranſaction.
(36) Fagnan. in cap. ad Audientiam il 2. nu. 16. de Reſcript.

27. *Quinta Objectio* concipitur ex hoc, quod quidam, nominatus Abbas Philippus Titus, in Tabula Geographica (cujus ſe affirmat *Inventorem*, continente delineationem totius tractus, ſive regionis componentis Legationem Pontificiam Provinciæ Romandiolæ) ſculpta, impreſſa, & publicata Romæ anno 1699. literis apertiſſimis adponit nomen Rubiconis, non fluvio *Riconi*, ſeu Piſarello, ſed alteri ab eo remoto, qui decurrit penes Oppidum S. Archangeli, & apud Plebanam Eccleſiam S. Viti, nempe fluvio *Luſo*. Quod cum factum ſit recenter, & poſt evulgata ſcripta hinc inde, tum Scipionis Claramontii, tum Jacobi Villanii, dat intelligi, revera identitatem Rubiconis deberi non *Riconi*, ſeu Piſatello agrii Cæſenatis, ſed *Luſo* territorii Ariminenſis.

28. ℞. Hanc *Titanam* Tabulam apertiſſimè patefacere ſui Auctoris vel ſupinam imperitiam, vel malitiam ſuperlativam. Ad quarum utramque, ſeu alterutram, quæ in eo prævaluerit, confundendam, ſatis

eſſet

eſſet opponere celebre illud effatum Poetæ Vanuſini.

Pictoribus, atque Poetis

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas (37). (37) Horatius de Art. Poetic.

Et equidem benè ſe nuncupat *Inventorem* ipſius Tabulæ, quia Provinciam Romandiolæ non delineavit prout eſt à parte rei, ſed prout illam eſſe cenſuit, vel in ſuo cerebro commentus eſt. Sanè omiſſis aliis ad rem noſtram non facientibus, ſi Auctor oculis perluſtraſſet diſtrictum orientalem territorii Cæſenatis, & occidentalem Ariminenſis, non ita præfatam Tabulam concepiſſet, niſi data opera voluiſſet coram univerſo literatorum orbe mentiri.

29. Enimvero mille paſſibus facit eſſe vicinas Cæſenæ valles ſalinarias Cervienſes, quæ à Cæſena diſtant per octo mille paſſus, & ultra. Ex iiſdem vallibus Cervienſibus ducit flumen ideale, longum penè ſeptem mille paſſibus, ad Portum Cæſenaticum: quo nullum influit indè flumen, ſed ſolus exiguus aquæ decurſus, atque ſimplex foſſatum, à dictis vallibus ad præfata Portum, longitudine non excedens terna milliaria. Alias itidem valles ſalinarias comminiſcitur adeſſe lateri orientali fluvii Piſatelli, vix per mille paſſus diſtantes à via Emilia, quæ ibi revera non exiſtunt, neque unquam fuerunt. Locum denique Montaletti collocat longe ab Oppido Portus Cæſenatici ſeptem & ultra mille paſſibus; cum vix inde diſtet per tria milliaria, & quidem a parte orientali, non ab occidentali vallium Cervienſium. Vide quanta fide, quanta peritia, & quanta veritate procedat!

30. Quo vero ad fluvium *Riconem*, hujus curſum, qui vere 18. milliarium eſt, non perducit ultra 13. mille paſſus. Illum defluere ſtatuit è montibus per duos diverſos ramos, qui ſimul in unum uniantur ſub via Emilia, binis inde circiter mille paſſibus, quæ unio eo in loco non ſubſiſtit à parte rei. Adhuc & ponit, præcipuum hujus ramum decurrere longè à Cæſena

penè

Digitized by Google

penè quatuor mille paſſibus, à quà nec etiam diſtat per duos. Quo item ad flumina, ſeu fluvios, inter Cæſenam, & Ariminum decurrentes, totam enormiter ſubvertit œconomiam nominum, quibus revera vocantur: transferens denominationem unius in alterum: & huic ſubtrahens vocabulum, quod habet; illi tribuens quod non habet. Sicque arbitrariè, idealiter, & gratis cuncta confundens, auſu, & arrogantia huc uſque inaudita. Sanè inſigniores Tabulæ Geographicæ, quæ reperiantur, Italiam repreſentantes, ſunt 1. *Vaticana*, per totum Orbem celeberrima, de qua dictum eſt ſupra (38): 2. *Daviſiana* picta Romæ in ædibus Sancti Joannis, & Pauli, opus Urbani Daviſii: 3. *Maginiana* impreſſa in Italia Joannis Antonii Magini: 4. *Sanſoniana*: 5. *Bleaviana*: 6. *Creuteriana*: 7. Illa, quæ continetur in *Athlante* Batavo: 8. Denique illa, quæ recenter impreſſa fuit in primo tomo *Rerum Italicarum* eruditiſſimi Muratorii.

(38) Vide ſupra cap. 5. num. 15.

31. Dilucide autem ex his octo Tabulis magiſtralibus, auctoritatem publicam facientibus, & aptis quemlibet in rebus Geographicis edocere; liquet, quod inter Cæſenam, & Ariminum, quatuor decurrunt minora flumina, interſecantia viam Emiliam: & ſunt 1. *Rulico*, alias Rico, ſeu Piſatellus, fluens propè Cæſenam: 2. *Butrius* labens propè locum Gambettotæ: quem fluvium etiam Paulus Merula memorat (39) & dicitur quoque alio nomine, *Rigoſſa*: 3. *Flumicinus*, ſeu *Sabinianus*, ita dictus ab Oppido ejuſdem nominis ad cujus latus excurrit: & 4. *Luſus* propè Oppidum S. Archangeli, ac Plebem S. Viti ſuis properans aquis. Auctor vero Tabulæ Titanæ, parvipenſa tot inſignium Geographorum auctoritate, ac octo harum magiſtralium Tabularum, quas ipſi exhibuerunt orbi literario; nomina præfatorum fluviorum audaciſſimè confundit, ſubvertit, & huc illuc de uno in alium transfert: ac reſpectivè illis affingit nomina, quæ nunquam habuerunt.

(39) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib. 4. cap. 33. fol. 1234.

Pri-

Digitized by Google

32. Primum fluvium inſcribit nomine Piſatelli : & hoc tranſeat, quia populari voce ita vocatur ; ſed duntaxat infrà viam Emiliam verſus mare : nam ſuprà eandem viam verſus montes, non Piſatellus appellatur, ſed *Rico*: & in præfatis octo Tabulis magiſtralibus uniſonè pro Rubicone notatur. *Tertii* fluvii nomen eſt *Flumicinus*, vel *Sabinianus* : at Auctor Tabulæ Titanæ illum denominat Luſum, quod eſt nomen quarti fluvii ſubſequentis. *Quartum* vero fluvium, qui vocatur *Luſus*, & Apruſa Plinii (40) Auctor idem Tabulæ Titanæ vocat abſolutè Rubiconem. Cum tamen etiam Jacobus Villanius in ſua Tabula Topographica inſerta Opuſculo, cui titulus *Ariminenſis Rubicon*, nominet hunc quartum fluvium, *Rubicon, nunc Luſus* (41).

33. Idem igitur Auctor Tabulæ Titanæ gratis, & arbitrariè transfert nomen *Rubiconis* de primo ad quartum fluvium. Nomen *Luſi* de quarto ad tertium : ſubvertens hæc ſine fundamento, ſine ratione, ſine Scriptorum teſtificatione : diſcordatque nedū ab octo dictis Tabulis magiſtralibus præcipuorum Geographorum ; ſed etiam à Tabula topographica mox fata Villanii : & à ſimili alia Claramontii (42) : qui ambo, &ſi contendant de identitate Rubiconis ; conveniunt attamen in hoc, quod quartus, non tertius fluvius, dicitur *Luſus*. Diſſonat quoque Tabula Titana à Villania in eo, quod illa dat nomen *Auſæ* amniculo decurrenti trans Ariminum ab Oriente : iſta vero illum nominat *Apruſam* : vocabulo, quo Plinius denotat Luſum, contemporaneè nominans poſt Ariminum ab occaſu, Apruſam, uti diſtinctam à Rubicone (43).

34. Tabula igitur Titana tot mendis, & erroribus inquinata, nec non diſcors, & reſpectivè contraria octo Tabulis magiſtralibus præcipuorum Orbis Geographorum, ac Tabulis quoque Topographicis Claramontanæ, atque Villaniæ : nullius item rationis, ac nullius Hiſtorici, aut Geographi auctoritate ſuffulta ;

(40) Vide ſupra cap. 2. à n. 7.

(41) Villan. Arimin. Rubic. poſt pag. 30.

(42) Scip. Claramont. Hiſtor. Cæſen. poſt pag. 26.

(43) Plin. libr. 3. cap. 15. Vide hic ſupr. cap. 2. n. 7.

imo à tot Rationibus, totque Geographis, Hiſtoricis, Poetis, & viris Eruditis confixa, quot in præſenti opere continentur; nullum per conſequens, nec etiam minimum gradum probationis apta eſt facere contra identitatem Rubiconis, quam Tabulæ magiſtrales præfatæ, rationeſque, ac Scriptores mox indicati, unanimiter conclamant, ſpectare ad Riconem, ſeu Piſcitellum. Cumque gratis, & arbitrariè ſubvertat, confundat, & transferat nomina fluminum de uno in aliud; tantum probat contra identitatem Rubiconis, ab eo ſublatam *Riconi*, & attributam *Luſo*; quantum probaret liquis alvis Geographus, ſi daretur, qui contra identitatem præcipuorum fluminum Orbis terrarum, attribueret *Pado* nomen Danubii, *Nilo* titulum Euphratis, *Gangi* denominationem Rhodani, *Tigri* vocabulum Tagi, & ſic de aliis. In quo auctor talis nominum ſubverſionis, non attendendus eſſet, ſed Anticyram tranſmittendus, ut helleboro ſanaretur.

35. *Sexta Objectio* innititur Scriptioni Petri Mariæ Kavinæ Faventini: qui ſua in *Faventia Rediviva* proponit quæſtionem, *quis ſit antiquus Rubicon*? Et liberè affirmat eſſe fluvium *Luſum*, non vero *Riconem*, ſeu Piſatellum (44). Nos autem reſpondemus, non eſſe attendendum, quid affirmet iſte Scriptor, ſed quam veracibus, & validis rationibus probet aſſertionem ſuam. Inanis namque opinio eſt, quæ firmis deficit probationibus. Porro is Auctor ſuadere ſatagit, quod vox *Faventia* olim non ſignificaret Civitatem hujuſmet ominis (interjacentem urbibus Forolivii, & Imolæ in via Emilia) ſed ſignificaret Provinciam *Flaminiæ*, quæ nunc Romandiola nuncupatur (45). Ita ut antiquitus Flaminia, & Faventia eſſet duæ dictiones ſynonymæ, ſignificativæ unius, & ejuſdem Provinciæ Romandiolæ.

(44) *Kavin. Faventia Rediviv.* pag. 50.

(45) Philip. Ferrar Lexic. Geograph. V. Flaminia.

36. Ne autem fines præconceptæ hujus Provinciæ, ſive Regionis Faventinæ, arcti nimium remanerent; aſtrue-

aſtruere aggreſſus eſt ideam aſſumpti ſui (quod in frontiſpicio vocat *Conatum Hiſtorico Geographicum*) ſubverſione penè omnium jurium honorificorum, competentium circumpoſitis Civitatibus, Ravennæ, Cæſenæ, Forolivii, Sarſinæ, Foropompilii &c. contendendo, quod hæ antiquis temporibus vel non exiſterent, vel reſpectivè tales non eſſent, quales dicuntur: & ſic alieno exitio amplificare nixus eſt confinia ſuæ Faventiæ univocæ cum Flaminia. Num autem ſcriptus ab eo libellus probet id, quod ſibi propoſuit; videant alii: noſtra etenim in præſentiarum non intereſt hoc diſcutere.

37. Planè vero quod aſſerit de identitate Rubiconis non cum fluvio *Ricone*, ſed cum *Luſo*; id nequaquam probat. Quippè idipſum probare nititur præcipuè illo erroneo motivo, quo perperam negat, poni à Strabone, Rubiconem eſſe propinquum civitati Cæſenæ: vultque, *Senam* ab eo nominatam, non ſignificare urbem Cæſenæ, ſed Regionem Senonicam, quam inhabitarunt Galli Senones. Cum tamen Strabo ibi non loquatur de Regionibus, & Provinciis, ſed de Civitatibus: nec unquam Regio Senonica fuerit appellata *Sena*. Verba Strabonis hæc ſunt: *Placentia, & Cremona &c. Inter has, & Ariminum ſunt Parma, Mutina, Bononia &c. Forum Cornelium, Faventia, Sena Iſapi fluvio propinqua, & Rubiconi. Hæc proxima Arimino* (46). Iſta eſt vera, germana, vulgata, & uniſonè ab omnibus admiſſa, ſimulque adhibita verſio Strabonis ex Græco in Latinum idioma. In manuſcripto Codice antiquo Vaticano pro *Sena*, ſeu Sina, legitur *Caeſina* (47). Et Caſaubonus commentator Strabonis, affirmat, in aliquibus Codicibus legi *Caeſena*: aſſeritque pro *Iſapi* legendum eſſe *Sapi* (48).

38. Profectò cum Sapis flumen adluat penè mænia, civitatis Cæſenæ, ut oculariter patet; ac inter Faventiam & Ariminum, nec ſit, nec unquam fuerit alia

(46) Strabo Geograph. lib. 5.

(47) Codax. Vatican. 173. fol. 156.

(48) Caſaubon. in lib. 5. f. 317. Strabonis, Editionis Pariſienſ. an. 1620.

Digitized by Google

Sena civitas, quam Cæſena, olim urbs præcipua Gallorum Senonum; liquido conſtat, quod Sena Strabonis eſt civitas ipſa Cæſenæ: quæ ſi eſt propinqua Iſapi, ſeu Sapi Strabonis; eſt propinqua quoque Rubiconi ejuſdem Auctoris. Nihilominus Kavina, contemptis tantâ rei evidentiâ, & præfatâ communi vulgata, uſitata, omnibuſque ab Eruditis paſſim admiſsâ verſione Strabonis; aliam ejuſdem paraphraſim ex proprio cerebro commentus eſt; quâ vult, ut idem Geographus dicat: *Placentia, & Cremona &c. Inter has, & Ariminum, Parma, & Mutina, & Bononia &c. Forum Cornelium. Faventia vero, & Sina juxta Iſapim fluvium, & Rubiconem maximè connectuntur Arimino* (49).

(49) Kavina loco cit. pag. 7. & 50.

39. Vult ergò, quod poſt Rubiconis verbum, non ſequatur puncti diviſio, ſermonem ſeparantis. Tranſfert item nomen ejuſdem fluvii de caſu dativo ad accuſativum. Præſumit denique, quod abſque ulla interpunctione, Faventia,& Sena(ideſt provincia illa, quam comminiſcitur dictam fuiſſe *Faventiam*, & alia provincia, quam auctumat vocatam fuiſſe *Senam*) connexæ fuerint ab Arimino juxta Iſapim fluvium, & Rubiconem. Itaut Ariminum in textu Strabonis non teneat locum termini orationis, ſed medii, & copulæ, qua connectantur ſimul Faventia, & Sena: ideſt quod Regio Gallorum Senonum cum Regione Flaminiæ (dictæ ab eo Faventia) conjungerentur ſimul ab Arimino juxta Iſapim, & Rubiconem (50). An autem hæc ſit germana verſio, vel potiùs depravatio: & num legitima ſit paraphratis, vel potius nugatoria ſubverſio verborum Strabonis; judicent Eruditi.

(50) Idem ubi ſupra pag. 50.

40. Attendantque, quod Faventiæ civitas diſtat à Sapi flumine 22. mille paſſibus: totidem à Cæſena: 24. à Rubicone: ac 42. ab Arimino. Qua re ita ſe habente, ac liquidò innoteſcente, quod Strabo non de Provinciis loquitur, ſed de Civitatibus; definiant, an in

tam

tam effuſa diſtantia poſſet Ariminum connectere Faventiam, & Senam hodiè Cæſenam, juxta fluvios Sapim , & Rubiconem . Numque ex hoc ratiocinio ritè inferatur , identitatem Rubiconis deberi non *Riconi* fluvio ſed *Luſo* . Corruente igitur præcipuo fundamento Kavinæ , illius quoque opinio, tranſlativa identitatis Rubiconis de *Ricone* in fluvium *Luſum* , ruit in præceps: præſertim è conſpectu tot inſignium Geographorum , Hiſtoricorum , & Eruditorum , quot adduximus *Cap.*3. *&* 4. docentium oppoſitum . Levibus aliis ratiunculis, quibus idem Kavina innititur , jam ſatisfactum eſt per ea , quæ hucuſque diximus. Et adhùc uberius occurrent alia , quæ ſucceſſivè ſubdemus .

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Reſpondetur *Mendaciis* confictis contra *Riconem*, ad ei detrahendam identitatem antiqui Rubiconis.

SUMMARIUM.

1. *Reſpondendum eſt Mendaciis, ne quem decipiant. Riconem tueri ad quos potiſſimè ſpectet.*
2. Primum Mendacium, *quod Rico non habeat aquam niſi mutuatam à flumine Sapi.*
3. *Vanum eſt inniti mendaciis. Contentum in Objectione diruitur inſpectione oculari.*
4. *Nil melius quàm ocularis inſpectio convincit mendacia contra res certas.*
5. *Ex flumine Sepi nec defluit, neque defluere poteſt aqua in Riconem.*
6. *Verba Statutaria Cæſenæ non probant intentum contradictorum, ſed retorquentur.*
7. *Suadent traduci aquas ex Sapi ad Riconem, ut canalis efformetur ad mercaturæ uſum.*
8. *Quod opus magnam involuit difficultatem, & ingentem ſumptum.*
9. Mendacium ſecundum, *quod Rico careat alveo, ripis, & ſit foſſatum artefactum.*
10. *Inſpectione oculari hoc, & ei ſimilia mendacia retunduntur.*
11. *Alveus Riconi adeſt, ubi magis, & ubi minus latus, pro diverſitate locorum.*
12. *Verba Statutaria Cæſenæ quadrupliciter adversùs Contradictores retorquentur.*
13. *Probantque, Riconi proprium alveum adeſſe, aggeribus muniendum ubi opus eſt.*

Item

Digitized by Google

14. *Item adeſſe ripas adeò altas, ut evincatur, ipſum Riconem non eſſe prædiale foſſatum.*

15. *Eaſdemque ripas non reparandas ubique, ſed dumtaxat per tria millia paſſuum.*

16. *Excavatio Riconis ſupponit illum habere alveum, & ripas. Foſſæ Nili deterſæ ab Agüſto.*

17. *Omnia flumina, & etiam Luſus, indigent alicubi aggeribus communiri.*

18. *Facta Corbulonis, & Cæſaris, docent, aggeres nil detrahere quidditati fluminum.*

19. Mendacium tertium, *quod Rico ſit ſimplex Torrens: nec habeat aquas perennes.*

20. *Ocularis inſpectio, & exhibitio aquæ multis lacunis, ac piſtrinis, convincit oppoſitum.*

21. *Nunquam* Riconi *flumini deficiunt aquæ, quin deficiant ſimul &* Luſo.

22. *Ex aggeribus, alveo, & alluvione patet, Riconem habere aquas perennes.*

23. *Clemens PP. VIII. tranſiturus Riconem hæſit, propter affluentiam aquarum.*

24. *Fons à quo Rico ſumit originem, eſt perennis: & aquæ illius per decurſum creſcunt.*

QUemadmodum Rationibus, & Auctoritatibus penè innumeris, ac diſſolutione Objectionum aliqua ponderatione dignarum, hucuſque probavimus, fluvium *Riconem*, ſive Piſatellum, eſſe illum ipſum, identicum, & individuum Rubiconem, quem Cæſar contra interdictum patriæ Reipublicæ hoſtiliter pertranſivit; ſic & nunc oportet illum à Mendaciis, atque Calumniis, quibus impetitur efficaciter vindicare: nè iſtæ circumveniant Lectorem, ſaltem apparentiâ; cum prævalere non valeant veritate. Ac equidem *uterque peccat, & qui mentitur &c. & qui dedignatur falſa objecta mera relatione diluere* (1). Ad reſponſionis igitur officium provocamur in primis verita-

(1) Petrus Celleenſis lib. 5. epiſt. 13.

ritatis amore : ſed & ſimul etiam à cura ſervandi ſarta-tecta jura ejuſdem fluvii Riconis : cui proculdubio magnam conciliat honorificentiam eſſe præditum identitate antiqui Rubiconis : Hancque tueri officium, eſt potiſſimè illorum Cæſenatum, qui ſtudiis literarum incumbunt : non ſecus ac ſi eiſdem velut ab ipſomet ortu naturali dicatur :

Audete, & tantum vobis defendite nomen (2).

2. *Primum* igitur *Mendacium* eſt, quod Rico, ſive Piſatellus, non habeat aquam propriam, ſed tantum à parum diſtante Sapi flumine mutuatam. De qua in Statutis municipalibus Cæſenæ decernitur, *quod D. Vicarius, & Anciani, qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant mittere, ſeu mitti facere flumen Sapis, ſeu partem dicti fluminis, in Piſadellum, per eum locum, qui magis videbitur eſſe conveniens magiſtris, & aliis, qui tunc temporis fuerint electi ad dictum opus faciendum* (3). Cum igitur, inquiunt Contradictores, idem Rico, ſive Piſatellus, aqua ſit propria deſtitutus, fluvius ex conſequenti non eſt. Et ſi non eſt fluvius; nec etiam erit idem, & identicus Antiquorum Rubico, quem Cæſar hoſtiliter contrà interdictum Romanæ Reipublicæ pertranſivit : ille quippè certiſſimè fluvius erat.

3. ℞. Hic habendum eſſe præ oculis veraciſſimum illud effatum : *Què nititur mendaciis, hic paſcit ventos* (4) : ideſt hic *detecto mendacio, & fraude, nihil conſequitur, niſi nomen mendacis, & fraudulenti* (5). Mendacium porro ex adverſo propoſitum retuliſſe, idem eſt, ac illud penitus confutaſſe. Ac nè abiectiſſimo de figmentorum ſubſellio, ad occupandum honorabilem locum tranſeat veritatis; eſt ſatis rogare Lectores, ut ex ſe ipſis, vel per fidum aliquem teſtem, viſitent eundem Riconem, ſeu Piſatellum; & certiores fient, an impudentius ullum quiſquam valeat mendacium effutire. Omnibus innoteſcit, ipſum Riconem *non late-*

re

(2) Baſinius Parmenſ. epl. ad Sigiſm. Malateſt.

(3) Statut. Cæſen. fol. 103.

(4) Proverbior. cap. 10. n. 4.

(5) Cornel. à Lapid. in eod. loc. 4. Quarto.

Digitized by Google

re, neque abditum eſſe, ſed in oculis clariſſimæ Provinciæ, atque in auribus omnium gentium, ac nationum eſſe poſitum (6). Viſitet ergo illum, vel viſitari faciat, quicumque ludificabilis eſt hoc mendacio; & certa inſpectione dignoſcet, quod habet aquas, & aquas proprias, & aquas nullatenus mutuatas à flumine Sapi, ut ex oppoſito blateratur. Inſpectio namque ocularis eſt probatio ſuperlativa, omnes alias humanas ſuperans probationes, utpote continens evidentiam facti (7).

4. Certè ſi quis, contra rei evidentiam, protritâ facie negaret, eſſe Romæ in platea Vaticana erectum obeliſcum, juſſu Sixti Papæ V. locatum ibidem (8) & cui Fulvius Cardolus hoc diſticon adaptavit:

Ægyptus Soli, binis mè Roma dicavit
Auguſtis; ſacras tù pie Xiſte Cruci (9).

Si quis item negaret, Italiam dividi à Sicilia intercurſu verticoſi Freti Siculi: de quo cecinit quidam.

Hic vis eſt ingens Pelagi, ſemperque laborant
Æquora, ne rupti repetant confinia montes.

Pariter ſi quis negaret exrare Veronæ antiquum Coloſſeum adhuc integrum: vel Bononiæ Turrim adeſſe graviter à perpendiculari linea declinantem; ſi quis, inquam, hæc temere denegaret, ac oppoſitum ſuadere niteretur; non poſſet melius de mendacio convinci, quam his verbis conveniendo auditores: Inviſite plateam Vaticanam: Rhegio properate Meſſanam: pergite Veronam, Bononiam adite, ac propriis oculis intuimini; num harum rerum ſubſiſtat veritas, quæ in dubium revocantur. Sic ergo & effutientes, quod fluvius Rico, ſive Piſatellus aquam propriam non habet, ſed mutuatam dumtaxat à flumine Sapi; non poſſunt facilius æque ac efficacius mendaces detegi; quam provocando Lectores ad ocularem inſpectionem ipſiuſmet fluvii.

5. Profectò nedum nulla, nec minima quidem, aquæ gutta ex flumine Sapi defluit in Riconem; ſed & imo

Z nec

(6) Cicero ad Quintũ fratrem 291.

(7) Gloſſ. in cap. ad noſtram 21. verb. [illegible] Jaſon. in leg. de perjurio num. 3. ff. de in litem jur. Rot. dec. 168. n. 11. par. 9. rec. tom. 1. & coram Ludoviſ. dec. 575. & coram Ottobon. dec. 62. n. 4. ac alibi pluries.

(8) Mich. Mercat. de Obeliſc. cap. 39.

(9) Menoc. Traten. Erudit. centur. 6. cap. 8.

Digitized by Google

nec defluere valet, ſervato ſtatu, in quo ambo nunc reperiuntur: tum quia inter utrumque fluvium (bini, ternifue milliaribus diſtantes, ubi magis appropinquant) longa, & nullibi diſiecta ſeries montium excurrit, prohibens tranſitum aquæ unius in alium. Tum etiam quia ubi deſinunt montes, & erecta eſt Civitas Cæſenæ; alveus Sapis ferè per tres perticas eſt depreſſior planitie ipſius urbis: quare aqua Sapis non poteſt illam aſcendere, ut inde properet ad Riconem. Prout ex geometrica depoſitione Artificis machinacii, vulgò *Ingegniere*, apud Vincentium Cæſenatem, videre eſt (10).

(10) Vincent. Cæſenat. de Rubicon. antiqu. fol. 107.

6. Nec ſanè verba Statutorum Cæſenæ probant intentum Contradictorum; ſed imo potiùs mirificè retorquentur adverſus ipſos. Mandant enim Statuta, Sapis aquas mitti in Riconem, ſeu Piſatellum. Ergo tribus, vel quatuor, aut forte pluribus ab hinc ſæculis, ex quo Statuta illa condita ſunt, & deinde typis impreſſa fuerunt, aquæ Sapis non ibant in Riconem: alioquin fruſtranea fuiſſet juſſio ſtatutaria. Sed aquæ Sapis nec etiam noſtro tempore illuc pergunt, prout quiſque poteſt oculis propriis intueri. Ergo jam ex multis ſæculis eædem aquæ nec unquam illapſæ ſunt, neque modo illabuntur in Riconem. Ergo fluvius Rico, quas continet aquas, proprias habet, non à Sapi flumine mutuatas: corruitque mendacium ex hac parte in ejus præjudicium contra rei evidentiam efformatum.

7. Verus itaque ſenſus Statutorum excitat Cæſenates ad curandum, ut, ſi humanâ induſtriâ fieri poſſit, aliqua portio aquæ Sapis ducatur ad Riconem: non equidem ut hujus fluminis curſus formetur, vel augeatur; ſed ut ex undis utriuſque fluvii conficatur ſypho, ſive canalis navigabilis, per quem à civitate Cæſenæ uſque ad Portum Cæſenaticum, transferri valeant merces vendibiles, & emptitiæ, ope navicularum, ultro, citroque meantium. Eo modo quo nuper propè Raven-

vennam fabrefactus fuit canalis, cui nomen *il Candiano*, ad mercaturæ uſum valdè proficuus. Hoc opus autem ſtatutarium ſemper Cæſenæ fuit deſideratum, ſed numquam perductum ad effectum, propter laboris difficultatem, ſumptuum vaſtitatem, & dubietatem quoque felicis exitus.

8. Oporteret enim perforare multorum montium catervam, longo, & amplo incili ſubterraneo, incipiente binis, & ultra mille paſſibus ſupra Cæſenam: per quod pars aquæ Sapis, fluentis nunc ad Aquilonem, traduceretur verſus Orientẽ, per canalem tranſiturum ſuper amniculum Cæſaulæ, ac perrecturum verſus portam Romanam ejuſmet urbis: à qua deſcenderet verſus Pontem petræ: ubi ex proximè fluente Ricone, ſeu Piſatello, nova aquarum acceſſione augeretur, atque ad Portum Cæſenaticum properaret, itinere ſuperante milliaria tredecim. Quæ ſanè juſſio ſtatutaria, inquit Vincentius Cæſenas, *paucis ab hinc annis fuit in conſultationem revocata, ad navigationem ſcilicet à Civitate ad Portum accommodandam: at impenſa viginti mille aureorum, quæ requirebatur, deterruit, in gravitate præſentis æris alieni* (11).

9. *Mendacium Secundum* eſt, quod Rico, ſeu Piſatellus non habet alveum, utpote quod eſt veluti foſſatum prædiale artefactum. Et cum de neceſſitate cujuſcumque fluminis, ac fluvii eſſe innoteſcat, & aquam & lectum, ſeu alveum ejus proprium habere (12) ſi Rico caret alveo, ex conſequenti etiam dici non poteſt fluvius. Ac ſi fluvius non eſt, nec etiam erit Rubico Antiquorum, à Cæſare hoſtiliter pertranſitus. Quod autem ſit alveo deſtitutus; id probare nituntur, ſive cavillari Contradictores per hoc, quod eidem deſint utrimque ripæ naturales; abſque quibus alveus fluminis conſiſtere non valet. Aquæ ſiquidem, dicunt, in Ricone, ſive Piſatello, non continentur, niſi quatenùs reguntur aggeribus, manu, & arte congeſtis: uti patet,

(11) Idem Vincent. ſect. 3. cap. 12. fol. 78.

(12) Lege penul. & ibi gloſſ. ff. de flumen.

ex Statutis Cæſenæ, diſtrictè mandantibus ipſorum aggerum reparationem (13).

10. ℟. Huic impudentiſſimo commento facile occurri eiſdem verbis, quibus dirutum fuit primum mendacium (14). Et quemadmodum ſi quis temere ſcriptis foliis apud gentes exteras blateraret, Venetias non eſſe ſitas in aquis: nec ibi adeſſe magnam plateam, D. Marci vocatam, domibus, & palatiis circumdatam, atque ornatam; non poſſet melius de mendacio convinci, quam ſuggerendo auditoribus tam enormis dicterii, ut ex ſe, aut per fidos nuncios inviſerent ipſam Civitatem, ejuſque plateam; ſic & nos rogamus legentes mendacium, ſic ut ſupra contra Riconem confictum, ut intuitionis ocularis ope iſtam falſitatem excutiant: quæ Chalcedonios quidem poſſet fortaſſe decipere, dictos, incolas Terræ cæcorum (15): at verò non illos, quibus ineſt uſus potentiæ viſivæ: quippè ocularis inſpectio calumniam cito ſubvertit.

11. Cuilibet enim ad Riconem, ſeu Piſatellum accedenti, ſtatim cernendus occurrit alveus ipſius fluvii, ſuis ripis hinc inde ſtipatus: & quidem ripis, non arte, non manu factis, ſed naturalibus, & congenitis: alveuſque non qualiſcumque, arctus, & exiguus; ſed ſpatioſus, amplus, & patulus, ubi magis, ubi minus (pro diverſitate locorum prolixi ſui curſus duoviginti mille paſſus iter implentis) ac alicubi ſanè latitudinis duodecim, alibi 17. & alibi 27. perticarum: prout vidit, & exploravit, ac dinumeravit, & menſus eſt publicus ille Agrimenſor, ſive decempedator; qui ad perennem rei veritatem omnibus undique patefaciendam, de tali latitudine legalem fidem fecit, jure jurando vallatam, & à Vincentio Cæſenate ſuæ diſſertationi de antiquo Rubicone alias inſertam (16).

12. Quod poſtea Statuta Cæſenæ præcipiant reparationem aggerum Riconi adhærentium; hoc verum eſt: & en verba ſtatutaria: *Lectus Piſſadelli cavetur, & rea-*

(13) Statut. Cæſen. fol. 293.

(14) Vide ſupr. in hoc cap. n. 3.

(15) Plinius Hiſtor. nat. libr. 5. cap. 32.

(16) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiqu. fol. 99.

Digitized by Google

& reaptetur à Bagnarola uſque ad mare, & alinde ſupra, ſi opus fuerit, & ſi Supraſtantes duxerint expedire: & ab utraque parte dicti Piſſadelli fiant, & fieri debeant argines magni, & alti per loca prædicta à latere verſus Meſulam, & alias ut ſupraſtantibus pro utiliori hominum Cæſenæ convenire videbitur: & ſint dicti argines ampli in fundo octo pedes ad pedem perticæ (17). At horum verborum tota ſeries, nedum non concludit mendacium Contradictorum, nec eidem vel in minimo ſuffragatur; ſed imo contra eoſdem retorquetur quadruplici modo: ut mirum ſit vim fieri ab ipſis Contradictoribus ſuper ſermone, qui contra ipſos alte nedum, ſed altiſſimè declamat.

(17) Statut. Cæſen. fol. 293.

13. *Primo*, quia ſanctio illa municipalis non dicit, deficere Piſatello alveum, neque illi deeſſe ripas naturales hinc inde; ſed ſtatuit, ejus lectum excavandum, & aggeribus, ſive arginibus amplis, & altis eſſe muniendum: nec hoc faciendum ubilibet per totum ejus decurſum, ſed ſolum à loco Bagnarolæ uſque ad mare (per tractum nempè trium vel 4. milliarium): nec non alibi, ubi opus fuerit, & ubi ſuperintendentes duxerint expedire. Igitur ſanctio ipſa non denegat, ſed imo aperte ſupponit, Riconi adeſſe alveum cum ſuis ripis lateralibus: nec illum profundiùs excavandum; neque has aggeribus muniendas eſſe, niſi deſultoriè, ac interruptè, à Bagnarola uſque ad mare, ac ubi opus eſt, & judicabitur expedire. Quamobrem ubi opus non eſt, nec judicabitur expedire; jam & alveum, & ripas adeſſe probatur, nullo indigentes artis, & humani operis adjutorio.

14. *Secundò* retorquetur, quia mandat, ut fiant *argines magni, & alti per loca prædicta à latere verſus Meſulam*: *Meſula* ſignificat amniculum talis nominis, intumeſci quandoque ſolitum, à cujus latere ripas Piſatelli municipalia ſtatuta jubent fulciri aggeribus artefactis; ergo ripæ naturales ibi non deſunt, ſed certiſſi-

tiſſimè adſunt. Et ſi adſunt ripæ naturales; proculdubio alveum quoque adeſſe oportet intra eaſdem inclusum. Nota ulterius præcipi argines *magnos*, *&* *altos octo pedibus* ad menſuram perticæ; ut inde conijcias, quam impudenter attribuatur Piſatello, ſive Riconi humilis, & abjecta conditio ſimplicis foſſati prędialis. Ubinam etenim inveniuntur, præſertim in provincia Romandiolæ, foſſata prædialia latitudinis 20. & 27. perticarum: & quibus intrà ſuos fines continendis opus ſit aggeribus lateralibus, arte humana elaboratis, tantæ altitudinis, ut per octo pedes geometricos, alvei profunditatem excedant?

15. *Tertio* retorquetur ex eo quod Rico, ſive Piſatellus, à ſua origine uſque ad finem, decurrit per 18. mille paſſus, & ultra, ut jam ſupra pluries dictum eſt ex Claramontio (18). Sanctio vero ſtatutaria Cæſenæ, mandat, illum excavari, & aggeribus communiri ſolum à Villa Bagnarolæ uſque ad mare, ac inde ſupra, ſi opus fuerit: ſicque per terna, vel quaterna dumtaxat milliaria. Ergo ſi ejuſdem excavatio, & aggerum reparatio, ad 3. vel 4. tantùm milliaria coarctatur; venit ex conſequenti, quod per reliquos quindecim mille paſſus, neque aggeribus, nec excavatione opus eſt, eo quod alveus per illum prolixum tractum eſt expeditus, & lateraliter communitus ſuis propriis ripis à natura productis: ſine quibus aqua non poteſt ſtare pendula, nec hærere ſine repagulis, neque fluere verſus locum excavandum, & hinc inde aggeribus conſtipandum (19).

(18) Scip. Claramont. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. part. 2.

(19) Vide Vincent. Cæſen. ſect. 3. cap. 6. f. 35.

16. *Quarto* retorquetur inquantum lex præfata municipalis jubet, quod *lectus Piſſadelli cavetur*, *&* *reaptetur*. Lectus autem, & alveus nonnè unum, & idem ſunt? Ergo non caret alveo, ſed illum habet, certum, & conſtantem, tametſi artis opificio excavandum, & reaptandum. Ergo etiam habet ripas hinc inde: non enim datur alveus receptor aquarum decurrentium, ſine lateralibus ripis. Et ſicut ad obſtruendum

os

os alicujus, qui blateraret, quod Nilus non habet alveum, & ripas; eſſet ſatis ex Svetonio referre de Auguſto: *Foſſas Nili manu militari deterſit* (20); ſic ad ſubvertenda dicteria Contradictorum, mentientium, deeſſe Riconi alveum, & ripas; eſt ſatis innuere, quod Statuta Cæſenæ mandant illius lectum excavari, & reparari. Non enim excavari, nec reparari poteſt, quod à parte rei non eſt.

(20) Svetòn. in Octavio cap. 1.

17. Cæterum ſi ex aggeribus coaptatis, vel coaptandis, ad curſus aquarum intra debitos limites continendos, his deneganda venit quidditas, & eſſentia fluminis; jam Padus non erit flumen, Tiberis non erit flumen, Arnus, Rhodanus, Tagus non erunt flumina, quoniam alicubi aggeribus conſtipantur. Denique nullum flumen erit in toto terrarum orbe, quod habeat alveum, & ripas: quia nullum eſt flumen, vel vix ullum eſt, quod non indigeat aliquo in loco aggeribus communiri. Hoc autem quis fabulari audebit, niſi apertè ſit ſtultus? Et quæſo, *Luſus*, in quem Contradictores transferre nituntur identitatem antiqui Rubiconis, non ne alicubi aggeribus indiget ſuffulciri, ne aquis inundet arva finitima?

18. De Domitio Corbulone recenſetur à Tacito, quod *nè ſegnem militem attineret, inchoatum à Druſo aggerem Rheno coercendo abſolvit* (21). Si vera igitur eſſet objectio, quam diluimus, ſeu ratio commentitia illius; Rhenus non eſſet flumen. De Cæſare quoque memoria ſervatur, quod per illum fuit cujuſdam fluminis *ripa acutis ſudibus præfixis munita, ejuſdemque generis ſub aqua defixæ ſudes flumine tegebantur* (22). Numquid ergò iſtud, in ſenſu Contradictorum, non erat flumen? Quidquid ſit igitur, an Rico, ſive Piſatellus indiguerit, aut opus habeat reparatione alicubi aggeribus manufactis; non inde ſequitur, quod ſit foſſatum prædiale: quod ſit alveo, & ripis naturalibus deſtitutus: ac quod non ſit inter veros fluvios legitimè computan-

(21) Tacit. Annal. lib. 3.

(22) Lipſius Poliorcet. lib. 5. Dial. 3. fol. 193.

putandus. Adeoque hinc illi nihil deperit, quin cenſeri revera debeat Rubico identicus Antiquorum.

19. *Mendacium tertium* eſt, quod Rico, ſeu Piſatellus, non habeat aquas perennes, ſed caſuales: utpote qui non fluat, niſi quo tempore pluviæ ceciderunt: Tuncque vix tot aquas pluviales congreget, quæ ſufficiant ad voluendam unam molam frumentariam. Adeoque rationem præſeferat non fluminis, ſed torrentis. De natura namque fluminum eſt habere aquas perpetuas: quandoquidem quæ flumina nuncupantur, perennia ſunt (23). Si autem Piſatellus, inquiunt Contradictores caret hac neceſſaria qualitate; fluvius non eſt: & ſi non eſt fluvius, nec etiam poteſt eſſe Rubico Antiquorum, qui certiſſimè fluvius erat. Viceverſa vero Luſus perenniter fluit abundantibus aquis: ergo huic, non illi debetur identitas Rubiconis antiqui.

(23) Lege nemo 4. ſin. ff. de re. di.

20. ℞. Iſtud quoque tertium Mendacium facillimè profligari verbis iiſdem, quibus dirutum fuit primum, & ſecundum (24). Nam ocularis inſpectio apta eſt cito quemlibet certiorem facere, gratis, & calumniosè proponi hujuſmodi objectum. Siquidem cunctis illuc properantibus, obvius confeſtim occurrit intuitus aquæ fluentis, jugitèr, & perennitèr, per omne tempus, ac per ſingulos anni menſes, etiam independentèr à cujuſcumque pluviæ præcurſu. Talitèr ut ipſomet æſtivo decurrente Auguſti menſe, idem Rico miniſtret aquas numeroſis hinc & inde lacunis adjacentibus, in quibus linum, & canabis macereſcunt. Ac præterea non uni tantum, vel alteri, ſed multis piſtrinis præbeat aquam, quorum in nonnullis adſunt rotæ molariæ geminatæ triticum proterentes: qua de rè fuſius infrà dicetur (25). Ut mirum ſit ei exadverſo negari rem, quæ cadit ſub ſenſu.

(24) Vide ſupra hoc capit. n.3.

(25) Vide infra cap. 16. n.9.

21. Quod ſi aliquo anno, ſive aliquo anni tempore (admodum raro tamen) propter vehementiam caloris æſtivi, deficit ibi uberior fluxus aquarum; hoc

non

Digitized by Google

non in Ricone tantum contingit; ſed in reliquis quoque minoribus, imo & majoribus etiam quandoque fluminibus provinciæ Romandiolæ. Ac proculdubio nunquàm deeſt Piſatello unda decurrens, quin & contemporaneè non deficiat quoque in fluvio Luſo. Iſtudque præjudicium non provenit à defectu naturalis perennitatis aquarum, ſed à ſiccitate generali, quæ interdum abſumit aquas, tum ſtagnantes, tum defluentes. Nec certè unquam Piſatellum invadit, quin & ex ęquo Luſum quoque fatiget. Quod ex abundanti dictum ſit; cum aliunde in jure cautum reperiri ſciatur, &ſi flumen *aliqua æſtate exaruit, quod alioquin perenne fluebat, non ideò minùs perenne* (26). Sic pars illa Padi, quæ dicitur *Pò di Ferrara*, propè Stellatam *æſtate fere caret aquis, ut ego aliquoties vidi*, ſcribit Baudrandus (27) Et nihilominùs utiquè flumen eſt.

(26) Lege 1. §. Item cum ff. Flumin.

(27) Baudrand. Lexic. Geograph. V. Padus.

22. Ad hæc, ſi ex ſupra relatis, oportet ripas Piſcitelli humanâ induſtriâ roborari fulcris opportunis, & aggeribus elevatis uſque ad octo pedes geometricos ſuper alvei ſuperficiem: idemque alveus per 10. & 20. ac etiam 27. perticas in latitudine ſe protendit (28); hoc equidem ſatis firmiter edocet, ejus aquæ curſum eſſe affluentem, atque perennem ad inſtar aliorum fluminum: & non ducere aquas dumtaxat pluviales: ſed proprias, & nativas habere, naturaliter, ac perpetuo defluentes: quæ interdum acceſſione pluvialium, tam immane ſuſcipiunt incrementum, ut & Piſtrina lateralia ſubvertant: & ripas hinc inde diruant, aut ſuperent, ac tranſcendant: & alluvionem per arva finitima extendant, viginti, & ultra perticas geometricas excedentem: prout ex publicis documentis certiſſimum eſt, à Vincentio Cæſenate relatis.

(28) Vide ſupr. in hoc capit. n. 11.

23. Clemens Papa VIII. Ferrariâ redeundo, cum ſe contuliſſet Cæſenam; inde poſteà diſcedens, ut proſequeretur iter verſus almam Urbem; apud Riconem, ſeu Piſatellum, ubi viam Æmiliam interſecat, conſi-

ſtere coactus fuit, propter immodicas aquas, quibus turgebat, & ſupergradienti ſibi Ponti lateritio minabatur. Quamobrem in conſultationem poſitum fuit, num retrò redeundum eſſet, vel procedendum ulterius: itaut non minus negotii fuerit illi Papæ, quam olim Cæſari, ejuſdem in tranſitu Rubiconis (29). Quod autem tunc evènit, alias quoque fortaſsè contigit pluries: at res notata, ſive ſcripta non fuit, quia defuit cauſa talem intumeſcentiam hiſtoricæ fidei committendi, ad perpetuam hujuſmodi eventus memoriam. Sed ex recenſitis benè poteſt quicumque ſanæ mentis eſt comprahendere, Riconem non modicas, non caſuales, non pluviales dumtaxat aquas ducere; ſed propriis fluere, copioſis, naturalibus, perpetuis: talibus denique, ac tantis, ut jure merito ſit inter perennes fluvios computandus.

(29) Vincent. Cæſen. de Rubicon. fol. 99.

24. Quid plura? Fons, unde Rico ſumit initium eſt perennis: uti teſtantur Publici Repreſentantes loci Montis Cogorutii per hæc verba: Teſtamur *Fluvium, qui non longè à Civitate Cæſenæ decurrit, ibi vulgò dictum Piſitellum, & à Montanis circa eum habitantibus hodie quoque Riconem, ac olim, & verè Rubiconem appellatum; ultra ejus fontem, qui invenitur ſub Strigario Caſtellò, alterum etiam fontem habere perennem in diſtrictu Montis Cogorutii* (30). Si perennis eſt fons ejus, ergo perennem quoque oportet neceſſariò exiſtere fluxum aquarum inde manantium. Quæ cum deindè progreſſivè ſuſcipiant incrementum ab aquis deſcendentibus in ejuſdem fluvii alveum, è montibus, & rivis propinquis; meridianam lucem aggreditur denegandam, qui nititur impugnare, Riconem, ſeù Piſcitellum non eſſe fluvium perennem, aquis propriis, & naturalibus defluentem.

(30) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in appar. part. 2.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Propulſantur alia *Tria Mendacia*, detractiva identitatis antiqui Rubiconis fluvio Riconi, ſive Piſatello.

SUMMARIUM.

1. Quartum Mendacium, *quod Rico non habeat caput, nec pedes, & perdatur in alio fluvio.*
2. *Inſpectione oculari oppoſitum probatur. Binos fontes initiales habet Rico.*
3. *Qui, & finem obtinet in mari. Sabinianus terminum habet in Ricone, non è converſo.*
4. *Bedeſis, & Vitis flumina mixtis unà ſimul aquis poſt Ravennam pergunt in mare.*
5. *Nil deperit entitati unius fluminis, quod in flumen majus aquæ illius devolvantur.*
6. *Neque quod in decurſu nomen mutet: uti Danubius, Tigris, Liris &c.*
7. *Nec item quod mixtis aquis cum alio flumine priſtinum nomen amittat.*
8. Mendacium quintum, *quod Rico non habeat Oſtium per quod intret in mare inter Ariminum, & Rav.*
9. *Inſpectione oculari convincitur, quod Oſtio proprio idem Rico fertur in mare.*
10. *Oſtium illud non eſt Sabiniani, ſed Piſatelli: & hic eſt illo dignior.*
11. *Non judicari debet de Riconis Oſtio prout modo ſe habet, ſed prout erat ætate Cæſaris.*
12. *Novum non eſt, flumen mutaſſe Oſtium, vel alveum. Id contigit in Euphrate, Nilo, Gydno.*
13. *Anemo, & Sapis flumina partem alvei, per quem olim fluebant, mutarunt.*

14. *Rubiconem commutaſſe poſtremam ſui alvei partem probatur pluribus rationibus.*
15. Mendacium ſextum, *quod itinerantibus à Ravenna Ariminum Rico non occurrat.*
16. *Oculari experientia patet oppoſitum in loco, qui dicitur Flumicinus.*
17. *Antequam jungantur Piſatellus, & Sabinianus, primus ſeparatim occurrit.*
18. *Iter Cæſaris non fuit littorale. Marinum littus in dies magis dilatatur.*
19. *Si Cæſar inceſſiſſet per littus, retorqueretur argumentum adverſus Contradictores.*
20. *Retorquentur quoque verba Cruceii, ex Gaudentio Merula deſumpta.*

SEquitur *Mendacium quartum*, ſuper eo confictum, quod Rico, ſive Piſatellus, non habeat caput, neque pedes: ideſt nec initium, neque finem. Non fontem, à quo dimanet: non terminum, ubi deficiat: & ſic non valeat juſto titulo fluvius appellari. De ratione namque fluminum eſt, ut alicubi habeant ſcaturiginem, à qua erumpant, ſive ſortiantur ſcatebram initialem: ac ſucceſſive metam finalem attingant, ſive tendant ad terminum (& quidem proprium, non alienum) ubi deficiant (1). Utraque autem qualitate hac deſtitutus eſt Rico, inquiunt Contradictores: tum ſcatebrâ carens, unde diſcedat: tum limite, in quo finem accipiat. Ad extremum namque ſui curſus confunditur cũ fluvio Sabiniano, alias Flumicino, ac in eo proprium nomen amittit.

(1) Leg. 1. § hæc interdicta verſ. caput ff. de aqua quo & æſti Leg. ſervitus & ibi gloſ. ff. de ſervitt. ruſt. præd.

2. ℞. etiam iſtud quartum Mendacium citò dirui, ſi ei adaptentur, quæ fuerunt primo, & ſecundo Mendaciis jam ſuperius exprobrata (2). Omnes quippe habentes oculos in capite, ſunt capaces fungendi officio judicis pro hujuſmodi calumnia detegenda: dummodo ad ipſum fluvium accedant: ſin minus mittant fidum nun-

(2) Vide ſupr. cap. præced. n. 3.,

nuncium, qui veritatem exploret. Videbunt enim ad ejus exordium, non unum ſed binos patere fontes, ſive ſcatebras initiales: alteram ſub Caſtro Strigariæ: alteram ſub Villa Montis Campi, ſita in deſtrictu Caſtri Montis Cogorutii: prout ex duabus publicis atteſtationibus juramento ſuffultis totidem Communitatum ibidem adjacentiũ patet, quas legere eſt apud Vincentiũ Cæſenatem (3). Corruit ergo fabula deficentiæ fontis, & ſcatebræ, à qua Rico ſumat originem. Nec illam negare poſſunt, niſi qui *malunt clauſis oculis in montem impingere, quam in eum aſcendere* (4).

3. Omnes pariter quotquot viſivæ facultatis uſu potiuntur, facillime poterunt intueri finem, ſeu terminum, ad quem defertur, nempe Mare Adriaticum. Poſtquam enim à ſuo initio, ſive fontibus defluxit per decẽ, & octo mille paſſus, & ultra, miſcuitque ſuas aquas undis fluviorum Butrii, & Sabiniani, ſeu Flumicini; tandem pergit ad Mare. Quem ſi tudicis pedem alienum; nos dicimus pedem proprium (5): & exquirimus, quare potius dicendum ſit, Riconem, ſive Piſatellum habere terminum in alveo fluvii Sabiniani: quam fluvium Sabinianum habere terminum in Ricone, ſeu Piſatello? Sane Vincentius Cæſenas, non una, ſed pluribus rationibus probat, Oſtium, per quod aquæ utriuſque hujus fluvii mixtæ ſimul devòlvuntur in Mare, attribuendum eſſe Riconi, non Sabiniano (6). Et ex tabula Potamo-graphica decurſus utriuſque fluminis, patet ad ſenſum, quod nedum Butrius, ſed etiam fluvius Sabinianus habent finem in Ricone ulterius progrediente; non Rico, ſeu Piſatellus in Sabiniano (7).

4. Placeat præterea hic opportunam audire inductionem. Bedeſis, vulgò *il fiume Ronco*, ab Oppido S. Sophiæ, per aliud Medulæ pergit verſus Ravennam, eamque ab una parte circumdat. Similiter & Vitis, *il fiume Montone*, à jugis montium decurrens propè Forolivium, inde progreditur verſus Ravennam, & hanc

(3) Vincen. Cæſen. de Rubicon. antiqu. f. 97. & 99.

(4) S. Auguſt. lib. de unit. Eccl. cap. 16.

(5) Vide ſup. cap. 6. à n. 9. & infr. in hoc cap. n. 10.

(6) Vincent. Cæſenas de Rubicon. ſect. 3. cap. 5. f. 41.

(7) Vide Tabulam noſtram, & aliam Ciara n. Hiſt. Cæſen. fol. 25.

Digitized by Google

hanc ab alia parte circumdat. Deinde ſè ſè ſimul unientes Bedeſis, & Vitis, per unam, & eandem ſocem, quæ dicitur *Bocca di Fiume*, conjunctis aquis dilabuntur in Mare (8). Poſt mixtum autem ſimul curſum aquarum; quis dicet, Vitim non habere terminũ in Æquor Adriaticum? Quis itidem affirmabit, Vitim potius habere terminum in flumine Bedeſi, quam Bedeſim in Viti (9). Aliam ſimilem inductionem vide inferius (10). Eodem igitur adæquatiſſimo ratiocinio, tametſi Rico, & Sabinianus prope Mare ſuas aquas commiſceant; non ideo ſana mente dicendum eſt, quod Rico, ſive Piſatellus non habeat ſuum finem in Mare: neque quod ipſe potius terminum ſortiatur in Sabiniano; quam, quod è converſo, Sabinianus illum inveniat in Piſatello. Maximè cum hic poſt acceptas in ſuo alveo aquas Sabiniani adhuc ulterius progrediatur, antequam, perveniat ad Mare.

(8) Ferrar & Baudrand. V. Bedeſis & V. Vitis.

(9) Coronel. Atlant. Venet. to. 1. Idrograph. f. 94. 2.

(10) Vide infra in hoc cap. n. 16.

5. Ac dato etiam, ſed non conceſſo, quod res ita non eſſet; exquirimus quid officat naturæ, conditioni, entitatique unius fluminis ſuas aquas exonerare in alveo alterius? Numquid proinde non erunt vera flumina, tam illud, quod communicat proprias, quam quod receptat alienas? In Pado ſuas undas devolvunt pluſquam triginta flumina (11): & Danubius recipit uſque ad ſexaginta (12). In Gangem pariter, in Euphratem Tanaim, Tigrim, Nilum, Rhenum, Rhodanum, Tagum, aliaque majora flumina, citrà dubium innumera flumina minora decurrunt. Numquid autem hæc poſtrema non erunt pro veris fluminibus computanda? Certè nullus hoc audebit effari, niſi mentis integritate deficiat. Ergo etiam ſi Rico, ſeu Piſatellus, ſuas aquas deponeret in alveo Sabiniani, & non potius è converſo; nullum inde traheret præjudicium, quo minus naturam, conditionem, & entitatem legitimi fluminis poſſideret.

(11) Plinius lib. 3. cap. 16. Coronel. loc. cit. fol. 92.

(12) Theatr. Vit. hum. V. Geometria fol. 30. A. B.

6. Si pariter objectas, quod Rico, poſt junctas

ſuas

ſuas undas undis fluvii Sabiniani, nomen amittit; poſtulamus, undenam hoc ita inconcuſsè probetur, ut fas non ſit æque oppoſitum aſſeverare: nimirum, quod non Rico junctus Sabiniano, ſed Sabinianus poſtquam Riconi copulatus eſt, priſcum nomen amittat? Sanè *Danubius*, etiam nulli alteri flumini copulatus, poſtquam ad antiquam Daciam pervenit, dimiſſo proprio nomine novum accipit, Iſtri (13): *Tigris* quoque ubi tardius fluit, *Diglito* dicitur: & ubi deinde celerior incedit, nomine mutato, Tigris incipit appellari (14). *Liris* item dividens Latium à Samnio, ſuperius nuncupatus *Cernellus*, inferius vero, ab agro Sinveſſano ad mare, *Gariliani* obtinet nomen (15). Nullum igitur diſpendium infert entitati fluminis, mutare, vel amittere nomen. Alioquin *Abdua*, & *Mincius* non eſſent flumina, quia ingreſſo Pado, nomen amittunt. Sic & *Savus*, & *Drava*, labentes in Danubium. Item *Nar*, & *Anio* profluentes in Tiberim, (ne alia plura ſimilia flumina recenſeamus, quæ in alio æquali, vel majori flumine recepta, nomen amittunt) non ideo tamen entitate, conditione, ac natura verifluminis denudantur.

(13) Plinius Hiſtor. natur. lib. 4. cap. 12. ſ. 37. 1. p.

(14) Idem Plinius ubi ſupr. lib. 6. cap. 27.

(15) Angel. à Nuce in Leon. Oſtiens lib. 1. cap 5.

7. Quamobrem etiam dato, ſed non conceſſo, quod Rico, ſive Piſatellus, poſtquam junctus eſt Sabiniano ſuum nomen amitteret, ac non potius ipſe nomen ſocii fluvii ſuppimeret; hoc illi nullum irrogaret præjudicium, quin entitatis verifluvii ſit compos. Et poſtea tam ſervare, quam non ſervare priſtinum nomen poſt commixtionem aquarum alienis undis; quid hoc negotii faceſſit cum quæſtione de identitate antiqui Rubiconis. Certè ſicut Mincius, apud quem conſtitit Attila Hunnorum Rex, magni Leonis Papæ precibus delinitus (16) non ceſſat eſſe Mincius, tametſi ſe in Padum immergat; ita & Rico, ſeu Piſatellus, non ceſſaret idem eſſe prorſus, ac erat antea, tametſi ad finem poſt acceptas aquas fluvii Sabiniani perderet priſtinum nomen. Denique hoc nihil officit, quin re vera ſit identicus Rubico.

(16) Card. Baron. ann. 452. n. 57.

co.

co Antiquorum, apud quem conſtitit Cæſar, ſignis elatis contra patriam hoſtiliter perrecturus.

8. *Mendacium quintum*, affine quarto priori, eſt quod Rico, ſive Piſatellus, non intrat in Mare, nec habet Oſtium, quippe propè finem deperit immixtus aquis fluvii Sabiniani. Cum autem flumina deſcribantur per eorum Oſtia; ſi Rico non habet Oſtium; ex conſequenti nec etiam erit flumen, ſeu fluvius: & ſi non eſt fluvius; identitate antiqui Rubiconis præditus eſſe non valet. Adde quod Vibius ſequeſter vetuſtiſſimus Auctor, item Strabo celeberrimus Geographus, alii denique Hiſtorici tradunt, Rubiconem fluere in Mare Adriaticum inter Ariminum, & Ravennam. Sed Rico illuc non fluit; imo & nec habet Oſtium, per quod illuc fluere poſſit; ergo non eſt Rubico identicus Antiquorum. E converſo vero hæ notæ, ſive qualitates, & prærogativæ concurrunt in fluvio Luſo. Ergo *Luſus*, non *Rico*, eſt verus Rubico à Cæſare hoſtiliter tranſmeatus. Ità Contradictores.

9. ℟. hoc quoque quintum Mendacium proſterni eadem ratione, qua ſubverſa fuerunt penitus primum, & ſecundum (17): nimirum per ocularem inſpectionem, quæ convincit oppoſitum. Et quidem ſecundum præſentem ſtatum, Rico, ſeu Piſatellus, prope finem ſui curſus, aquis *Butrii*, ſeu Rigoſſæ; nec non *Sabiniani*, ſeu Flumicini, ſuum in alveum ſuſceptis, à cunctis illuc tranſeuntibus cernitur ferri recto itinere ad Mare. Igitur habet proculdubio proprium Oſtium, per quod intrat in fretum Adriaticum: & iſtud Oſtium certiſſimè interjacet urbibus Ravennæ, atque Arimini: prout patet ad ſenſum. Neque hanc veritatem evidentiſſimam negare poteſt quiſquam, niſi vel cum cæco loquatur, vel ipſe utroque lumine careat, aut ſit ſanæ mentis intervallis lucidis deſtitutus. Qua de re vide quoque dicta ſuperius (18). Et inſpice ſi placet, noſtram tabulam Potamo-graphicam Rubiconis.

(17) Vide ſupra cap.13. à n.3.

(18) Vide ſupra cap.6. à n.2.

Si tù

10. Si tù obſiſtas, illud non eſſe Oſtium Piſatelli; ſed Sabiniani; & nos repetimus, illud eſſe Oſtium Piſatelli, non Sabiniani, per ea, quæ ſupra relata ſunt (19). Quinimò cum denominatio ſemper ſit à potiori ſumenda (20); certè ex his duobus fluviis, Ricone, ſive Piſatello, & Sabiniano, primus dignior eſt, quam ſecundus. Tum propter majorem afluentiam aquarum. Tum propter longiorem itineris prolixitatem. Tum propter innumeras rationes, quæ probant, Riconem eſſe Rubiconem identicum Antiquorum: præter eas quas factâ collatione inter Piſatellum, & Sabinianum, affert Vincentius Cæſenas (21). Tum denique, quia etiam ſeorſim poſitis cunctis hujuſmodi rationibus; non ne grave illud motivum ſuperius indicatum, quod fluvius Rico minimè recipitur in fluvios Butrium, & Sabinianum, ſed è converſo, aquæ Butrii, & Sabiniani recipiuntur in Riconem; iſque poſt eas receptas, adhuc aliquantiſper incedit illis auctus ad mare; nonne, inquam, iſtud grave motivum, etiam ex ſe ſolo ſumptum, ita prævalet, ut judicandum ſit, Riconem eſſe digniorem fluvio Sabiniano. Igitur Oſtium, per quod aquæ horum fluviorum denique feruntur ad mare, attribuendum eſt Riconi, non Sabiniano.

(19) Vide in hoc capit. à num. 3. & cap. 6. à n. 9.

(20) Leg. rogaſti ff. ſi certa petat. leg. quæritur ff. de ſtat. homin.

(21) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiqu. ſect. 3. cap. 6.

11. Diximus, ſecundum præſentem ſtatum, quia nunc res ita ſe habet. Veruntamen de negotiis tantæ antiquitatis, quanta eſt illa, quæ modò ventilatur, ut alibi obſervavimus ex Diodoro Siculo, non eſt judicium ferendum juxta eorum ſtatum recentem; ſed prout exiſtebant eo tempore, quo de illis incidit quæſtio. Quamobrem Oſtium Piſatelli, ſeu Riconis, non eſt conſiderandum in ſtatu, & terminis, quos habet ad præſens; ſed in illis, qui eidem aderant ætate Cæſaris, & etiam ante illam 2000. jam ab hinc annis: quo ſanè tempore Rico certiſſimè proprio Oſtio ferebatur ad Mare; ſed ex tunc mutavit curſum verſus finem, & devolutus fuit aliorſum, ubi nunc mixtus aquis fluvii

Digitized by Google

Sabiniani, per aliud à priore Oſtium ſuas undas exonerat in Adriaticum (22).

12. Nec mirum eſt, neque novum, quod Rico verſus finem mutaverit alveum, & conſequenter etiam Oſtium: perplura namque flumina reperitur apud Hiſtoricos, humano artificio priſtinum, vel Oſtium, vel alveum, aut partem alvei commutaſſe. Nilus enim, ut ferunt olim, unico pergebat Oſtio in Mare: deinde imperante Auguſto in ſeptem rivos diviſus fuit, per quos in Mediterraneum dimanaret (23). Tigris, & Euphrates antiquitus per diſſita Oſtia ſinum Perſicum introibant, nunc vero per unicum (24). Gyndes vel Gidnius, olim per unicum decurrens alveum, à Cyro Perſarum Reges in 160. rivulos diſſectus eſt, per quos diffunderet undas (25). Regnante Nerone incæptum fuit opus tranſmiſſionis Moſellæ in Ararim (26). Sub Carolo IV. Imperatore tentata fuit Multaviæ traductio in Danubiū (27). Vicentę incolæ, ac Veronenſes *aquam Bachilionis, & Beronis fluviorum, labentium per territorium Vicentinum ad Civitatem Paduæ, clauſerunt, & abſtulerunt Paduanis* (28). Alia ſimilium in fluviis mutationum exempla poſſent hic accervari: ſed quæ produximus jam ſufficiant.

13. Ut ſtrictius autem de rè Provinciæ noſtræ loquamur, proderit neminiſſe, quod Anemo flumen ex Apenninis montibus per Faventiam tendens verſus Ravennam, *in Paduſam cum influeret, avorum noſtrorum ætate, in Padum eſt traductus*, inquit Hieronymus Rubeus (29). Adhuc, & ut exemplum ex ipſomet Cæſenati territorio afferamus, innoteſcat, quod flumen Sapis olim defluebat in Portum Ravennæ, tempore Auguſti, & ſuccedentium Cæſarum, teſte Flavio Blondo (30): quod ætate noſtra longe ab eadem urbe Ravennæ, ac propius ad Cerviam, in loco qui ab ejuſdem nomine dicitur *il Savio*; ſuas aquas devolvit in Adriaticum (31). Nil igitur mirum, quod & Rico verſus finem

(22) Vide ſupra cap. 6. à n. 2.

(23) S. Hier. com. lib. 4. in Iſai. cap. 11.

(24) Plinius Hiſt. natur. lib. 6. cap. 27.

(25) Baudrand. Hoſtel. Ferrar. ead. voce.

(26) Ricard. dinetus in Adverſariis. Ludovic. Guiciard. in hiſtor. Belgii.

(27) Dubrau. in Hiſtor. Boem.

(28) Gerar. Maur. ap. Murator. Rer. Ital. to. 8. f. 15 A.

(29) Hieron. Rubeus Hiſtor. Raven. lib. 1.

(30) Vide infra cap. 28 à n. 14. Blond. Ital. Illuſtr. Region. 6. Rubeus loc. cit.

(31) Coronel. Atlant. Venet. tom. 2. in Idrografia.

Digitized by Google

finem ſuum, alveum priſtinum commutaverit, ſe commiſcens fluviis Butrii, & Sabiniani.

14. Hocque re verà ita eſſe, probant Statuta Cæſenæ, jam ſuprà in oppoſitum allegata, ubi mandant excavari alveum Piſatelli à villa *Bagnarolæ uſque ad Mare*. Probant & binæ Deciſiones Rotæ Romanæ, tam repetitis vicibus, quam vocibus, judiciali declaratione patefacientes, quod hic fluvius olim decurrebat recto itinere ad æquor Adriaticum in loco, qui dicitur *la Tagliata* propè Portum Cæſenaticum: Ex inde verò curſus ejus traductus fuit verſus fluvios Butrium, & Sabinianum, ſumptibus, & induſtria Civium Cæſenatum, ut evitaretur præjudicium, quod illius undæ inferebant receptaculis producentibus ſal, ac territorio Cæſenati (32). Denique id probant plures aliæ rationes jam ſuperius adductæ, quas benignus Lector ſavebit rurſus oculis perluſtrare (33).

15. *Mendacium ſextum* eſt, quod itinerantibus à Ravennâ uſque ad Ariminum, obvius non occurrat Rico, ſive Piſatellus ad Mare: quippe qui perdatur ibidem in fluvio Sabiniano. Hincque Crucejus apud Gaudentium Merulam inquit, *bis per loca illa circà Ariminum mihi tranſitus evenit, nunquam tamen Rubiconem, quod ſciam, tranavi: quamquam diligens extiterim in inquirendo hoc tam celebri fluvio* (34). Cum autem ex recenſitis auctoritatibus, Rubico ſe Mari Adriatico inter has duas Civitates infundat: & Cæſaris iter, inquiunt Contradictores, non fuerit mediterraneum, ſed littorale; inde fit, quod Ravennâ pergens Ariminum, non potuit conſiſtere apud *Riconem*, ſeu Piſatellum. Ergo non hic, ſed *Luſus* eſt Rubico Antiquorum, à Cæſare militari hoſtilitate tranſgreſſus.

16. ℞. iſtud Mendacium deſtrui per ocularem inſpectionem, ac per ea, quibus diſſipata fuit tota fabulatio quarti, & quinti Mendacii, ſingula ſingulis congruè referendo. Certiſſimè namquè itinerantibus à Ra-

(32) Card. Mantic. deciſ. 143. & 169.

(33) Vide ſupra cap. 6. à num. 3. ad 12.

(34) Gaud. Merul Antiq. G. ll. Ciſalp. lib. 1. cap. 3.

Ravennâ uſquè ad Ariminum, ſecundum præſentem ſtatum, pertranſeundus occurrit Rico, ſeu Piſatellus, in eo loco, ubi poſt receptas aquas Butrii, & Sabiniani fluviorum, ſeſe exonerat in Adriaticum. Etſi tù dicis, illum non eſſe Piſatellum, ſed Sabinianum; nos jam tertiò repetimus, illum eſſe Piſatellum, non Sabinianum per ea quæ ſuperius dicta ſunt (35). Addentes, quod ſicut poſtquam Tigris, & Euphrates, magnifica flumina, hinc & inde, Meſopotamia madefactâ, junctim per unicum alveum in ſinum Perſicum dilabuntur; non eſt major ratio, cur ſimultaneo illi curſui aquarum dandum ſit magis nomen Tigris, quam Euphratis; ita neſcimus, cur undis Piſatelli, & Sabiniani ſimul mixtis attribuendum ſit nomen ſecundi, & non magis primi: nedum tamquam dignioris; verum etiam ex eo quod Piſadellus non dat, ſed recipit in sè undas Sabiniani, quas cum ſuis transfert ad mare.

(35) Vide ſupra cap. 6. n. 9. & 12. & cap. 14. a n. 3. & 9.

17. Sed quidquid etiam ſit hac de rè; proculdubio antequam hi duo fluvii ſimul copulentur, haud longiùs à mari, quam per milliare circiter; uterque ſeparatim incedit: & itinerantibus à Ravennâ verſus Ariminum, prior occurrit Piſatellus, quam Sabinianus. Neque hoc negabit, niſi qui vel oculis, vel mente captus eſt: aut qui neſcit diſtinguere locum à loco, & fluvium à fluvio. In reliquis parum etiam referret, ſi hujuſmodi occurſus nunc deficeret. Nam pro veritate obtinendâ identitatis antiqui Rubiconis cum Ricone, ſeu Piſatello, rem dimetiri oportet, non prout modo exiſtit; ſed prout erat ætate Cæſaris. Ætate autem Cæſaris idem Rico, ſive Piſatellus, diſiunctus, & ſeorſim à Sabiniano certo certiùs occurrebat incedentibus à Ravennâ verſus Ariminum, pertranſeundus in loco, qui dicitur *la Tagliata*, prope Portum Cæſenaticum, ac longe à fluvio Sabiniano, prout late ſupra probatum eſt.

18. Quod poſteà Cæſar, iturus hoſtiliter contrà Romam, digreſſus Ravennâ, ut pergeret Ariminum,

viam

viam tenuerit, non mediterraneam, ſed littoralem; hoc aſſeritur gratis & probandum eſt legitimis documentis, non idealiter ſupponendum: id namque nullus Antiquorum affirmat, ac idcircò à nobis negatur (36). Certè Petronius arbiter, metricè tradit, quod Cęſar tranſiturus Rubiconem *horrendi nemoris de parte ſiniſtra inſolitas voces audivit* (37). Ergo non propè littus marinum, ſed viâ mediterraneâ pertranſivit: quoniam à parte ſiniſtra littoris æquorei nullum erat nemus, ſed ſolæ fluentes, ac refluentes aquæ marinæ. Viæ vero mediterraneæ adeſſe poterat à ſiniſtris nemus; ex quo inſolitas voces audiret. Verum dato etiam, ſed non conceſſo, quod littorali via inceſſiſſet, nedum non concluditur intentum Contradictorum; ſed imò potiùs tota vis argumenti facillimè retorquetur adverſus ipſos ex inſpectione oculari. Quandoquidem littus marinum de die in diem, ad illam oram, ſemper uberiùs prolatatur: quatenus ibi Æquor Adriaticum quotidianâ quadam alteratione paulatim ſeſe retrahit introrſus, & refundens arenas, auget adjacens littus (38). Qua de rè, ſive cauſam naturalem, & philoſophicam cujus rei, vide apud Hieronymum Vitalem (39).

19. Patetque hoc ad ſenſum ex ſitu antiquæ Turris Portus Cæſenatici, quæ anno 1302. cum primo ædificatum eſt illud Oppidum (40) ipſa quoque conſtructa fuit ad ejuſdem tutelam in margine littoris maris: à quo tamen jam nunc diſtat ferè per mille paſſus. Igitur admiſsâ etiam, ſed non approbatâ hypotheſi præſuppoſitâ; ſi Cæſar tenuit viam littoralem; non ideò tamen inceſſit per marginem illum terræ, qui nunc proximè adſtat aquis marinis, ſed per illum, qui tunc erat eiſdem propior, & nunc inde diſtat per unum penè milliare. Intrà quod ſpatium terræ Rico, ſive Piſatellus incedebat antiquitus, & noſtrâ ætate quoque, ac diviſus à Sabiniano incedit: quippe qui non jungitur ipſi Sabiniano niſi longè ab orâ maris per mil-

(36) Vide ſupra cap. 8. n. 23. cap. 11. n. 5. & cap. 15. num. 16.

(37) Vide ſupra cap. 9. n. 19.

(38) Vide ſupra cap. 6. n. 10. cap. 15. n. 15. & cap. 16. n. 19.

(39) Hier. Vital. Lexic. mathemat. V. Verra f. 498.

(40) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. lib. 12. fol. 483.

milliare circitèr. Adeòque antiquitus per præſuppoſitam ſemitam certò certius occurrebat ſolus, & ſeorſim, proficiſcentibus Ariminum à Ravenna.

20. Illud quoque, quod opponitur ex Crucejo apud Gaudentium Merulam, peregregiè retorquetur adverſus oppoſitores: quippe quod non à Ricone, ſive Piſatello, ſed potius à Luſo identitatem antiqui Rubiconis excludit. Nam ſi Crucejus volebat reperire Rubiconem, non debebat illum inquirere *circa Ariminum*, ſed inde longè propè Cæſenam. Rubico enim deſignatur à Strabone non circa Ariminum, ſed *propinquus Senæ*, ideſt *Cæſenæ*, juxtà verſionem Caſauboni (41). Ergo perperam quæſitus fuit à Crucejo in loco, ubi nunquam effluxit. Et cum iſte indagator gradiendo circa Ariminum, impegerit, ut putamus, proculdubio in fluvium Luſum, nec tamen illum agnoverit, ac reputaverit pro Rubicone Antiquorum; hinc ſequitur evidentèr, quod faſſus eſt, Rubiconem à ſe non inventum, eſſe diverſum à Luſo, quem pertranſivit. Adde quod Merula ibidem expreſsè tradit, Rubiconem eſſe illum, qui *materno idiomate altius Rugum* (ideſt Rico) & *non procùl à ſinu, in quem influvit Adriatico, Piſatellum* appellatur (42). Vide quæ ſupra dicta ſunt (43).

(41) Strabo. Geograph. lib. 5. & ibi Caſaubon. Vide hic ſupr. cap. 2, n. 4.

(42) Gaud. Merul. de Antiqu. Gall. cap. 3.

(43) Vide ſupra cap. 3. n. 24.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XV.

Proſternuntur alia iterùm *tria Mendacia*, quibus Riconi denegatur identitas antiqui Rubiconis.

SUMMARIUM.

1. MEndacium ſeptimum, *quod Rico non ſit fluvius, ſed torrens artefactus: nec eſſet anteà &c.*
2. *Ex inſpectione oculari convincitur impudentia hujus mendacii.*
3. *Serpitat inter juga montium, quos natura, non ars humana divulſit.*
4. *In eo exonerant aquas plura Fluenta, & Rivi, Orbi terrarum coævi.*
5. *Reſpondere, quod Argumentum innititur mendacio, eſt illud proculdubio diſſolvere.*
6. *Erat Rico ætate Cæſaris, atque Strabonis, qui de illo ſermonem habet.*
7. Mendacium Octavum, *quod Rico ſit anguſtus, nec dignus fungi Officio finis Italiæ.*
8. *Latitudo ejus eſt alicubi* 10. *alibi* 17. *alibi* 27. *perticarum, pro diverſitate locorum.*
9. *Alicubi eſt latior Luſo. Mirumque, Riconi opponi mendacium in rè adeò manifeſta.*
10. *Quo magis exaggeratur puſillitas Riconis; eo magis probatur, illum eſſe antiquum Rubiconem.*
11. *Non diſcutimus, an deceret, unum, vel alium; ſed quinam fluvius conſtitutus fuerit limes Italiæ.*
12. Mendacium nonum, *quod Riconi non adſit magnificus aliquis Pons, ut aderat Luſo.*
13. *Ponti diruto Luſi, opponitur aljus Pons, itidem dirutus Riconis.*

Rubi-

14. *Rubiconi tempore Cæſaris non ſuperinſidebat Pons magnificus, ſed Ponticulus.*
15. *Duo inveriſimilia ſunt de Ponte fluvii Luſi, & de tranſitu Cæſaris per eum.*
16. *E converſo duo ſunt veroſimilia de Ponte Riconis, & de tranſitu Cæſaris per eum.*
17. *Innuuntur plurimi Pontes magnifici variis fluminibus inſidentes.*
18. *Riconi ſuperextat Pons lapideus, firmus, latus, & commodus itinerantibus.*
19. *Qui & ſimilis dici poteſt Ponti erecto per Narſetem ſuper Anienem.*
20. *Idea Pontis non exiſtentis, minimè præferenda eſt Ponti à parte rei exiſtenti.*

M*Endacium ſeptimum*, cujus obtentu Riconi ſubtrahitur identitas antiqui Rubiconis, eſt, quod idem Rico, ſeu Piſatellus, tempore Cæſaris non eſſet in rerum naturâ, neque Strabonis ætate: utpotè qui poſtmodum fuit artefactus, & ad modum torrentis opere manuali excavatus: adeoquè non ſit naturalis fluvius, ſed foſſatum artificio compoſitum. Quapropter, inquiunt Contradictores, non ei adaptantur verba Strabonis de Rubicone loquentis: quippè qui de fluvio naturali ſermonem habet, non de curſu aquæ artificiali, qualis eſt Piſatellus. Nec pariter eſt Rubico, apud quem conſtitit Cæſar, moturus arma contra Rempublicam; quia tunc idem Rico, ſive Piſatellus, nondùm fuerat labore manuum excitatus.

2. ℞. totam hanc fabulationem, ſeu melius fabularum impudentiſſimarum congeriem, ſubverti eadem formâ quâ diximus dirui primum Mendacium (1) & alia quoque ſucceſſive propoſita Mendacia, prorſus diſſipata fuerunt. Faveant Lectores ad ipſum Riconis fluvium accedere, vel fidum nuncium illuc dirigere; ut intueantur, perſcrutentur, examinent, & exquirant viſivâ intui-

(1) Vide ſupra cap. 13. à n. 13.

Digitized by Google

tuitione rei veritatem: ut denique, oculis perluſtrato tramite, curſuque totali ejuſdem fluvii, certiores fiant, an ſit foſſatum artificialiter factum: vel verus & naturalis fluvius, divinâ ordinatione formatus. Rati, ſe ſtupore afficiendos, quod Contradictores, omni erubeſcentiâ poſtpoſita, temere auſi fuerint effutire, nunquàm diſſolutum fuiſſe hoc argumentum, fluvio Luſo favens, & contendens Piſatellum, tempore Cæſaris in rerum natura nullatenus extitiſſe.

3. Videbunt namquè propriis luminibus, hunc ipſum fluvium Riconem, ſive Piſatellum, à ſuo fonte, ſive fontibus montanis uſque ad Mare Adriaticum, progredi more aliorum fluminum per decem, & octo circiter millia paſſuum (2) ut alibi dictum eſt. An autem adeò prolixus inceſſus potuerit arte coaptari, attento loci ſitu; ipſi judices erunt. Videbunt pariter, illum à ſui exordio uſque ad Viam Emiliam, per octo milliaria, nunquam interrupto itinere ſerptitare inter divexa, & aſpera juga montium, ac reſpectivè inter colles, modo elatiores, modo humiliores: eorumque radices lambere: hos hinc inde dividere: fundamenta ipſorum ſejungere: denique decurrere pluribus in locis ad pedes montium abruptorum, duriſſimis cautibus, marmoreiſque venis interſeptorum: quas non artem, ſed naturam divulſiſſe, cogentur dijudicare.

(2) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par. 2. fol. 18.

4. In hunc tandem fluvium videbunt ſuas aquas exonerare alia plura fluenta, & copioſos undis Rivos *Donigalliæ*, *Fazeti*, *Subrivoli*, *Viſani*, *Alguaredi*, *Bettani*, *Marani*, *Orchæ*, *Manzanibii*, alioſque minoris curſus (3): quorum plurimi cum hinc inde fluant per concava montium, & collium vicinorum, ſemperque fuerint uſque ab initio mundi; oportet neceſſario, quod etiam Rico, ſive Piſatellus eorundem aquas recipiens, fuerit creationi univerſi Orbis coævus. Alioquin ubinam aquas ipſas tetendiſſe dicemus, antequam idem fluvius exiſteret; ſi non fuiſſet naturaliter præexiſtens,

(3) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 6. fol. 55.

Digitized by Google

ſed dudum poſt humano artificio coaptatus ? Hæc, inquam, omnia propriis oculis intuebuntur, & ſimul mirabuntur, quâ fronte, quâ facie, in rè tam viſibili, cunctorumque perſpectioni patente; quiſquam eo uſque proceſſerit, ut de Ricone ſit auſus, nedum voce, verum etiam ſcriptis per Orbem literarium divulgatis, temere coaxare, non fluvium eſſe naturalem, ſed foſſatum induſtriali manu compoſitum ?

5. Quid igitur eſt opus diſſolvere argumentum ex mendacio conflatum, quod Rico, ſive Piſatellus ætate Cæſaris non exiſteret; ſi natura, ſi locus, ſi tota rerum ſeries præfatarum, convincit oppoſitum ? Et nonne eſt reſponſio, reductiva uſque ad nihilum ipſiuſmet argumenti; dicere, quod innititur mendaci ſuppoſito, & quod totum ejus commentum ad evidentiam inſpectione oculari diruitur: humano ſenſu, & natura rerum in contrarium clamante, reſiſtente, judicante ? Quis veritatem hanc, quis Riconem ætate Cæſaris non extitiſſe, contumaci lingua, & calamo contendere valeat, niſi fortè lucidis in mente careat intervallis, vel in corpore ſit oculari lumine deſtitutus: aut certè ſupponat, Cæſarem acceſſiſſe ad Rubiconem, priuſquam Divina manu formaretur Orbis terrarum ?

6. Si autem Rico, ſeù Piſcitellus exiſtebat à parte rei ætate Cæſaris; neceſſariò quoque, ſæculo Strabonis exiſtebat, qui teſte Iſaac Caſaubono, deceſſit ante annum V.C.778. imperante Tiberio, circa illius annum undecimum, vel ſequentem (4): poſtquam Cęſar jàm hoſtitèr tranſiverat Rubiconē, anno circiter 73.(5). Quoad reliqua ſenſū ejuſmet Strabonis, de Rubicone loquentis, tam effusè ſupra oſtendimus arridere fluvio Piſatello (6) ut ſuperfluum ſit hic plura congerere. Si quis tamen deſiderat intueri confutatum alia methodo id, quod comminiſcuntur Contradictores, de non agnito à Strabone ipſomet fluvio Piſatello, vel quod eidem non adaptentur ejuſmet Geogra-

(4) Caſaubon. in initio Geographię Strabonis.

(5) Vide ſupra cap.8. n.4.

(6) Vide ſup. cap. 2. a n.4.

graphi verba; conſulat Vincentium Cæſenatem (7).

7. *Mendacium octavum* eſt, quod Rico, ſive Piſatellus, tametſi alveum habeat, nihilominus habeat admodum anguſtum, nec latiorem ſequi pertica: ideòque non flumen ſit, ſed potius torrens, & foſſatum, indignũ officio fungi termini limitanei, ſeu finis Italiæ, quod commiſſum fuit antiquitùs fluvio Rubiconi. Ubi è converſo fluvius Luſus amplo alveo pateſcat, ac magis idoneo, & digno, qui limitis Italici munere fungeretur. Atque idcircò dicendum veniat, *Luſum*, non *Piſatellum*, eſſe illum verum, & identicum Rubiconem, quem, uti terminum inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam, Cæſar ſignis elatis, contrà interdictum Romanæ Reipublicæ nullatenus metuit pertranſire.

8. ℟. hoc paritèr mendacium deſtrui ad inſtar aliorum, ac ſignantèr ad formam primi (8): nempè inſpectione oculari, quæ probat evidentiſſimè oppoſitum. Fas eſt namque cuilibet ad præfatum Riconem, ſeù Piſcitellum accedere, ſimulque, ſi opus fuerit, etiam ſecum ducere Virum Geometriæ benè peritum, qui decempedâ dimetiatur, non in unico, ſed per plura loca, latitudinem alvei ejuſdem: ut ſic valeat de hujuſmodi oppoſitione rectum ferre judicium. Inveniet namque latitudinem ipſam alicubi *octo*, alibi *decem*, alibi *duodecim*, alibi *decem & ſeptem* perticas tranſcendere: ac alicubi uſque ad *vigeſimam ſeptimam* pervenire: ut ex authentico teſtimonio publici Menſoris apparet apud Vincentium Cæſenatem (9).

9. Vide quanto exceſſu convincitur blateràta reſtrictio latitudinis ad ſolam ſeſqui perticam: cum æqualem Riconi fluvius Luſus fortaſſe non poſſideat amplitudinem, vel nullo in loco reſpective tranſcendat. Quinimo pluries anguſtiſſimus incedat: & ſanè ad finem, ubi latior eſſe deberet, prope Belaerem arctiſſimus invenitur: ut ex hoc arrogare ſibi non valeat identitatem

Cc 2 Ru-

(7) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 8. fol. 45.

(8) Vide ſup. cap. 13. à n. 3.

(9) Vincent. Cæſen. loco citat. fol. 100.

Rubiconis Riconi debitam. Eſt verò mirum, quam audacter quiſquam hominum auſus fuerit hoc figmentum impugnatorium concipere. Sed & adhuc magis eſt mirum, quam temerè illud aggreſſus ſit arte typographi per univerſum orbem Eruditis omnibus intimare: nil cogitans id, quod magis prævidendum erat, & inſimul metuendum; nimirum, ſe poſſe propter hoc experimentali dimenſione convinci, ut vaniloquus detegeretur: atque ut calumniator in rè ad ſenſum patente, coràm omnibus appareret. Quem autem taliter mentiri non pudet; quid pudebit ulterius comminiſci.

10. Cæterum quo magis exaggeratur puſillitas Piſatelli, ſive Riconis; id eo magis probat, hunc eſſe verum, proprium, & identicum Cæſaris Rubiconem: quem omnes Hiſtorici, & Poetæ antiqui una voce conclamant, parvum, & exiguum extitiſſe (10): Ac è converſo quo magis amplificatur majoritas fluvii Luſi, quem Plinius vocat Apruſam (11); eo minùs probatur, ad illum pertinere identitatem Rubiconis antiqui. Ut quemadmodum de corpore infecto habituali ægritudine, ſive tabefacto, Medicina docet: *quo magis nutris, eo magis inficis*; ita & de Luſo verum appareat: quo magis magnificatur, eo magis elongatur ab identitate Rubiconis antiqui: atque in illius detrimentum refluit, quod ad ipſius fingitur incrementum.

11. Quidquid ſit poſtmodum, an decuiſſet pro Italiæ, atque Galliæ Ciſalpinæ utrimque termino, conſtitui flumen majoris amplitudinis, ac profuſioris ubertatis aquarum, nec ne? Hoc nihil faceſſit ad præſens negotium: nam non de re facienda, ſed de rè facta diſſerimus (12). Et certo certius novimus, hæc tria. *Primo* quod Luſus nulla dignitatis, & meriti prerogativa ſuperat Riconem. *Secundo*, quod inter alias quoque Regiones, Provincias, & Regna, conſtituti fuerant limites minoris momenti, quam ſit Rico. *Tertio*, quod munus *Finis Italiæ* contra Gallos à Romanis impoſitum fuit

(10) Vide ſupra cap.1. à n.8. & infr.cap.20. n.4.

(11) Plinius Hiſt. natur. lib.3. cap. 15.

(12) Vide ſupra cap.19. n.19.

fuit, non Pado, non Abduæ, non Ticino; denique non alteri magno, vel alia ratione peramplo flumini; ſed exiguo Rubiconi: prout ex pluribus documentis jam ſuperius oſtendimus (13). Quibus nunc ad ornatum addimus Antonii Aſteſani carmina, ſic de Galliâ Ciſalpinâ canentis.

Quæ Pedemontanis, ut fertur, ab Alpibus uſque
Tenditur exiguas ad Rubiconis aquas.
Ut Lucanus ait, Rubicon diſterminat arva
Certus ab Auſoniis Gallica limes agris (14).

12. *Mendacium nonum* eſt, quod ſuper fluvio Ricone, ſive Piſatello, nullus Pons magnificus exiſtat, nec unquam extiterit, ſimilis magnifico illi Ponti, qui olim inerat (ut ſupponitur, ſed non probatur) fluvio Luſo, ubi Viam Emiliam dividit. Pons equidem, inquiunt Contradictores, nunc dirutus; at cujus ruinæ adhuc indicant, qualis, & quantus fuerit. Unde, ſubdunt, inferendum venit, quod Luſo potius convenit identitas antiqui Rubiconis, uti tam eximii Pontis ornato prærogativa; quam Riconi, ſive Piſatello, eadem prorſus deſtituto: adeoquè minus digno, qui pro termino Italiæ contra Galliam Ciſalpinam ſtatueretur: ubi Cæſar tranſiturus hæſit, dubius, an limes ille armata manu tranſiliendus eſſet; an vero potius expediret convertere greſſus retrorſum.

13. ℞. ab iſto vaniloquio provocandum eſſe ad ocularem inſpectionem utriuſque fluvii memorati. Atque ſatis eſſet dicere, quod ſi à Pontibus dirutis argumentum eſt deſumendum, nos (citra præjudicium Pontis paulo infra memorandi, qui nunc inſidet Riconi ad Viam Emiliam) opponimus exaggerato Ponti diruto Luſi, Pontem ſimiliter dirutum, qui ſupergradiebatur olim Riconi, binis, terniſue mille paſſibus infra Cæſenam, juxtà viam ducentem ad Portum Cæſenaticum, in loco, qui adhuc dicitur, *il Ponte della pietra*:

& à

(13) Vide ſup. cap. 1. à n. 3. & 11.

(14) Anton. Aſteſan. de variet. fortun. lib. 2. cap. 6.

& à quo tota villa circumpoſita, nec non Eccleſia ruralis, & mola frumentaria ibi adſtans, in præſentiarum quoque nomen accipiunt. Si autem tu forte dixeris, hunc Riconis Pontem non fuiſſe adeo magnificum, ut erat præſuppoſitus ille Pons Luſi; reſpondemus, fuiſſe magnificentiorem: eritque tuum onus probare concludentèr oppoſitum: & hoc uſquequo non probaveris, argumentum tuum proſtratum penitus conticeſcet.

14. Deindè ipſimet argumento reſpondemus, quod nos fluvium Luſum pertranſivimus in loco, ubi ſcindit Viam Emiliam, nec tamen ibi vidimus apparere veſtigia indicativa præexiſtentiæ ullius Pontis magnifici. Verumtamen ſi forte minus accurare locum perſcrutati fuimus; illuc accedat quiſquis alius, & exactius rem rimetur. Sciturus nihilominùs, quod quanto majoris Pontis rudera detegentur, (ſi pons iſte unquam fuit in rerum natura) tanto fortiùs inferendum erit, illum fluvium nulla præditum eſſe identitate cum Rubicone Antiquorum. Rubico namque, tranſeundus à Cæſare non erat per Pontem amplum, & magnificum, ſed per *Ponticulum*. Quandoquidem ipſe dux ſuos commilitones allocutus eſt apud Svetonium: *Etiam nunc regredi poſſumus: quod ſi Ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt* (15).

(15) Svetonius in vit. Jul. Cæſaris.

15. Attende quoque, quod ſi Luſo attribueretur identitas antiqui Rubiconis; dicendum etiam eſſet, quod Cæſar non illum tranſmeaſſet, niſi per eundem Pontem magnificum, quem ſupponitur interſecaſſe viam Æmiliam, in loco nunc diſtante à littore marino quatuor circiter mille paſſibus dumtaxat: ac tunc vix forte tribus, propter excreſcentiam, qua per decurſum 18. & ultrà ſæculorum, ora littoralis ibidem noſcitur prolatata (16). Duoque inveriſimilia ſunt reſpectu ad Luſum. *Primum*, quod in brevi decurſu ter mille paſſuum à via Æmilia uſque ad Mare, ſuper eodem fluvio, præter magnificum Pontem, qui ex adverſo ſupponitur; adhuc

(16) Vide cap. anteced. à n. 18. cap. 6. n. 10. cap. 16. n. 19.

adhuc alius Pons adfuerit, *Ponticulus* à Svetonio nominatus. *Secundum*, quod Cæſar perrecturus Ariminum cum exercitu, tranſeundum aſſumpſerit Rubiconem tumentem fluctibus; ipſe cum aliquot primoribus ſuis, per Ponticulum: cohortes vero per flumen (ita in flatum, ut opus fuerit equites altius præire, ad ſiſtendam colluviem aquarum, quas hac induſtria diminutas, pedites inferius pertranſirent) quando parum prolixiore inceſſu potuiſſet per ſuppoſitum Pontem magnificum, tutiùs, & magis expeditè meare, tam ipſe, quam totus ejus exercitus. Profecto ſi taliter operatus eſſet, non ut prudens, ſed ut ſtultus dux ſe geſſiſſet.

16. Ac è converſo duo ſatis veriſimilia ſunt reſpectu ad Riconem, ſeu Piſatellum. *Primum*, quod ſuper hoc fluvio, præter majorem Pontem, dividentem Viam Æmiliã longè à littore marino per decem circiter mille paſſus; alius adfuerit Pons minor circa medium itineris, ad commodum illorum qui properabant aliquanto ſeorſim ab ora littorali ſitus verſus villã Ruffii. *Secundũ*, quod Cæſar, veniens Ravenna (dicerent hic Scipio Claramontius, atque, & Vincentius Cæſenas opinionem) tranſeundum aſſumpſerit Riconẽ ipſum, non per majorem Pontem, utpote à ſe nimis diſtantem; ſed per Pontẽ minorem, apud ipſam villam Ruffii, tamquam ſuo itineri magis accommodum: & appellatum à Svetonio, Ponticulum. Sicque ſi ac Pontibus dijudicanda eſt identitas antiqui Rubiconis; hæc certè aſſignanda venit fluvio *Riconi*, ſive Piſatello, non vero fluvio *Luſo*.

17. A' præmemorato deindè mendacio, inquantum negat adeſſe Riconi ullum Pontem magnificum; rurſus provocatio interponitur ad inſpectionem ocularem itinerarium, quos nulla peculiaris affectio præoccupaverit; ſed ſola regat intentio, veritatem prout eſt indagandi. Niſi forte pro Ponte magnifico intelligatur ab adverſariis Pons comptus marmoreis ornamentis, turribus, ſtatutis, emblematibus, intercolumniis, toreumati-

matibus, aliiſque artificioſis operibus perornatus: prout ſunt, & reſpective fuerunt, *Pons S. Angeli* Romæ, qui Tiberi ſupereminet. *Pons Papienſis*, quem Galeatius II. Princeps Mediolani flumini Ticino ſuperinduxit (17). *Pons Dacicus*, quem Trajanus Imperator miro modo ſuper Danubium ædificavit (18). *Pons Coloniæ*, quem Conſtantinus Magnus erexit (19). *Pons Moguntiæ*, quem Carolus, itidem Magnus, conſtruxit (20) *Pons* deniquè *Vulturni*, quem Fridericus II. Cæſar ſumptúoſis fecit ornatibus decorari (21).

(17) Joviusin Vita Galeatii 2. Vicecomitis.

(18) Sabellic. lib. 4. Enead. 7.

(19) Sigon. de Imper. Ovid. lib. 2.

(20) Crantzius lib. 2. Saxon. cap 7.

(21) Jovius in Vit. Frider. Barbaruſſ. ad fin.

18. Si enim de Pontibus conſimilis magnificentiæ ſit ſermo; ultrò fatemur, fluvio Riconi, ſive Piſatello, tale opus minimè adeſſe. Verum, quia fluvius quoque Luſus Ponte hujuſmodi conſpicuitatis deſtitutus eſt, & fuit; argumentum nullo nos afficiet præjudicio. Ac item quoniam *Pontes etiam lex Maria fecit exiguos*, ut inquit Cicero (22); ſat erit quod fluvio Riconi ſuperadeſſe cernitur Pons lapideus, congruus, & bene compactus, optimè deſerviens uſui, tam pedeſter, quam in quadriga tranſitantium Rubiconem: fluvium equidem.

(22) Cicero de legit. fol. 191.

Saxeus ingenti quem Pons amplectitur arcu (23).

(23) Lucan. Pharſal. 4. 3.

Pons, inquam, S. Lazari nominatus, cujus vacua latitudo, per quam aqua decurrit, eſt palmorum Romanorum 59. Altitudo itidem vacua inter ſuperficiem alvei fluvialis, & ſupercilium ipſiuſmet arcus, eſt palmorũ 26. Tota Pontis longitudo exterior, ab initio uſque ad finem, eſt palmorum 96. Altitudo vero murorum ejus lateralium hinc inde, palmorum eſt ſex: & in ementiori convexo fornicis, palmorum eſt fere quatuor.

19. Talis profectò qualitatis, & quantitatis Pons reſpectu ad magnos Pontes ſuperius recenſitos, alioſve ſimiles illis, dici potuit à Cęſare Ponticulus. At reſpectu ad Pontes ordinarios, qui occurrunt itinerantibus per Italiam, dici meretur Pons validus, & opportunus, ac dignus, ut (ſervatâ debitâ proportione) comparetur illi Ponti, quem celeberrimus Narſes, Dux Græ-

Græcorum, & Regni Gothici ſubverſor Italiam opprimentis, Anieni flumini adpoſuit, ubi hoc legitur epitaphium.

Quàm bene curvati directa eſt ſemita Pontis,
Atque interruptum continuatur iter.
Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis undas,
Et libet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia veſtra Quirites,
Et Narſim reſonans plauſus ubique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes;
Hic docuit durum flumina ferre jugum (24).

(24) Gruter. Inſcript. Roman. fol.161, n. 2.

20. Quoad reliqua obſtupeſcat Lector, quomodo ad ſubtrahendam *Riconi*, & intrudendam *Luſo* Rubiconis identitatem, recurſus habeatur ad ſpeculativam ideam Pontis, qui olim ſupponitur adfuiſſe, aſt re vera vel nunquam fuit, vel certè nunc neutiquã adeſt ipſimet Luſo. Quaſi chimerica imago Pontis actu non exiſtentis, ac quem neſcitur, an, qualiter, & quando unquam fuerit; dignior debeat judicari Ponte à parte rei exiſtente, valido firmo, capace, omnibuſque conſpicuo. Quid quæſo hujuſmodi vaniloquio poteſt deterius effutiri? At bonum ſit nobis, quod ad ſubvertenda jura Riconis, non ei obiiciatur deficientia magnificorum Pontium excogitabilium ſuper illis fluminibus, quæ quidam fabulati ſunt, ope Teloſcopii cerni poſſe in concavo Lunæ (25).

(25) Hieron. Vital. Lexic. Mathem. V. Luna.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Diſſipantur alia *tria Mendacia*, quibus detrahitur identitas antiqui Rubiconis fluvio Riconi.

SUMMARIUM.

1. Mendacium decimum, *quod Cæſenates habeant ſolum flumen Sapim, non vero Rubiconem.*
2. *Non quærimus, ad quem pertineat, ſed quinam ſit verus Rubico antiquorum*; Rico, *an* Luſus?
3. *Nedum Sapim, verum etiam Rubiconem, Cæſenates pro ſuo habent, & de illo plenè loquuntur.*
4. *Argumentum negativum nil probat. Et ea, quæ reticentur, minimè tacenti præjudicant.*
5. *Statuta Cæſenæ memorant Rubiconem ſub nomine Piſatelli, eique deputant Superintendentes.*
6. Mendacium undecimum, *quod Rico non habeat aquas uni molæ frumentariæ ſufficientes &c.*
7. *Memorantur Antichthones, & incolæ Lunæ: ac habitantes terram incognitam, & ſub* Polo *Arctico.*
8. *Mirum eſt proponi Eruditis mendacia, quæ inſpectione oculari poſſunt proſterni.*
9. *Riconi adſunt multa Piſtrina, & ſepta fluvialia miniſtrantia illis aquas.*
10. *Fluvius Luſus, cum ei nullum adſit Piſtrinum, inſultare non poteſt Riconi.*
11. *Mos Regum Egypti, & Perſidis, circa aquas Iſtri, Nili, & Euphratis.*
12. *Ad omnia flumina majora, & minora, patet beſtiis acceſſus pro ſiti explenda.*
13. *Rico nullo titulo inferior eſt Luſo, deficitue à ratione formali fluminis.*

Men-

Digitized by Google

14. Mendacium duodecimum, *quod Rico, Butrius, & Sabinianus non habeant aquam uſque ad talos.*
15. *Fluvii decurrentes inter Cæſenam, & Ariminum, ſunt ejuſdem conditionis cum Luſo.*
16. *Nec is ideo illis prævalet entitativè, quia ſit aliquantiſper prolixior.*
17. *Equalis eſt quidditas conſtitutiva fluvii in Ricone, Butrio, Sabiniano, & Luſo.*
18. *Piſatellus antiquitus non junctus aliis fluviis, ſed ſolus tendebat ad mare.*
19. *Olim, ubi Rico, Butrius, & Sabinianus junguntur, aderat mare.*
20. *Magna copia aquarum Riconis in hieme diruit mendacium oppoſitum.*

M*Endacium decimum* detrahens fluvio *Riconi*, ſive Piſatello, identitatem antiqui Rubiconis, ut fluvio *Luſo* approprietur, eſt, quod Cæſenates nullum aliud flumen habeant, ad eos pertinens, quam Sapim. Idque probetur ex Statutis ejuſdem Civitatis, decernentibus, eligi per Conſilium generale *quatuor Officiales, duo videlicet ultra flumen, & alii duo citra flumen* (1) Ex quibus inferunt Contradictores, quod ſi præfatorum Officialium electio coarctatur ad ſolum flumen Sapim; ergo Cæſenates non habent aliud flumen, quam iſtud, & pro ſuo non reputant Rubiconem: ac per conſequens Rico, ſeu Piſatellus, eorum territorium percurrens, non eſt Rubico identicus Antiquorum.

(1) Statut. Cæſen. lib. 4. fol. 391.

2. ℞. quæſtionem noſtram nunc non eo directam eſſe prçciſe, ut agitetur, ad quam Urbem, vel Oppidum, aut Caſtrum proximum pertineat, vel non pertineat Rubico; ſed quinam ex his duobus fluviis, curſum habentibus inter Cæſenam, & Ariminum, ſit Rubico Antiquorum; *Rico*, ſive Piſatellus, an *Luſus* (2). Nec item hujus identitatis controverſia modo diſcutitur

(2) Vide infra cap. 3., n. 7.

Digitized by Google

inter Ariminenſes, & Cæſenates; vel inter hos, & incolas alterius determinati loci; ſed inter viros eruditos (ex quacumque patria ſint) fautores, & defenſores hinc inde, *Riconis*, aut *Luſi*. Et ſicut bene ſtare poſſet, quod Luſus eſſet Rubico, tametſi Luſus ipſe nil ad Ariminenſes pertineret; ita poteſt quoque optimè ſtare, quod Rico, ſive Piſatellus ſit verus, & identicus Rubico Antiquorum, quantum libet idem Rico ad Cæſenates nullatenùs pertineret. Quid enim pertinentia fluvii cum ejuſdem exiſtentia, & identitate?

3. Tam falſum eſt poſtmodùm, quod Cæſenates non habeant pro ſuo, niſi unicum flumen Sapim, (excluſo Rubicone); ut nil falſius valeat reperiri. Vix etenim eſt ullus Cæſenas civili vivens cultu, & capax præſentis indaginis, qui memoret Sapim, & Rubiconem excludat. Ore pleno de utroque fluvio Cæſenates loquuntur. Schema Civitatis Cæſenæ pictum, ſculptum, aliterve delineatum, exhibent, cum his ambobus hinc inde fluminibus. Carmina, Cantilenas, Poemata dedicant Equitibus, & Matronis, fluminum Sapis, & Rubiconis. In Poeticis, Eruditis, Academicis, & Oratoriis actionibus, inclamant, repetunt, & reſonanti voce loquuntur, noſter Sapis, noſter Rubico &c. Denique juxta intercurrentes occaſiones, & eventuum contingentias, mentionem ipſorum fluminum, vel ſimultaneam proferunt, vel rarò valdè disiungunt.

4. Quod autem in loco Statutario ſupra propoſito, non fiat ſermo niſi de flumine Sapis, hoc quid detrahit exiſtentiæ Riconis, ſive Piſatelli, & ejuſdem identitati cum Rubicone Antiquorum? Si non ibi Rico memoratur; nec etiam excluditur: & hoc ſufficit ad noſtrum intentum. Nam Argumentum negativum nihil probat (3). Ac ſignanter, ea quæ reticentur, ubi agitur de privationis, & excluſionis effectu, tacenti nullum irrogant præjudicium (4). *Si* namque *voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis non uteremur*, inquit

(3) Vide ſupra cap. 20. n 10.

(4) Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum 40. n. 10. Curtius Jun. in leg. cum quid n. 15. verſ. octavus ff. ſi cert. petat.

quit

quit optimè Tullius (5). Tritumque apud Juriſconſultos eſt, quod in Legibus, & Statutis, omiſſum nil operatur, & pro prætermiſſo prorſus habetur (6). Adeoque reticentia Rubiconis nihil concludit, quod Cæſenatum jura convellat.

(5) Cicero pro Cæcina 295. A.

(6) Vide Barboſ. Tract. var. Axiom. 39. n. 2.

5. Denique ſi fluvius idem non ibi memoratur; memoratur alibi pluriès in ipſis Statutis ſub nomine Piſatelli, cum propriis Officialibus, ejuſmet curæ præfectis. Nam ibidem ſancitur, *quod per D. Vicarium*, (ideſt Gubernatorem), *& D. Ancianos* (ideſt Magiſtratum Urbis) *eligantur boni, & idonei Officiales &c.* qui curent deduci quoſdam rivos *in lectum Piſadelli &c.* Ita quod aqua *fluat, & labatur in Piſadellum* (7). Non ergo unicum, ſed bina flumina ſe habere judicarunt Cæſenates, qui jura municipalia compilarunt. Nec Sapi tantum, ſed & Riconi, ſeu Piſatello, aliàs Rubiconi Antiquorum, Superintendentes Officiales, & Curatores proprios præficiendos eſſe ſanxerunt. Quorum verba cum evidentiſſimè confutent Mendacium ex adverſo propoſitum; jam ſuperfluum eſt huic ſubvertendo diutius immorari.

(7) Statut. Cæſen. lib. 4. fol. 292.

6. *Mendacium undecimum* eſt, quod Rico, ſeu Piſatellus tantæ puſillitatis exiſtat, ac tantæ ſterilitatis aquarum, ut hæ vix ſufficiant uni molæ frumentariæ voluendæ (cui alioquin etiam ſimplices canales, & rivuli, undas exiguas perferentes, ſufficiunt. Adde (inquiunt Contradictores) quod aquæ rivulorum, hinc inde fluentium, undique corraduntur, ut in Piſatellum deſcendant. Quare autem hoc? Ut pecudes illuc proficiſcentes valeant ſibi ſitim explere. En verba Statutorum Cæſenæ: *Sancitur, quod manuteneantur duo vadi, qui intrent in Piſatellum ab utroque latere &c. ita quod beſtiæ vadant ad bibendum in Piſatello* (8). Fluentũ igitur tantæ abiectionis & ad ſolam explendam ſitim pecudum deputatum, non meruit conſtitui limes inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam: adeòque non

(8) Statut. Cæſen. lib. 4. fol. 296.

Digitized by Google

non poteſt eſſe Rubico identicus Antiquorum, qui hoc præclaro munere fungebatur.

7. ℞. quod ſi Riconis impugnatores, præſenti, & prænarratis aliis Mendaciis, intenderunt deludere *Antichthones*, ſive habitatores alterius idealis terrę (diverſæ ab ea, quæ centrum univerſi orbis exiſtit): de quibus Macrobius in ſomnium Scipionis (9): aut ludificare homines illos chimericos, quos permanere in concavo Lunæ aliqui antiqui commenti ſunt apud Tullium (10): & nonnulli quoque moderni apud Argolum (11); poterit præſens Mendacium una cum præteritis tolerari ſimul, & parvipendi: quatenus prævidentes, ſe à nullo idealium illorum hominum convincendos de figmento, vel ſtultiloquio; valebant quidquid maluerunt arbitrarie præfari. Ac idem dic, ſi eorum intentio fuit illo directa, ut ad ſolos incolas terræ Auſtralis incognitæ, vel ad eos, qui ſub Zenith Poli Arctici commorantur, ſua ſcripta pervenirent: quippe à quibus neque *Rico*, neque *Luſus* eſſet unquam cernendus.

(9) Macrob. in ſomn. Scipion. cap. 11.

(10) Cicero Quæſtion. Academ. lib.4.

(11) Andr. Argolus apud Vital. Lexic. mathem. V. Terra.

8. Sed ſi talia protulerunt, ut innoteſcerent Italis Eruditis, & Occidentalibus Europeis; mirum eſt ſanè, quod in rebus patentiſſimis, & humano ſenſui ſubjectis, quæ poſſunt inſpectione oculari quotidiè, facillimè, atque ab omnibus explorari; tanta ſint auſi enormitate mentiri: ſcituri, ſe ad ſummum aliquos fortaſsè, incautos, longe diſtantes, & oſcitanter ſcripta legentes, potuiſſe circumvenire ſuis dicteriis; at non certè viros perſpicaces, & veritatis indagandæ ſolertes. Mirum itidem, quam exceſſivè Riconem, ſive Piſatellum, deprimere nitantur; & omni depoſito pudore, illum appellare ſimplicem rivulum, torrentem artefactum, foſſatum prædiale &c. Quaſi homines carerent oculis, & mente, quibus poſſent requirere, num vera ſint hujuſmodi prædicata: & ipſiuſmet Riconis defenſoribus calami deficerent, ac verba, quibus valeant injurioſa hæc epitheta innoxio ab ipſo fluvio propulſare.

Acce-

Digitized by Google

9. Accedat quicumque viſivæ virtutis eſt compos, ad margines Piſatelli, & (quantum ad Mendacium hoc undecimum) videbit propriis luminibus, decem piſtrina, per ejus tramitem in totidem locis congruis diſtributa (12)& nonnulla ex illis non unicam tantum, ſed binas molas frumentarias continentia (13) quæ per totum anni tempus, non ceſſant redigere triticum in farinam (niſi fortè aliquo raro caſu, æſtivo tempore, dum non in hoc dumtaxat, ſed & in proximis quoque fluminibus, proptèr intenſi caloris vehementiam, aquarum copia contemporaneè deſiccatur). Videbit & ſepta fluvlalia, vulgò *le Chiuſe*, nedum lignea, verum etiam lapidea, intercludentia decurſum aquæ, ut permeet in ſyphones, tubos, atque canales deſervientes moletrinis. Videbit denique alicubi reliquias conſimilium ſeptorum piſtrinalium: quæ tametſi firmiſſima exiſterent, alia lateritia, & alia ſublicis validiſſimis communita; fuerunt nihilominùs aquarum ibi decurrentium impetu devaſtata.

(12) Vide ſupra cap. 13. n. 20.

(13) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 6. fol. 37.

10. Deindè accedat quicumque maluerit ad fluvium *Luſum*, & admotis etiam ſibi perſpiciliis acutiſſimis, perſcrutetur, an ullum in eo valeat reperire triticeum molendinum? Nec enim vel unicum inveniet: quia, ut audivimus à relatoribus, nullum ibi adeſt hujuſmodi generis ædificium. Qua igitur audacia debacchantur Impugnatores Riconis, & eidem inſultant, quod vix aquam ducat ſufficientem ad voluendam rotam unicam frumentariam, ſi actualiter in conſpectu omnium ſubminiſtrat aquam decem piſtrinis: quorum nonnulla continent molas duplicitas, jugiter proterentes frumentum? Ac ſi ad cohibendam copiam ejus aquarum, vix ſufficiunt ſepta fluvialia, tum lapidea, tum lignea, etiam firmiſſimè conſtituta? Denique *qua prudentia inſultant de molis Piſatello, in collatione cum Luſo; ſi Luſus nullas, Piſatellus pluſquam decem exercet*? (14)

(14) Idem Vincent. Cæſen. ſect. 2. cap. 1. fol. 16.

Hiſ-

11. Hiſque retunditur etiam petulans illud improproprium (nè ſtultiloquium appellatur) quo dicitur, ideo corradi aquas hinc inde circumfluentium rivulorum, traducendæ in Riconem, ut pecudes ibidem poſſint ſitim explere. An exigui rivuli dumtaxat, vel magna etiam fluenta, & exundantes rivi aquis properent in Riconem, infrà videbimus. Interim ſi prænominata cauſalis eſſet vera, oporteret aſſerere, quod quia Caliphæ, ſive Sultani Egypti, ad illud Regnum evecti, mittere ſolebant equum, utpotaret aquam Euphratis, in ſignum extenſionis imperii ſui uſque illuc (15); Euphrates nonniſi deputatus eſſet ad explendam ſitum equorum. Item quoniam Perſidis Monarchæ conſueverant ex Nilo, & Iſtro ſumere hauſtum aquæ, illumque in theſauro ſuo Suſis recondere, veluti teſſeram, & pignus ditionis uſquè ad utrumque flumen iulld protenſæ (16); tam Nilus, quam Iſter, non ad aliud quam ad ſervandum aquæ hauſtum inutilem in Arcario Regum Perſidis deſervirent.

(15) Paulus Jovius Hiſtor. lib. 33.

(16) Plutarchus in Alexandr.

12. Et quantum ad præbendum potum beſtiis campeſtribus; dicant quæſo Contradictores, numquid & non in fluvio Luſo procedunt pecudes ad habendum? Sed quid de Luſo? Nonne & in Pado, & in Tiberi & in Arno, & in Abdua, & in Mincio, & in omnibus una voce fluminibus, majoribus, & minoribus, non ne, inquam, alicubi concurrunt armenta, ut ſibi detrahant ſitim? Ubinam ſunt illa flumina, in quibus non valeant quadrupedia ſiti fatigata potare? Niſi hoc attribuatur illi flumini Eridano, qui format in Cælis unam ex Imaginibus Aſtronomicis, poſitâ ad plagam auſtralem (17): Aut idealibus illis fluminibus, quæ in globo Lunæ ope nuntii ſiderei apparere quidam commentitiè nugantur (18)? Quid ergo præjudicat Riconi propinare aquas gregibus paſcualibus ad bibendum? Numquid non ad alium finem præter hunc fuit creatus? Et miniſtrare aquas decem Piſtrinis: & illas itidem exhibere innume-

(17) Hieron. Vital. Lexic Mathemat. V. Eridianus.

(18) Idem Vitalis verb. Luna.

numeris lacunis ad macerandum linum, atque canabin deputatis: & in ſe recipere aquas, quæ alioquin diſperſæ ſata vaſtarent, aeremq; corrumperent; hæcne pro nihilo computantur? Alia vide apud Vincentium Cæſenatem (19).

(19) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 6. fol. 40.

13. Mendax igitur eſt argumentum ex adverſo propoſitum: ac Rico non ad ſola refocillanda potu quadrupedia, ſed ad graviſſimos quoque alios uſus deſervit, numero, & qualitate prævalentes illis, qui exhiberi à fluvio Luſo noſcantur. Itidem Rico, ſeu Piſatellus, non eſt ſimplex rivulus, non eſt torrens artefactus, non eſt foſſatum prædiale, ut Impugnatores ejus perperam fabulantur: ſed eſt verus, germanus, & naturalis fluvius, nullo titulo inferior Luſo, in ratione conſtitutiva fluminis: & ex nullo prorſus capite minus dignus eodem honore, ſuſtinendi officium limitis inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam, olim Rubiconi commiſſum. Adeoque & quod ad illum pertineat identitas ipſiuſmet celeberrimi Rubiconis.

14. *Mendacium duodecimum* (quod velut ultimum, immaniſſimum, biceps, atque ſenſu palpabile, dici poteſt Mendacium Mendaciorum) eſt, quod inter Cæſenam, & Ariminum, nullus ſit curſus aquarum, qui habeat rationem fluminis, niſi ſolus *Luſus*: cæteri verò intermedii non ſint niſi rivuli, & parvi torrentes. Ac inter hos *Piſatellus*, nedum ex ſe ſolo, verùm etiam copulatus aliis duobus fluentis, haud procul ab eo decurrentibus, *Butrio*, & *Sabiniano*, tantam non congreget aquam, etiam hyemali tempore, quæ pertingat ad talos vadantium. Ac idcirco non potuerit conſtitui à Romanis pro termino Italiæ. Adeoque non ſit conſequenter Antiquorum Rubico, quem Cæſar iturus contra Romam tranſivit.

15. ℞. per ocularem inſpectionem facillimè proteri utrumque caput hujus enormiſſimi Mendacii. Et quoad primum, certum eſt, euntibus à Civitate Cæ-

ſenæ ad Ariminenſem, occurrere tranſmeandos quinque notiſſimos fluvios: videlicet 1. *Riconem*, ſeu Piſcitellum. 2. *Butrium*, ſeu Rigoſsam. 3. *Sabinianum*, qui dicitur etiam Flumicinus. 4. *Luſum*. 5. *Mariculam*. Nec ita rem ſe habere negabile eſt, niſi vel à penitùs cæco, vel à prorſus amente: aut à viro aliquo impudente, qui ſit capax negandi, quod Sol inferat lucem terræ cum ſupereminet in meridie. Seorſim autem hic poſitâ Mariculâ cæteris grandiore, dicimus, quod ſi Luſo ineſt qualitas conſtitutiva fluminis, ſeu fluvii; eadem pariter ineſt Riconi, Butrio, & Sabiniano. Nec ulla prorſus reperitur conditio fluvialis in Luſo, quæ non ex æquo concurrat in aliis quoque tribus præfatis (20).

16. Convincitur hoc ex aſpectu horum omnium: necnon ex tabula geographica Magini (21) ex Vaticana, item ex Daviſiana, ex Creuteriana, & generaliter ex tabulis omnium Geographorum, qui Provinciam Romandiolæ ampliori forma deſcribunt. Adde illis tabulam topographicam, quam exhibet Claramontius (22). Et quamvis fortè Luſus aliquantiſper prolixiore incedat itinere: ac Butrius minore aliis pergat inceſſu; hoc nihil officere noſcitur entitativè, ac formaliter (quidquid ſit quantitativè, ac materialiter). Magis enim, & minus non variant rerum ſpeciem, atque naturam (23). Et prolixitas tantillo major, vel aliquantulo minor fluminum, non conſtituit eorum formalitatem. Nec minus entitate fluminis gaudet Mincius influens in Padum; quam Padus ipſe decurrens geminato fermè itinere ac Mincius. Quid plura? Timauvo nemo negat veri fluvii quidditatem: & tamen vix graditur ultra bis mille paſſus (24).

17. Itaque Rico, ſive Piſcitellus, ac Butrius, & Sabinianus (præciſa quantulacumque illa paulò majori prolixitate Luſi mox memorata, quæ vix, vel parùm eſt ſenſibilis), in reliquis tum alveum, tum ripas, tum ſtructuram fluvialem naturaliter productam, tum denique

nique

(20) Vide infra cap. 20. à n. 14.

(21) Jo. Ant. Magan. Italia in Pro. Romandiolæ, ſive Flaminiæ.

(22) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par. 2. fol. 26.

(23) Leg. final. ff. de fund. inſtr. Barboſ. Tract. var. axiom. 90. n. 6.

(24) Ferrarius & Baudr. Lexicon. Geograph. V. Timavus.

Digitized by Google

nique fluxum aquæ notabilem, ac incrementum, & reſpectivè decrementum aquarum habent pro temporum diverſitate, ipſomet modo, ac forma, qua illis prędítus eſt idem Luſus: nec unquam æſtivo tempore hos ipſos areſcere cõtingit, quin deſiccetur & ille: ut experientia innoteſcit, ac experientia cunctos docere poteſt. Ergo ſi *Luſus* eſt fluvius, *Rico* quoq; *Butrius*, & *Sabinianus* erũt fluvii. Vel ſi tribus his eſt deneganda quidditas fluvii, deneganda erit quoque Luſo: & ſic proſternitur prima pars Mendacii, quod inter Cæſenam, & Ariminum, præter Mariculam, non ſit alius fluvius, quam Luſus.

18. Ad ſecundam partem Mendacii, contendentem, quod Rico, etiam ſimul cum Butrio, & Sabiniano, tantam non ducat aquam, nec quidem hyemali tempore, quæ pertingat ad talos vadantium; ante omnia negatur ſuppoſitum: videlicet quod idem Rico, ſive Piſcitellus, tametſi ſecundùm præſentem ſtatum, ad finem ſui curſus miſceat aquas una cum præfatis fluviis Butrio, & Sabiniano, idipſum quoque faceret Cæſaris ævo. Antiquitus namque Piſatellus ex ſe ſolus, & ſeorſim procedebat ad mare propè Oppidum Portus Cæſenatici, prout ſupra latè probavimus (25), & re judicialiter ventilata, declaravit Romana Rota, non ſemel, ſed pluribus deciſionibus coram Cardinali Mantica compilatis (26). Ut de hoc jam nullum valeat dubium rationabiliter excitari.

(25) Vide ſupra cap.6. à n.3. & c. 14. à n.11.

(26) Rota coram Mantic. dec.143. & 169.

19. Deinde non ſupponendum eſt, ſed probandum, quod tempore Cæſaris, fluvii Sabinianus, & Butrius conjunctim properarent ad mare, prout modò faciunt, mixtis aquis cum Piſcitello, ſive Ricone. Non enim ſemper copulantur, niſi ferè ubi deſinunt, & in diſtantia unius circiter milliarii a Mari Adriatico. Littus autem hoc Marinum quotidiè creſcit, ex receſſu introrſus aquæ, ac prolatatione arenæ littoralis, prout ſuprà probatum fuit individuè circa hunc locum (27): & generaliter notant Mathematici, quod ſit *Maris repletio*,

(27) Vide ſupra cap.6. à n.10 cap. 14. 18.&c. & cap. 15. n.15.

præſertim in Adriatico, ubi Aquileia, Adria, Patavium, Ravenna, aliæque Urbes olim ad Mare erant, quæ tamen nunc temporis ob multam terræ aggerationem valde ab eo diſtant (28). Ex quibus intelligitur, quod ſæculis ab hinc 18. quot à tranſitu Cæſaris ultra Rubiconem, noſcitur decurriſſe; littus æquoreum eo uſque ſe protendebat, qua nondum Rico, ſeu Piſatellus recipit in ſe aquas Butrii, ac Sabiniani, quibus auctus procedit ad Mare.

(28) Hieron. Vital. Lexic. Mathemat. V. Terra.

20. Verùm dato tranſeat huic ſuppoſito: quantùm ad vaniloquium, quod hi tres fluvii, etiam copulativè ſumpti, ac tempore quoque hyemali, tantam non ſimul congregent aquam, quæ pertingat ad talos itinerantium; neſcimus an ullum impudentius Mendacium confingi poſſit, quod ſub ſenſu cadit, & inſpectione diruitur oculari? Nedum copulativè, ſed etiam diſiunctivè quilibet eorum ducit majorem copiam aquarum. Et præſertim Rico, qui ſolus aquam decem piſtrinis frumentariis miniſtrat, ac innumeris lacunis, macerando lino, & canabi deputatis: qui quando eſt undis inflatus, moletrinarum ſepta, etiam lateritia, ſubvertit: qui aliquando intumeſcens eminentem fornicem ſui pontis, Æmiliam interſecantis, attingit: qui denique gravidus aquis Clementi Papæ VIII. itineranti dubium tranſitum fecit (29); hic, inquam, dicinè poteſt in verbo veritatis, quod non ducit aquas, quæ pertingant ad talos? Profectò quem non pudet adeò immani paralogiſmo mentiri; nec etiam pudebit protrito vultu effutire, ſe in cœlo vidiſſe

Le Stelle il giorno, e a mezza notte il Sole (30)

(29) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 2 cap. 2. f. 20. & ſect. 3. cap. 8. f. 52.

(30) Cæſar. Caporal.

CA-

CAPUT XVII.

Reſpondetur *Tribus Ineptiis*, quæ contra Riconem acervantur, ut ab identitate decidat antiqui Rubiconis.

SUMMARIUM.

1. *POſt Mendacia, confutandæ ſunt quoque Ineptiæ contra Riconem congeſtæ.*
2. Ineptia Prima, *quod Piſatellus nomen habeat ſordidum: & Cæſenates illum non vocent Rubiconẽ.*
3. *Lis hìc non vertitur inter Cæſenates, & Ariminenſes; ſed inter Defenſores Luſi, & Riconis.*
4. *Ariminenſes antiquìtus attribuerunt identitatem Rubiconis flumini Piſatello.*
5. *Non inſiſtendum venuſtati verborum, quæ non ſemper afficit, rebuſve reſpondet.*
6. *Nec venuſtas, nec turpitudo nominum dat, vel aufert rebus identitatem.*
7. *Si nomen Piſatelli à Mejentibus venit, merebitur illo denotari etiam fluvius Luſus.*
8. *Multæ item urbes, flumina, & aliæ res nomen ſument à Mejentibus.*
9. *Negatur ſuppoſitum, quod vox Piſatellus à Mejentibus veniat.*
10. *Fundere urinam, nec latino, nec italico idiomate habet ſimilitudinem cum Piſatello.*
11. *Innumera flumina mutaverunt priſtinum nomen: hujuſque rei exempla.*
12. *Rico non illud mutavit, ſed adhuc retinet. Unde dicatur Piſatellus.*
13. *Sic dicitur à Græco* Piſas, *quod ſignificat fluere. Græci Exarchæ huc diù dominati ſunt.*

14. *Vel*

14. *Vel dicitur Piſatellus à Caſtro ejuſdem nominis, olim vicino huic flumini.*

15. *Non dedecet fluvium habere nomen Caſtri. Nec in calumnias detorquenda ſunt nomina.*

16. *Antiqui Cæſenates Piſatello dant nomen Rubiconis. Statuta admittunt etiam verba rudia.*

17. *Non uſus vocis Rubiconis in Statutis Cæſenatibus nil officit: & retorquetur.*

18. *Nec etiam Ariminenſes uſi ſunt eadem voce ad ſignificandum fluvium Luſum, ſed Piſatellum.*

19. *Hic fluvius ſupra viam Æmiliam* Rico *dicitur à voce corrupta Rubiconis.*

20. Ineptia Secunda, *quod Cæſar non tranſiverit Piſatellum: hicque olim non iret in mare.*

21. *Inter præpoſitiones* ad, & in, *conceptibilis eſt aliqua differentia, & qualiter.*

22. *Solent accipi pro eodem. Rotæ ſenſus fuit, quod Rico fluebat olim in mare.*

23. *Aquam fluere* ad *mare, non aliud connotare valet, quam quod fluit* in *mare.*

24. *Rota dicens, Piſcitellum iviſſe* ad *mare, ſatis expreſſit illum intraſſe* in *mare.*

25. *Sive* in *mare, ſive* ad *mare iverit, Cæſar illum tranſivit: & ſic Ineptia retorquetur.*

26. Ineptia Tertia, *quod Cæſar non tranſiverit per Cæſenam, ſed propè littus maris.*

27. *Hic non agimus de pertinentia Rubiconis. Cæſare non tranſiiſſe Cæſena quomodo intelligendum.*

28. *Sive in uno, ſive in alio loco, Cæſar Piſatellum tranſiverit, ibi Rubiconem tranſivit.*

POſt confutata Mendacia, quibus impeti vidimus fluvium Riconem, ſive Piſcitellum, ne identitate clareſcat ſibi debita, & ingenita, Cæſarei Rubiconis; nunc ad trutinam ſunt vocandæ *Ineptiæ*, contra illum eadem intentione congeſtæ. Quæ tametſi adeò inſulſæ, ac reſpective viles, & ridiculæ ſint; ut nec fidem apud

apud Eruditos, nec videantur poſſe juſtum argumentorum titulum promereri; diluendæ ſunt nihilominus, ne Lectores fortaſſe minus perſpicaces involvant dubietatibus importunis: & ne ambiguum apud eos reddere cōnitantur id, quod certiſſimum eſſe hucuſque oſtendimus rationibus, motivis, & auctoritatibus propemodum infinitis. Denique diluendæ ſunt, ne ipſarum Ineptiarum congeſtores, *ſibi videantur, popularia dum verba depromunt, magnum aliquod dicere: aut ſi nos talibus continuerimus à litibus; obtinuiſſe ſe cauſam putent: victam ſui vitio; non aſſertorum ſilentio deſtitutam* (1).

(1) Arnobius lib. prim.

2. *Ineptia Prima* eſt, quod Rico, aliàs Piſatellus vocabulo ſordido nominetur, deducto à Mejentibus viatoribus; ut ex nomine ipſo palàm fit: quod eſt validum argumentum in hiſtoria. Nec Cæſenates, honorem ſibi à Rubicone captantes, perpetuò reticuiſſent ipſum nomen Rubiconis (à quo tota laus promanat) in ſuis Memoriis, & Statutis: nec illud in ridiculum, ignominioſumque Piſadelli commutaſſent. Iſta igitur commutatio, inquiunt Contradictores, in adeò vile, ſordidumque nomen, oſtendit, quod identitas antiqui Rubiconis non pertinet ad Piſadellum: ac per conſequens benè ſe habeat, ab Ariminenſibus eamdem identitatem adſcribi fluvio *Luſo*, qui per eorum agrum decurrit.

3. ℞. Hanc Ineptiam, tamquam trimembrem, eſſe per ſuas partes confutandam, ut meliùs diſſipetur. Et quoad *primam partem*, in eo ſitam, quod ſi fluvius Rico eſſet verus Rubico Antiquorum, Cæſenates, qui ſibi honorem captant à Rubicone, non perpetuò reticuiſſent hoc nomen in ſuis Memoriis, & Statutis, utentes nomine Piſatelli; huic, inquam, parti præfatæ Ineptiæ, reſpondemus, quod cum noſtra quæſtio de identitate Rubiconis, nō ſit eòdirecta, ut neceſſariò verſetur inter Cæſenates, & Incolas cujuſcumque alterius Civitatis, qua Cives hinc inde ſunt; ſed inter Viros eruditos, Defenſores hinc, vel inde fluminum *Riconis*, aut *Luſi*, unde-

decumque ipſi prodierint , & qualemcumque patriam ſint ſortiti ; perperàm hic vocantur ad cauſam facta, tum Ariminenſium , tum Cæſenatum .

4. Verumtamèn ſi ex hinc repoſcenda ſunt argumenta ; opponimus Ineptiæ præfatæ , quod etiam Ariminenſes , captantes ſibi tantumdem honoris ex Rubicone , non perpetuò intermiſiſſent in ſuis Monumentis, & Hiſtoriis attribuere fluvio Luſo nomen Rubiconis, ſi tunc eſſe talem cenſuiſſent : cum tamen hujuſmodi nomen certò certiùs in ſcripturis antiquis, ante motæ litis tempus aſſignarint , non Luſo , ſed Piſatello , prout fuit ſuperiùs patefactum (2) . Si autem tu dicis,factum Ariminenſium nullum præjudicium afferre Defenſoribus identitatis Rubiconis in fluvio *Luſo* ; nos quoque dicimus,factum Cæſenatum nullum præjudicium afferre Defenſoribus identitatis Rubiconis in fluvio *Ricone* , ſive Piſatello . Et ſic funditus evaneſcit hæc pars Ineptiæ , quia vi , & pondere coæquali, objecta objectis , ac jura juribus conquaſſantur .

(2) Vide ſupra cap.4. n. 20. cap. 5.a num.6.a 1 11. cap.7.n 11.& cap. 12. n.13.

5. Ad *aliam* Ineptiæ *partem* , quod fluvius Piſatellus nomine ſordido nuncupetur ; dicimus, deficientiam venuſtatis nullum præjudicium afferre iis rebus , quæ non ab eadem venuſtate dependent. Hincq;Poeta

Haud formoſus erat, ſed erat diſertus Achilles .
Et tamen æquoreas torſit amore Deas .

Addimus item , non inſiſtendum eſſe nominibus, ſed rebus . Nomina enim, ut dici ſolet, vadunt , & veniunt : ac quæ modo ſplendent , progreſſu temporis obſoleſcere poſſunt . Unde illud Horatii : *cadentque*

Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus (3)

Parùm pariter prodeſt habere nomina pulchra , ſi cætera deſint . Quamobrem Cicero: *Hic nomen honoris adeptus eſt, non honorem* (4) . Et ita de quodam Urbano, fuit falsè à gratioſo Vate cantitatum

Diceris Urbanus: ſed nominis immemor hujus,
Semper inurbanus, cum bibis eſſe ſoles (5)

(3) Horatius de Arte Poetica .

(4) Cicer.inBruto ſeu deClarisOratorib. 191. A.

(5) Theatr. Vit. Hum. v. Nomen in fin. f.57 .

Sicut

Sicut autem nihil, aut parùm prodeſt pulchrum obtinere nomen, ſi cætera deſint; ſic & nihil, aut parùm obeſt, ſortitum eſſe indecorum, ſi adſint cætera.

6. Et proculdubio nec venuſtas, nec turpitudo nominum dat, vel auſert humanis,terreniſque rebus identitatem, quando de illa conſtat aliundè. Sanè Mardochæus in ſacris Scripturis (6): Mardarius, Mardonius, Stercarius,& Porcarius in Martyrologio Sanctorum(7) Suillius, Cornificius, Beſtia,Turpilius, Cornutus in Faſtis Conſularibus(8):Cacanus inter Avarorũ Reges(9) Smerdes inter Dynaſtas Perſarum, Hirtius inter Hiſtoricos, Aſinius inter Philologos, Archagatus inter Medicos:(& ex hiſtoriis Januenſibus, Florentinis, Mediolanenſibus, ac Parmenſibus reſpectivè) Manegoldus, Brodarius, Groſſolanus, Barbottus, Mangiaporrus, Porcus, Strejaporcus, Porconus,Baſchiera,Embriacus, Tignoſus &c.,nomina ſunt referentia turpitudinẽ,deteriorem valde vocabulo Piſatelli (quod imò infra videbimus nullam turpitudinem continere): Et tamen Viris ita nominatis nihil obſuit, quin illuſtres fuerint, conſpicui, & pleni hurmano decore. Mulò magis ergo ex indecoris nominibus nihil deperit fluminibus, & rebus inanimatis, quæ non ſibi appellationem elegerunt, ſed impoſitam ab aliorum arbitrio ſuſceperunt. Numquid enim *peccato ſuo nomen ſubeunt indecorum?* (10).

(6) Eſther cap. 2. & 3. &c.

(7) Martyrol.Roman. die 24 Januar. & 13. Decemb. ac 24 Iulii.

(8) Vide Faſt Conſulares.

(9) Paul.Diac.lib. 4. cap. 13. & 38. Card. Baron.ann. 587. n.23. & 593. n. 89. &c.

(10) Cicero pro Domo ſua 227.

7. Ad *tertiam partem* Ineptiæ, quod Piſatelli nomen à mejentibus viatoribus proveniat: petimus, an viatores, & unà cum illis, equi, ac muli, aut aſini eos ferentes, in vehiculiſve trahentes: necnon oves, & boves, ac pecora,fluvium Luſum tranſeuntia, vel bibendi, paſcendi, aliave occaſione ſeſe in illo ſiſtentia; unquam ibi minxerint, & mingant, vel non? Si non; repoſcimus, à qua humana poteſtate, vel à cujuſnam ſyderis influentia, hoc ſingulare privilegium (non verum, nec veriſimile cenſendum, niſi ab aliquo, qui mereatur fu-

Digitized by Google

nibus Hyppocratis alligari) obtinuerit Luſus , ut nec homines , nec armenta valeant urinam ſundere in ejus alveo ? Si verò ibi mingunt; ergo cur & Luſo, qui nulla ex parte ſuperat Riconem , & æquè ac iſte urinam ſuſcipit confluentium ad illum ; cur, inquam, non datur, vel ſaltem dari poteſt nomen Piſatelli , quod ſupponitur profluere à mejentibus? Cur nomen ei denegabitur, ſi re abundat ſignificata per nomen ? Hoc breviter ad Ineptiæ vim vi conſimili repellendam : ut vel calumnia conticeſcat , vel inſultatione pari ſesè in fluvium quoque Luſum reflectat .

8. Nunc ad alia tranſeamus . Eadem Ineptia ſi vera eſt; verum erit quoque, quod *Piſcia* Urbs Etruriæ (11) *Piſciacum* Civitas Galliæ (12) *Piſaon* Oppidum Macedoniæ (13) ac *Piſciotta* vicus Lucaniæ (14) nomen à mejentibus obtinebunt . Verum item erit , quod *Piſſa* vox ſynonima picis (15) *Piſſalphaltus* peculiare genus medicamenti (16) ac *Piſſalæum* ſpecies quædam olei vehementiſſimi (17) nomen à mejentibus obtinebunt . Verum & adhuc erit, quod *Piſaurus* flumen Piceni (18) *Piſida* fluvius Tartariæ (19) *Piſcia* flumen Etruriæ (20) ac generaliter omnes dictiones cujuſcumque idiomatis, incipientes à *Pis*, vel *Piſa*, aut *Piſs*, ex paritate rationis cum Piſatello, nomen à mejentibus obtinebunt . Quam etymologiæ deducendæ rationem quis admittet , niſi debeat quam citiſſimè Anticyram navigare ?

9. Negamus deinde ſuppoſitum, imò & poſſibilitatem ſuppoſiti : nempè, quod Piſatellus nomen habeat , aut habere valeat à mejentibus . Quandoquidem urinam ſundere dicitur quidem latinè , mejere : at italicè non dicitur *piſſare*, ſed cum *ſcia* , *piſciare* (21) partem autem inferiorem Riconis , Cæſenatum Statuta nunquã nominant *Piſciatellum* cum *ci*, ſed cum uno, vel ad ſummum cum duplici *ſs* , Piſatellum, vel Piſſatellum . Ergo iſte fluvius nec trahit , neque trahere poteſt ſuum nomen à mejentibus , cum quibus idem nomen prorſus nullam

(11) Placid. Pucinel. memor. Piſciæ .

(12) Baudrand. Lexic. Geograph. V. Piſciacum .

(13) Idem V. Piſaon.

(14) Ex Micella Baudrand. V. Velia .

(15) Nizol. Theſau. Ling. Latin. V. Piſſa .

(16 Plin. Hiſtor. Natur. lib. 24. cap. 7.

(17) Idem Plin. lib. 25. cap. 5. & 6.

(18) Nizol. ubi ſup. V. Piſaurus .

(19) Baudrand. V. Piſida .

(20) Placid. Pucinel. Memoriæ Piſciæ .

(21) Onomaſtic. V. Urinare .

Digitized by Google

nullam affinitatem habet, nec in latino, neque in idiomate italico; ſed illud aliunde trahere, prout paulò infra videbimus: ſicque Ineptia cum tota ſua calumnia petulantiſſima diruitur, & evaneſcit.

10. Præterea *Piſciare*, uti vox non latina, ſed italica, nec ab ulla dictione latina dimanans, ignota fuit, nihilque ſignificavit uſque ad ortum linguæ italicæ, quæ non niſi poſt invaſam à Gothis, & Longobardis Italiam exordium habuit (22). Per tot ergo ſæcula, quot decurrerunt ab initio Mundi uſque ad Cæſarem, & à Cæſare uſque ad tempus Longobardorum, fluvius Rico non poterat nominari Piſatellus, voce à mejentibus deducta; quia tunc vox *Piſciare* nedum non ſignificabat meiere, ſive urinam fundere; ſed imò nihil ſignificabat, nec erat in uſu hominum. Oportet ergo, quod hæc ipſa dictio Piſatellus prodierit poſt præfata ſęcula, & tempus. Et cum ante ipſa tempora fluvius præfatus non eſſet innominatus, neceſſariò dicendum eſt, habuiſſe aliquod nomen, & hoc nomen fuit *Rubico*, quod & adhuc retinet, quamvis depravatum ſub iſto termino *Rico*.

(22) Eman. Theſaur. Regn. d'Ital.

11. Sed fortè dices, quomodo ergo, & quando iſte fluvius nomen mutavit? Audi, & intelliges, quæ ſcire oportet. Innumera ſunt flumina, quæ nomen priſtinum in aliud commutarunt, ut notum eſt Geographis, & Hiſtoricis. Hinc (ut de aliquot propinquioribus, vel non valde diſſitis, eloquamur) dicitur *la Conca* flumen illud, quod olim dicebatur Cruſtuminum. Appellatur *la Marecchia*, quod olim appellabatur Ariminum. Titulum fert *Luſi*, quod olim titulum habebat Apruſæ. Nuncupatur *il Ronco*, quod olim nuncupabatur Bedeſis. Vocatur *il Montone*, quod olim vocabatnr Vitis. Denominatur *il Pò*, quod olim Eridanus denominabatur, & Padus. Idem dic de plurimis aliis. Nil ergo mirum ſi cenſeatur, quod Rubico quoque nomen mutaverit.

12. Re vera tamen illud non mutavit, quoniam

 apud

Digitized by Google

apud Cæſenates, Ravennates, Forolivienſes, & alios Romandiolę incolas cultius eloquentes, conſtanter adhuc, & paſſim *Rubico* nominatur. Ac etiam à minus cultis *Rico* dicitur, depravato per ſyncopen termino Rubiconis. Invaluit attamen, quod abſque receſſu à priori nomine, ſola pars inferior ejuſdem fluminis, magis triviali, & uſuali forma loquendi ſuperinduerit aliud nomen (23): & nuncupari conſueſcat etiam *Piſcitellus*, aut *Piſatellus*: hocque non ſine aliqua rationis apparentia, tale prædicatum juſtificante. Dicitur namque *Piſcitellus* à parvis piſciculis, quos enutrit: & quos in eo naſci, ac propagari, negare non poterit, quiſquis non detrectabit intuitu experimentali certior fieri de hac veritate: tam certa, & inconcuſſa, ut etiam in Rivo Donegalliæ, aliiſq; Rivis, uberes exonerantibus aquas in Riconẽ, non deſint piſces, qui piſcatione capiuntur (24).

(23) Vide ſupra cap. 2. n. 20.

(24) Vinc. Cæſen. de Rubic. Antiq. ſect. 3. cap. 6. & 11. fol. 36. & 60.

13. Dicitur item *Piſatellus*, non equidem à lotio, & ab urina, ſeu à mejentibus, uti per calumniam opponitur; ſed à græca voce *Piſas*, quæ ſignificat fluentum: & *Piſæ* irrigare. Notum eſt etenim, Græcos diù in Provincia Romandiolæ dominium exercuiſſe: ac plurimos eorum Exarchas reſediſſe Ravennæ, à Longino Patricio uſque ad Eutychium, & ab anno Chriſti 568. uſque ad 752. per annos 185. circiter (25): regnantibus alioquin per Italiam Longobardis. Quo tempore Latinis barbaro, & Barbaris latino ſermone verba miſcentibus, nata eſt Italica lingua, ut ſupra innuimus (26) Plura igitur vocabula Græci noſtra in Provincia diverſis rebus, & locis indita reliquerunt. Ac ſicut Cerviam Ficocle nominarunt; ſic & Rubiconem *celebre flumen communi fluminum nomine, vel munere* (quodammodo per antonomaſiam) *nominarunt. At ob parvitatem facile diminutivo ſunt uſi: nimirum Piſation; quod in Piſatellum facile declinavit* (27).

(25) Dionyſ. Patav. Ration. Tempor. par. 1 lib. 7. cap. 10. in fin.

(26) Emanuel. Theſaur. Regni d'Italia Sigon. eod. tital.

(27) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 5. fol. 35.

14. Vel etiam *Piſatellus* dictus eſt à *Caſtro* eiuſdem nominis, illi adjacente, circa Villam Montaltis.

De

Digitized by Google

De quo ſancitur in Statutis Cæſenatibus, reparari, & fodi rivum Manzanibii, *trahendo uſque in viam Caſtri Piſadelli, & ducendo uſque ad Montale, deinde derivando in Piſadellum* (28). Cujus Caſtri fit mentio quoque contemporaneè cum fluvio Piſatello in diplomate conceſſionis peractæ anno 1138. à Gualterio Archiepiſcopo Ravennate favore Præfecti Monaſterii Camaldulenſium, ſequentibus verbis: *Curtis integra cum Caſtro, quod Piſſatellum appellant: Curtis iterum integra, quam vocant Fontana Sabbati: Sala quoque nova, & vetus juxtà fluvium Piſatelli, & littus maris* (29). Quod ſanè Piſatelli Caſtrum jam nunc ampliùs non exiſtit, bellorum impetu devaſtatum, vel aliter à ſuperficie terræ deletum: ſed fundus, & locus topicus minimè deeſt, ubi agnoſcitur extitiſſe. Quemadmouum autem Piſatelli nomen non dedecuit Caſtrum; ſic & non dedecet fluvium. Et ſicut abjecti animi eſt uti calumniis, ubi utendum eſt juribus, & rationibus; ita malignam ad mentem refertur, Piſatelli nomen refundere in excrementa naturæ, quando poteſt honeſtè, ac etiam rationabiliter debet à Caſtro ejuſdem denominationis repoſci. Denique non ſecus ac titulnm impudentiſſimi nebulonis mereretur, qui *Aſinium* Siciliæ flumen, & *Aſinellum* aliud flumen decurrens propè Lancianum, ab Aſinis nomen accipere blatearet(30): ac fluvium *Fimarellum* Regni Neapolitani, à fimo, ſeu ſtercore appellationem ſortiri, & fluvium *Porciferam* Liguriæ à porcis nomen habere contenderet, quando magis honeſtè de ipſorum fluminum denominatione poſſet effari;ſic & idem epithetum in ſe trahit, qui ſuſurrando nititur debacchari, Piſitellum fluvium nomen à mejentibus adipiſci.

(28) Statut. Cæſenæ lib. 4. fol. 294.

(29) Hieron. Rubeus Hiſtor. Raven. lib. 5.

(30) Coronel. Atlant. Veneſ. tom. 1. Idrograf. f. 92. & 96. Ferrarius Lexic. Geogr. V. Aſinez.

15. Quod poſtea Cæſenates in publicis memoriis documentis, & Statutis municipalibus,non ſint uſi vocabulo Rubiconis, ſed Piſadelli; nec primum commutaſſent in ſecundum, ſi Piſcitellus eſſet Rubico Antiquorum; hoc prorſus gratis aſſeritur: & ex diplomatibus,

bus, atque inſtrumentis ſuperiùs indicatis convincitur oppoſitum (31). Sic ſanè in Archiuiis Epiſcopali, atque Capitulari Cæſenæ, in Cancellaria Communitatis, in ejuſdemCivitatis generali Chartophylacio, in Regeſtis, & Scripturis Locorum piorum, perpluriès fluvius idèm non Rico, non Piſatellus dicitur, ſed expreſſiſſimis literis Rubico: iſtudque Rubiconis nomen unquam commutatum, unquam intermiſſum non fuit, ſed ſemper propagatum, & adhibitum, tam oretenùs, quàm in ſcriptis, præſertim apud cultius eloquentes, qui certè non uti ſolent voce Piſatelli, ſed Rubiconis (32): quidquid ſit de verba facientibus minus cultè.

17. Nec refert, quod Statuta Cæſenæ utantur nomine Piſatelli: quippe, ut inquiunt Juriſconſulti, Leges Statutariæ admittunt verba etiam impolita, & interdum loquuntur quoque *modo groſſolano* (33): ut magis explicent id, quod intendunt ſignificare. Quamobrem ſi Statuta Cæſenatenſia, neglectâ cultiori forma loquendi, uſa ſunt vocabulo Piſatelli pro nomine Rubiconis, id egerunt, ut ſe accomodarent captui vulgi: omnibuſque etiam inſipientibus innoteſceret, ibi fieri verbum de illo fluvio, quem rudiores nominant Piſatellum, quamvis à cultioribus magis propria, & purgata voce, nonniſi Rubico nuncupetur. Adde, quod ſi Statuta noſtra non utuntur nomine Rubiconis, nec etiam illud excludunt. In facultativis autem, non uſus nihil præjudicat non utenti (34). At proculdubio ipſamet Statuta vocem Rubiconis adhibuiſſent, ſi pluribus jam ab hinc ſæculis concepta, præcogitaſſent, naſcituros quandoque homines, qui Rubiconis identitatem Piſatello detrahere niterentur. Ut hinc agnoſcas, argumentum retorqueri adverſus Contradictores: quatenùs conſtat Leges ſtatutarias Cæſenæ compilatas fuiſſe antequam prodiret in ſcenam contentio de identitate Rubiconis. Quæ ſi tunc viguiſſet; non adeò bardi fuiſſent Cæſenates, ut exprimerent uſuali, trivialique vocabulo Piſatelli,

(31) Vide ſupra cap. 5. a n. 1 ad 7.

(32) Vincent. Cæſenas de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 13. fol. 93.

(33) Card. de Luca de, ſucceſ. ab inteſt. diſc. 3. n. 14.

(34) Idem Card. de Luca de Beneſ. diſc. 97. n. 13.

Digitized by Google

telli, quod poterant deſignare termino magis proprio Rubiconis.

18. Retorquetur etiam argumentum alio modo: quod ſi Cæſenates in Statutis, & in aliquibus Scripturis, non uſi ſunt nomine Rubiconis, ad ſignificandum fluvium *Piſatellum*; nec etiam Ariminenſes in ſcripturis antiquis uſi ſunt nomine Rubiconis, ad ſignificandum fluvium *Luſum*: & hoc ſufficeret Defenſoribus Piſatelli ad prævalendum in cauſa. Sed creſcit adhuc vis retorſionis, quia DD, Ariminenſes literis cubitalibus, ac verbis expreſſiſſimis, memorando Rubiconem in ſuis antiquis ſcripturis, profeſſi ſunt, ſe ſignificare Piſatellum, non Luſum (35). Præterea tam Cæſenates, quàm Ariminenſes, contendentes inter ſe de finibus territorialibus anno 1222. in actis, petitionibus, & libellis judicialibus hinc inde productis, & Judex Cauſæ in ſententia, quam protulit, omnes expreſsè denominationem Rubiconis attribuerunt non Luſo, ſed *Riconi*, ſeu Piſitello, ut ex ipſiſmet actis patet, à Cæſare Clementino relatis, & partim etiam à Vincentio Cæſenate (36). Quid ergo tuitores Luſi exprobrare audent Defenſoribus Riconis, non uſum, ſeu factum negativum Cæſenatum; ſi factum poſitivum adeſt, & ſimultaneum, tam, ipſorũ Cæſenatum, quam Ariminenſium, & Judicis utrorumque, dilucidiſſimè aſſignans identitatem Rubiconis fluvio *Riconi*, aliàs Piſatello, non verò *Luſo*?

(35) Vide ſupra cap. 5. n. 6. 7. t.

(36) Cæſar. Clementin. lib. 3. Vinc. Cæſen. ſect. 1. cap. 4 fol 8.

19. Nec omittendum denique, quod non totus fluvius, de quo ſermo habetur, Piſatelli nomine afficitur, etiam à radioribus, ſed ſola illa ejus pars poſterior, ſeu inferior, quæ ab Æmilia via ſe protendit ad mare. Nam alia pars, eademque prior, ſeu ſuperior, quæ à fonte uſque ad ipſam viam Æmiliam per octo mille paſſus, & ultra procedit, *Rico* vocatur. Hocque nomen nedũ nihil commune habet cũ ſtultiloquio ad mejentes relato; ſed imò ipſomet ſono vocis idiotiſinus eſt apertiſſimus propagator uſque ad noſtra tempora vocabuli Rubiconis:

prout

Digitized by Google

prout alibi dictum eſt (37). Petimus autem, quare probris, & fabulis excrementalibus naturæ, calumnioſè velicandum ſit nomen honoratiſſimi, ac tantumdem conclamati fluvii; quem etiam ipſamet corrupta denominatio manifeſtiſſimè declarat, eſſe Rubiconem verum, & identicum Antiquorum? At jam ſilentio contemnatur *Ineptia* hæc prima, quam tot, & tantæ rationes huc uſque recenſitæ proſternunt.

(37) Vid. ſup. cap. 2. à n. 20. & cap. 5. à n. 1.

20. *Ineptia ſecunda* eſt, quod Cæſar ab urbe Ravennæ iturus Ariminum, obvium non habuerit Piſcitellum, ſive Riconem: quippe hic, nec etiam per antiquum alveum intraret in mare, propè quod ipſe Dux properabat. Et quamvis in Deciſionibus Rotalibus coram Cardinali Mantica declaretur, quod cum iſte fluvius redderet ſe infeſtum receptaculis vicinis, ad ſal coagulandum deputatis, ſive vallibus ſalinariis, vulgo *le Saline*, Cæſenates ante annum 1475. mutarunt illius iter, & illabi fecerunt verſus fluvium Sabinianum; attamen attendendum ſit, quod Rota dicit equidem, illum antecedenter *decurriſſe per S. Pellegrinum verſus Taliatam ad mare* (38); dicit, inquam, *ad mare*, ſed non *in mare*. Si autem non decurrebat *in* mare, tametſi properaret *ad* mare; Cæſar in littore maris gradiendo, Piſcitellum non pertranſivit. Ergo ipſe fluvius non eſt identicus Rubico, apud quem conſtitit Cæſar, ſed identitas ipſa ſpectat ad Luſum.

(38) Card. Mantic. deciſ. 143. n. 8.

21. ℟ totum hoc ratiocinium, ſive fabulationem idealem, & inanem, eò directam eſſe, ut vim faciat ſuper binis illis præpoſitionibus *ad*, & *in*: tamquam non idem ſignificantibus, ſed res connotantibus valde diverſas: itaut aliud ſit; Rubiconem antiquitus decurriſſe *ad* mare, ac aliud ſit *in* mare decurriſſe. Ac equidem re vera, & in rigore grammaticali; concipi poteſt aliqua differentiuncula inter ipſas præpoſitiones: quatenùs *ad* propriè ſignificet acceſſum ad terminum: *In*, verò ſignificet ingreſſum in terminum (39). Apud Juriſconſultos quoque

(39) Nizol. Theſaur. lingu. latin. V. Ad. Calepin. eod. verb.

quoque interdum aliquod diſcrimen inter utramque, à ſubtiliter differentibus, & cavilloſè diſceptantibus, ad Cauſarum judicialium opportunitatem, contendi valet, adeſſe. Qua de re vide Barboſam (40).

(40) Barboſ. tract. var. Dictiori. 6. & 152.

22. Nihilominùs extra caſum deſiderii contendendi litigioſè, ac ſophiſticè de quibuſcumque, tametſi minimis rebus; ordinariè loquendo, utriuſque præpoſitionis una, & eadem ſolet eſſe ſignificatio. Et *ad*, pro *in*, accepit Cicero, quando protulit: *Deprehenſus cum ferro ad Senatum eſt* (41) ideſt in Senatu. Et Cæſar quoque in eodem ſenſu locutus eſt: *Totam hyemem ad Exercitum manere decrevit* (42) videlicet in exercitu. Quando igitur Romana Rota declaravit, Riconem, ſive Piſcitellum antiquitùs decurriſſe in mare, non ſpeculata eſt, neque attendit, ullam differentiam conceptibilem eſſe inter *ad*, & *in*: ſed ſumpſit utramque præpoſitionem confusè, uſualiter, trito, & conſueto modo loquendi, ac eiſdem indifferenter utendi: nec aliud voluit exprimere, niſi quod idem fluvius decurrebat in mare: parvipendendo ſi quis adfuturus eſſet impoſterum Ariſtarchus, qui vellet criſim facere ſuper præfatis præpoſitionibus, atque controvertere, num potius adhiberi deberet *in*, aut *ad*.

(41) Cicero in Piſone.

(42) Cæſar. Belli Gallic. lib. 5.

23. Ac certè præpoſitio *ad*, qua uſa eſt Rota, ſi conſideretur, prout in ſubjecta materia, nedum non ſignificavit; ſed & nec poterat ſignificare aliud, quam *in*. Quia etenim agebatur de motu ad locum rei, non animatę, neque ſtabilis: aut ita ſemoventis, mobilisve taliter, ut valeret motum ſuum ſemper, & quandocumque pro libito cohibere: aut quæ ab alio ſiſti poſſet, ne progrederetur ulterius; ſed rei fluidæ, impetu naturali tendentis in declivè ad ſuum terminum, prout eſt aqua fluvialis; dicere, ipſam aquam decurriſſe ad mare; hoc verificabile non fuit, niſi juxtà ſignificationem, quod decurreret in mare. Aqua enim fluens in declive *ad* mare, aliũ in locũ ſe recipere non valuit, quàm *in* mare.

24. Profectò undæ illæ fluviales Riconis, ſeu Piſcitelli, ſeſe una poſt aliam naturaliter impellentes per alveum proprium, ac tendentes deorſum; numquid poterant *ad* mare properando, non *in* eo ſolo terminum ſui motus, & itineris invenire? Poterant ne fortaſsè regredi retrorſum, uti prodigiosè fecerunt olim aquæ Jordanis (43)? Poterantnè diviſæ hinc inde immobiles permanere, prout contigit in mari rubro, quando per illud Hebræorum populus transfretavit (44). Certè non. Vides ergo, quod quotiès Rota, inceſſu fluvii Riconis judicialiter examinato, pronunciavit, illum antiquitùs decurriſſe *ad* mare propè Oppidum Portus Cęſenatici, docuit quoque per neceſſariam conſequentiam, quod decurrebat *in* mare.

(43) Pſalm. 113. num. 3.

(44) Exodi cap. 14. n. 22.

25. Quamobrem garrula loquacitate oſtentare diſcrimen inter properantiam aquæ fluvialis *ad* mare, & *in* mare; ſolemnis microphilotimia eſt, futilem honorem captans ex puſillis, puerilibusque minutiis. Velleque ſuper dictis præpoſitionibus *ad*, & *in* talem diſcretivam facere, per quam excludatur ingreſſus Piſatelli, ſeu Riconis *in* mare; non eſt ſapienter loqui, ſed ad platagen Architæ proruere. Non eſt argumentum ſerium proponere; ſed inani vaniloquio nugari. Non eſt denique pugnare ratione ſubſiſtente; ſed Ineptiam ridiculam effutire. Poſitoque decurſu ejuſdem fluvii tam ad mare, quàm in mari; tota oppoſita locutio, qualiſcumque illa ſit, nedum non probat intentum Contradictorum; ſed imò adverſus ipſos retorquetur hoc modo. Si Piſatellus per antiquum ſuum alveum aquas proprias devolvebat in mare; Cæſarque Ravennâ preperando Ariminum, tenuit (ut exadverſo ſupponitur, ſed non probatur) viam littoralem maris; ergo hunc fluvium neceſſariò tranſivit: & in eo Rubiconem, de quo quæſtio eſt, pertranſivit. Ergo Piſcitello, ſeuRiconi, non Luſo debetur prærogativa veri, & identici Rubiconis. Reliqua, quæ ſecunda hæc Ineptia continet, fuerunt jam ſuperiùs exſufflata.

Ine-

Digitized by Google

26. *Ineptia tertia* eſt, quod Cæſar ex urbe Ravennæ profecturus Ariminum, nõ tranſiverit per Civitatem Cæſenæ, imò & nec verſus Cæſenam. Via namque illius, inquiunt qui contradicunt, fuit maritima, proximè ad littus maris. Ergò Rubico à Cæſare pertranſitus nil pertinet ad Cæſenam: nec eſt ille fluvius, qui vocatur Piſatellus, ſed alter, qui dicitur Luſus. ℞ autem in primis, non eſſe ſupponendum, ſed probandum, quod Cæſar tenuerit viam littoralem, & propè ad maris oram ſuum duxerit inceſſum. Non riminiſcimur enim nos legiſſe ullum Scriptorem antiquum, qui hoc ſtatuat aſſertivè. Ac ſicut hucuſque non admiſimus, verum eſſe hujuſmodi littoralem inceſſum; ſic & neque illum admittimus modo (45).

27. Deinde qua forma ſuperiùs innuimus, ita & nunc repetimus, noſtram quæſtionem nõ verſari præcisè circa pertinẽtiam, ſed circa identitatem Rubiconis: nec unam diſputationem eſſe confundendam cum alia (46). Quamobrem quidquid ſit de prima, nunc ſtrictè loquendum eſt de ſecunda. Addimusque, quod nec etiam Scipio Claramontius (47) neque Vincentius Cæſenas (48) propoſitum ſibi aſſumpſerunt affirmandi, Cæſarem tendentem ad Rubiconem tranſiſſe per Cæſenam: cum hoc parùm referat ad præſentem quæſtionem. Attamèn id nec etiam temerè, vel facilè negandum eſt; quia graviſſimæ rationes adſunt ſuadentes oppoſitum, jam ſuperiùs recenſitæ (49) quas munus eruditorum erit definire, quanta perpenſione ſint dignæ. Ac equidem *aſſerere Cæſarem ſecundùm pelagus iter habuiſſe, declinata Cæſena, divinare eſt* (50). In reliquis, quod Cæſar non tranſierit *verſus* Cæſenam; ſi per ly *verſus* intelligatur, quod nec Civitatem, nec ſuburbia, nec territorium illius attigerit: neq; Riconem, aliàs Piſatellum, tunc Rubiconem, nullo in loco agri Cæſenatis tranſiverit; hoc abſolutè negamus: & probandum eſt à Contradictoribus, non perperàm ſupponendum.

(45) Vide ſupr. cap. 8. n. 24. cap. 11. n. 5. & cap. 14. n. 18.

(46) Vide ſupra cap. 16. n. 2.

(47) Claram. Hiſtor. Cæſen in Apparat. par. 2.

(48) Vinc. Cæſen. de antiq. Rubic. ſect. 1. cap. 3. f. 21.

(49) Vide ſupra cap. 8. n. 31.

(50) Kavina Faventia rediviva fol. 58.

Digitized by Google

28. Denique ſive Cæſar propè, ſive longè inceſſerit à Cæſena: necnon ſive iter illius fuerit littorale, ſive mediterraneum; certiſſimè aliquo in loco Riconem, ſive Piſatellum (priusquam hujus aquæ in mare ingrederentur) tranſivit: huncque fluvium tranſiliendo, Rubiconem tranſivit. Ex non tranſitu verò ejuſdem Principis tunc per Cæſenam, aut verſus eamdem Civitatem, velle inferre deficientiam identitatis Rubiconis in Piſcitello; non eſt arguere, ſed fabulari. A præmiſſa namque propoſitione, talis conſequentia non melius infertur, quam ſi diceretur: Tamerlanes vadens contra Turcas, non tranſivit per Conſtantinopolim, neque propè illam: Ergo non vicit Bajazetem I. Turcarum Regem in Campis Amaſenis: nec illum in prælio captum duxit per Aſiam caveæ ferreæ incluſum (51). Ridiculum proponitur enthymema, cum ex eo deducitur adiaphora conſequentia. Itaque benè ſtare poſſet, in hypotheſi datâ, ſed non conceſsâ, quod Cæſar à Ravenna perrecturus Ariminum, non tranſiverit per Cæſenam, nec verſus, ſeu propius ad Cæſenam; & tamen inter eam, & mare aliquo in loco tranſmeaverit Riconem: idemque Rico, ſive Piſatellus, verus, & identicus Rubico ſit, ab ipſo Cæſare hoſtilitèr pertranſitus (52).

(51) Paul. Jovius in Tamerlan. & Bajazet. I.

(52) Vide Vinc. Cæſenat. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 13. f. 79.

CA-

CAPUT XVIII.

Retunduntur aliæ *Tres Ineptiæ*, inſultantes Riconi, ne cenſeri debeat Rubico identicus Antiquorum.

SUMMARIUM.

1. INeptia quarta, *deducta ex* Arioſto *laudante Juniperam Malateſtam.*
2. *Honorandus eſt Arioſtus uti doctus Poeta. Sed & aliquas protulit levitates.*
3. *Poetæ leves dicuntur. Quod Arioſtus de Junipera protulit, poſſet cenſeri levitas.*
4. *Alia lex Hiſtoriæ, alia Poeſis. Poetæ nec dant, nec tollunt identitatem rebus.*
5. *Æquè prævalet cantus Arioſti de fluvio* Luſo *intellectus, ac de* Ricone.
6. *Uterque fluvius ad Principatum ejuſdem ſpecioſæ fœminæ Juniperæ pertinebat.*
7. Ineptia quinta, *quod Ugo Mantaleonis vendiderit bona inter Mariculam, & Rubiconem.*
8. *Quot fuerint hæc bona, non conſtat: nec an eorum pretium fuerit, necne ſufficiens.*
9. *Tempore hujus contractus, Rico procedebat ad mare ſeorſim à fluvio Sabiniano.*
10. *Solianum non eſt ſitum inter Mariculam, & Luſum. Ineptæ nugæ ſunt ſilendæ.*
11. Ineptia ſexta, *quod Cæſar non potuit ſumere auſpicia penès Riconem, ut apud Luſum.*
12. *Tres erant ſpecies auſpiciorum. Cæſar vidit hominem ſonantem claſſicum, & alitem Delphicum.*
13. *Hæc auſpicia, uti Oblativa, poterat æquè videre apud Riconem, ac apud Luſum.*

Cæſar

Digitized by Google

14. *Cæſar auſpicia Imperativa ſpernebat: quæ ſuo tempore abierant in deſuetudinem.*
15. *Uti Proconſul non habebat auſpicia: Et viſis Oblativis, non indigebat Imperativis auſpiciis.*
16. *Non eſt attamen, cur Cæſar auſpicia non poſſet apud Riconem captare.*
17. *Gratis ſupponitur, quod Rubiconem tranſierit antelucano tempore.*
18. *Ac quod captaverit auſpicia ex avibus, non ex pullis: hiſque nocte, illis die utendum eſſet.*
19. *Qualiter ſumerentur auſpicia ex pullis? Hos quidam demerſit in mare.*
20. *Cæſar poterat captare auſpicia, tam ex pullis, quàm ex avibus, omni hora, & omni loco.*

INeptia *quarta* eſt, quod Ludovicus Arioſtus Muſâ ſuâ laudans Juniperam, ſive Genebriam Malateſtam Principiſſam Arimini, dicat, quod ſi hæc illi Civitati præfuiſſet, quando Cæſar dubius hæſit, num Rubiconem contra interdictum Patriæ pertranſiret; ab ipſo tranſitu deſtitiſſet; ne ditioni Genebriæ vim inferre videretur: quatenùs Rubiconis dominium ad eamdem ditionem pertinere noſceretur. Non benè autem proceſſiſſet ipſe Poeta, niſi & ſimul judicaſſet, identitatem Rubiconis ad *Luſum* pertinere, non ad *Riconem*, ſeu Piſcitellum. En Carmina Arioſti:

Se à quell'etade ella in Arimin era,
Quando ſuperbo della Gallia doma,
Ceſar fù in dubio, s'oltre la riviera
Dovea paſſando inimicarſi Roma;
Crederò, che piegata ogni bandiera,
E ſcarca di trofei la ricca ſoma,
Tolto havria leggi, e patti à voglia d'eſſa,
Nè forſe havria la libertade oppreſſa.

2. ℞ Defenſores Riconis non juraſſe in verbis Arioſti: neque teneri de evictione pro cunctis carminibus in

ejus

ejus Poemate recenſitis. Quamobrem ſive benè, ſive malè aliquid eiſdem inſeruerit: & ſive argumento ritè concepto, ſive inſulsè concinnato proceſſerit, cantum pangendo de præfata Matrona; hoc quantùm ad præſens negotium parùm refert. Venerari oportet nihilominùs hunc Auctorem, & eum, utì Vatem eximium plurimo proſequi præſtat honore. Sed ſicut certum eſt, multa doctè, ac ſapienter panxiſſe; ſicut non videtur in dubium revocandum, quandoque inanes quoque levitates ſuis carminibus miſcuiſſe. Ad quod probandum ſat erit referre notiſſimum reſponſum eidem datum ab Eſtenſi Principe, cui ſuum Poema dicavit: *Dove havete mai trovate tante minchionarie Meſſer Lodovico?*

3. Nec mirum: quandoquidem ſi Divina oracula profitentur: *In multiloquio non deerit peccatum* (1); quis obſtupeſcet, quod inter multa ſeriò ſcripta, nonnullas quoque levitates aliquis Poeta, prolixæ cantilenæ Auctor, minus circumſpectè protulerit; cum leues, & nugaces dici Poetas cuicumque innoteſcat (2). Inter levitates autem ab Arioſto ſuis cantibus inſertas, poſſet aſſeri, computandum eſſe mentis illum conceptum, quem de Cæſare, Junipera, & Rubicone formavit: ſive robur ſui argumenti collocaverit in hæſitatione Cæſaris, ſive in tranſitu Rubiconis: indeque laudaverit illam fœminam, quod ſi dominata eſſet Arimino ætate Cæſaris, tranſituri eumdem fluvium, pertinentem ad præfatæ Juniperæ juriſdictionem in fluvio Luſo, non verò in Piſcitello; coercuiſſet ipſiusmet Ducis audaciam, ne ulterius progrederetur.

4. Verumtamèn ad honorificentiam tanti Poetæ tuendam, nos potiùs ducimus advertendum, quod Poematum Scriptores non ſemper tenentur cuncta proferre ad limam exactæ hiſtoriæ purgata. Hinc *alias in hiſtoria leges obſervandas eſſe, alias in poemate*, inquit Cicero (3). Poetæ ad metri commodum, & ad opportunitatem ſui cantus, aliquando poſſunt à tramite, ac rigore

(1) Proverbior. cap. 10. n. 19.

(2) Vide Raviſ. Textor. Epithet. V. Poeta.

(3) Cicero de Legibus lib. 6.

gore

gore veritatis hiſtoricæ aliquantulùm deviare. Venia proinde dignus eſſet Arioſtus, etiam ſi minus concinnè conceptum ſuæ mentis aptaſſet in Cæſaris, Juniperæ, ac Rubiconis negotio mox recenſito. Atque idcircò quidquid circa illud arbitratu ſuo poetico ipſe pronunciaverit, nihil prævalet, neque ad dandam, neque ad auferendam identitatem antiqui Rubiconis alterutro ex fluviis, de quibus eſt quæſtio, *Riconi*, aut *Luſo*. Velleque ipſo ex conceptu poetico, nec etiam dilucidè verbis expreſſo, aſſignare identitatem præfatam potiùs uni, quàm alteri, eſt grave officium probationis committere Ineptiæ nil concludenti.

5. Sed & libentiùs adhuc favore Arioſti, fatemur ingenuè, nos neſcire ſpeculari tantam inconvenientiam, quanta ex adverſo ſupponitur, ſi Arioſtus, loquendo de Rubicone, intellexiſſet *Riconem*, ſeù Piſcitellum, non verò *Luſum*. Remurque, quod æquè benè potuerit ſuum argumentum deducere à tranſitu Cæſaris ultra Rubiconem, tam ſi pro Rubicone apprehenderit fluvium Luſum, quam Piſcitellum. Et en ratio evidentiſſima. Fœmina hæc eſt Junipera Eſtenſis, nupta Sigiſmundo Malateſtæ anno 1434. & quæ obiit die 3. Septembris anno 1440. in Eccleſia S. Franciſci Arimini tumulata (4). Quo tempore autem hæc vivebat, ejus familia Malateſta dominabatur non ſoli Arimino, ſed etiam Cæſenæ, aliiſque Civitatibus, & Oppidis adjacentibus. Ac quamvis *Luſus* eſſet proprior Arimino; & *Rico*, ſive Piſcitellus eſſet propinquus Cæſenæ; uterque tamen fluvius æqualitèr attinebat ad Principatum familiæ de Malateſtis: prout patet ex ſubſequenti diviſione Dynaſtiæ inter dictum Sigiſmundum, & Domini cum ejus fratrem, qui alio quoque nomine vocabatur Malateſta Novellus (5).

6. Vel ergo coercitio Cæſaris cauſanda erat à ſola venuſtate Juniperæ, independenter à Principatu ejus familiæ: vel à ratione non violandi Principatum ipſum, ne

(4) Cronica Rimineſe an. 1434. & 1440.

(5) Filip. Antonin. Supplement. della Cronica di Verucchio cap. 2. pag. 11. Vide hic ſupr. cap. 5. n. 7.

Digitized by Google

ne diſplaceret fœminæ adeò venuſtæ. Si primum, *cur* Junipera, *etiam ſi Piſatellus fuiſſet Rubico, non potuiſſet placidum reddere hominem; & mitem facere, ac conciliare patriæ? Nonne eadem ibi fuiſſet Heroinæ illius pulchritudo, ſuadela, & venuſtas?* (6). Si ſecundùm, tam Principatus ejus familię violabatur tranſeundo *Luſum*, quàm *Piſatellum*. Ergò argumentum Arioſti benè procedit, etiam ſi pro Rubicone intellexerit, & non fluvium Luſum, ſed Piſatellum: uti & hunc intra ditionē non violandam contentum, fœminæ Cæſarem repreſſuræ. Quamobrèm cantus Arioſti hac in ſecunda conſideratione perpenſus, retorquetur adverſus Contradictores: utpotè qui nedùm non excludit, ſed imò potiùs includit, identitatem Rubiconis optimè prædicari de Piſatello, ſive Ricone.

(6) Vincent. Cæſen. de Rubicon antiq. ſect. 2. cap. 3. in fin.

7. *Ineptia quinta* eſt, quod Vgo Mantaleonis vendidit Malateſtæ emptori *quidquid habeo*, inquit, *vel de cætero habere ſpero, in Caſtro Scorticatæ, & in ejus Curia, & inſuper quidquid habeo inter flumen Mariculæ, & flumen Rubiconis; à littore Maris uſque ad Caſtrum Soliani: & hæc omnia pretio centum aureorum, & decem librarum*. Quod pretium, inquiunt Contradictores, exiguum eſt, & inveriſimile reſpectu ad tanta bona, quanta inter Mariculam, & Riconem, ſeu Piſatellum continentur. E converſo verò eſt congruum reſpectu ad bona ſita inter Mariculam, & Luſum. Item Piſatellus nec ad littus Maris procedit, nec ad Soliani Caſtrum ſe extendit, prout facit Luſus. Ex quibus infertur, quod in illo contractu, nomine Rubiconis intellectus fuit Luſus, non Piſatellus: adeòque identitas antiqui Rubiconis debeatur primo fluvio, non verò ſecundo.

8. ℞ quod ſi vis Ineptiæ indutæ ſpecie argumenti fiat in tenuitate pretii, ut ſic, rei venditæ; frigidum inſulſum, & leve prorsùs eſt ejus aſſumptum. Quoniam cum non agatur de venditione omnium bonorum con-

tentorum inter Mariculam, decurrentem penès Ariminum, & Rubiconem, longè inde fluentem (ſive Rico eſſet, ſive Luſus ita vocatus) ſed de ſolis bonis, quæ venditor inter utrumque fluvium poſſidebat (explicata per illa verba *quidquid habeo*, non verò quidquid jacet, vel quidquid continetur) æquè poterat eſſe ſufficiens, & inſufficiens: exiguum, & adæquatum: uile, & rigoroſum; habita ratione majoris, vel minoris quantitatis eorum: de qua nunc non conſtat, qualis, & quanta tunc eſſet. Quapropter deducere modò ex ſuppoſita incongruitate illius pretii, excluſionem identitatis antiqui Rubiconis à Ricone, ſeu Piſcitello, eſt inniti evidentiſſimæ Ineptiæ.

9. Si verò vis fiat in limitibus littoris Maris, Caſtri Soliani, & fluvii Rubiconis, quibus dicta bona vendita definita fuerunt; negamus ſuppoſitum: imò duo ſuppoſita. Primum, quod tempore ſtipulationis præfati contractus, Rico, ſeu Piſatellus non procederet proprio itinere ad Mare, ſeorſim à fluvio Sabiniano, cujus noſtro tempore, ad finem ſui curſus, recipit aquas, cum eiſque miſcetur. Ex binis namque Rotalibus Deciſionibus (7) aliiſque motivis pluriès oſtendimus oppoſitum (8). Nec id iterum probandum aſſumimus, ne Lectorem tædio afficiamus, repetendo quod neceſſarium non eſt, iterumque probando quod jam nedùm ſemel, ſed iteratis vicibus ſuit enixè probatum.

(7) Card. Mantic. deciſ. 143. & 169.

(8) Vide ſup. cap. 6. a n. 2. cap. 14. a n. 8. & cap. 17. a n. 12.

10. Secundum ſuppoſitum eſt, quod Caſtrum Soliani ſitum exiſtat inter fluvios Mariculæ, ac Luſi, quod non ſupponendum eſt, ſed probandum. Ex relationibus namque per nos acceptis, & ex tabulis Geographicis conſtat, quod Solianum non eſt inter Mariculam, & Luſum, ſed inter Luſum, & Sabinianum fluvios, & huic eſt valde proximius, quàm illi. Itaque his binis ſuppoſitis corruentibus, corruit etiam bonorum venditorum ab Ugone Mantaleonis coarctatio ad ſolos terminos Luſi, taliter ut extenſa quoque non fuerint uſque ad

Ri-

Riconem, ſive Piſatellum. Quâ proſtratâ coarctatione diruitur quoque tota Ineptia inde concinnatâ, ut ipſi Riconi ſubtrahatur identitas Rubiconis. Alia de hac re vide ſi placet, apud Vincentium Cæſenatem (9). Nos namque memores, quod *ineptæ nugæ ſunt ſilentio prætereundæ* (10) cenſemus eſſe ſuperfluum perplura loqui de hujuſmodi Ineptia.

(9) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 2. cap. 3. & ſect. 3. cap. 13. fol. 92.

(10) Clem. Alexandrin. Pedagog. lib. 2. cap. 6.

11. *Ineptia ſexta* eſt, quod Cæſar tranſiturus Rubiconem, non id fecerit, niſi ſumptis præcedentèr auſpiciis manè diluculò ante Solis exortum. Quo tempore, matutino, inquam, auſpicia captabantur ex avibus. Nocte autem, aut in Mari, ſuſcipiebantur ex pullis in cavea delatis. Ipſa verò auſpicia non potuerit Cæſar captare conſiſtens propè fluvium Riconem, ſivè Piſatellum, utpotè nimis diſtantem à civitate Arimini (quã paulò poſt oriente Sole, intrà breve tempus unius horæ cum dimidia circitèr occupavit, poſt Rubiconem tranſgreſſum. Non niſi ergo ante lucem pervenerit Cęſar ad Piſatellũ, taliterque antelucano tempore, ut auſpicia captare debuiſſet ex pullis; cum tamen illa ſumpſerit ex alite Delphico, ſeu Aquila, uti refert Petronius: hocque commodè potuerit facere apud Luſum. Ab iſto igitur, non ab illo fluvio, inquiunt Contradictores, movit exercitum Cæſar: ac per conſequens Rubico, quem ille pertranſivit, non fuit Piſatellus, ſed Luſus.

12. ℞ quod *cum auſpicia tria fuerunt, avium inſpectio, de cælo obſervatio, ac tripudii animadverſio* (11); Si pro auſpiciis intelligatur *obſervatio rerum ſubitò, inopinatò, & inſolitò accidentium* (12); Utique Cæſar, ante tranſitionem Rubiconis illa captavit. Refert namque Svetonius, quod hærens dubius apud illum fluvium, num progredi, vel regredi potiùs expediret: *Oſtentum tale factum eſt: quidam eximia magnitudine, & forma, in proximo ſedens repentè apparuit, arundine canens; ad quem audiendum eum præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque*

(11) Sigonius de Antiqu. jur. Roman. lib. 1. cap. 7. fol. 33. 19.

(12) Martin. del Rio Diſquiſ. magic. lib. 4. qu. 7. ſect. 2. §. Auſpicii.

eos & æneatores; rapta ab uno tuba proſiliuit in flumen, & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam (13). Petronius quoque Arbiter poeticè recenſet, quod

De Cælo Delphicus ales
Omina læta dedit, pepulitque meatibus auras;
Nec non horrendi nemoris de parte ſiniſtra,
Inſolitæ voces flamma ſonuere ſequenti (14)

13. At hæc fuerunt Auſpicia *Oblativa, quæ non poſcuntur* (15): nempè non arte, neque conſultò poſtulata; ſed à natura, caſu, ſeù aliter inopinato eventu ſuſcepta. Poſtque deliberavit audactèr tranſitum Rubiconis: dicens apud Lucanum

Te fortuna ſequor: procul hinc jam fœdera ſunto
Credidimus fatis; utendum eſt judice bello (16).

Cohærentèrque Svetonius refert, quod Cæſar viſo oſtento claſſicum ſonantis, ac ſimul vadantis fluvium hæc protulit: *Eatur quo Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat. Jacta eſt alea* (17). Iſta igitur auſpicia idem Cæſar captavit. Sed illa æquè benè ſumere potuit tam in ſuppoſito, quod tunc hæreret apud *Riconem*, aliàs Piſcitellum, quàm quod conſiſteret apud *Luſum*.

14. Si verò pro ſumptione auſpiciorum intelligantur auſpicia *Imperativa, quæ veniunt optata, & quæſita* (18): nimirùm arte, ac humanâ induſtriâ procurata; hæc Cæſar vel non captavit: vel nullus Auctor, quod ſciamus, id ſcripſit. Eademque re vera minimè ſumpſiſſe opinamur. Tum quia ſolitus erat auſpicia contemnere, tametſi viderentur eſſe contraria, uti pluriès accidiſſe notat Svetonius: indigitans quoque, quod *ne religione quidem ulla à quoquam incæpto abſterritus unquam, vel retardatus eſt* (19). Tum quia captatio auſpiciorum ejus tempore jam abierat in deſuetudinem; Unde Cicero ipſius coætaneus: *Veritas auſpiciorum ſpreta eſt; ſpecies tantùm retenta. Itaque maximæ hæc pu-*

(13) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 31.

(14) Petronius Arbiter in frag. Poetar.

(15) Martin. del Rio loc. cit. f. 554

(16) Lucan Pharſal. lib. 1. f. 20.

(17) Sveton. in vit. Jul. Cæſar. cap. 32.

(18) Martin. del Rio ubi ſup.

(19) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 59. & 77.

Digitized by Google

publicæ partes, in his bella, quibus Reipublicæ ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur (20).

15. Tum etiam quia Cæſar, non Conſulis, non Dictatoris, non ſummi denique Imperatoris militiæ tunc officio fungebatur; ſed Galliam adminiſtrabat Proconſulis titulo, vel Prætoris: & uti talis, auſpicia non habebat. Quare idem Tullius: *Bellicam rem adminiſtrari majores noſtri auſpicato voluerunt. Quam multi anni ſunt cum bella à Proprætoribus, & Proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent. Itaque nec omnes tranſeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur* (21). Tum denique quia non erat ei neceſſarium auſpicia captare, ſi jam viderat oſtentum perſtrepentis buccina: & omen Delphici alitis de cœlo volantis. Quamobrem jure poſſumus affirmare, quod Cæſar ante tranſitum Rubiconis nequaquam *auſpicia optata*, ſeù *quæſita* captaverit.

16. Nihilominùs in gratiam Contradictorum, dicamus, Cæſarem captaſſe auſpicia (cum hoc, ut ſupra notatum fuit(22) ex alio capite proficiat cauſę noſtrę). Petimuſque: vel vis argumenti ſit ſuper ſola captatione auſpiciorum, ut ſic, & nudè ſumptâ: vel ſuper eadem, uti deductâ ex tali præcisè genere volatilium, ac tali præcisè hora, videlicet antelucani temporis interpoſitâ. Si *primo modo*, futilis, & inſipida eſt argumentatio inde traducta: quippe auſpicia hæc æquè poterat Cæſar captare ſtans apud *Riconem*, ſeù Piſatellum, ac permanens penès *Luſum*. Nihil obſtante diſtantiâ primi, aliquantò majore ab Arimino, quàm ſecundi: quoniam hanc poterat ſuâ celeritate ſuperare, prout ſupra latè probatum fuit (23).

17. Si autem vis argumenti fiat *ſecundo modo*; negamus tria ſuppoſita. *Primum* eſt, quod Cæſar tranſiverit Rubiconem manè diluculo Aurora exurgente (quidquid ſit, an illâ ipſa horâ illuc pervenerit: aliud eſt enim perveniſſe, aliud tranſiſſe). Supra namque fusè oſten-

(20) Cicero de natura Deor. lib. 2.

(21) Idem Cicero de Divinat. lib. 2.

(22) Vide ſupra cap. 9. n. 17. & 19.

(23) Vide ſupra cap. 11. a n. 5.

Digitized by Google

oſtendimus, tranſitum illâ ipsâ horâ non contigiſſe,ſed poſt Solis ortum, imò die adveſperaſcente (24). Nec quiſquam uſque modo ineluctabilibus rationibus probavit, Cæſarem re vera Rubiconem pertranſiſſe tempore antelucano. Adeòque ſuppoſitum Contradictorum non concludit eorum intentum, niſi priùs inconcuſsâ ratione probetur. Velleque inferre concluſionem excluſivam identitatis antiqui Rubiconis à fluvio Ricone,ſive Piſatello, ex ſola præmiſſa ſuppoſiti non probati, eſt Ineptiam evidentiſſimam promovere.

(24) 21. Vide ſupra cap. 9. & 10

18. *Secundum ſuppoſitum* eſt, quod Cæſar ad auſpicia captanda uſus ſit avibus, & non pullis. Undenam etenim probatur, adhibuiſſe potiùs illos, quàm iſtos? Nec faceſcit negotium, quod viderit alitem Delphicum, ſeù Aquilam: illa enim pertinet ad auſpicia *Oblativa*, & caſu data; non verò ad *Imperatoria*, & arte quæſita,de quibus hìc intelligendum eſt, *auſpicia captare*. Denique *Tertium ſuppoſitum* eſt, quod Antiqui ad auſpicia captanda non uterentur avibus, niſi diurno tempore: nec pullis, niſi nocturno. Quis enim, & qualitèr probat iſtud? Numquid non poterant & ex ullulis, noctuis, ac bubonibus, tam die, quàm noctu auſpicia captare? (25) Huc pertinet illud Lucani

Nec Cælum ſervare licet: tonat augure ſurdo
Et lætæ jurantur aves bubone ſiniſtro (24)

(25) Vide Plinium lib. 10.cap. 12.

(26) Luc. Pharſal. lib.

19. Ac è contrario,cur non poterant uti pullis etiam tempore meridiano, nedùm die jam albeſcente? Quinimò cum Cæſar captaverit auſpicia, ut ſupponitur, manè diluculo ante Solis ortum; illo tempore debebat uti pullis, non avibus. Etenim, Del Rio teſte: *Duo à pullariis pulli in cavea ſervabantur. Primo diluculo, imperato de more ſilentio, puls, aut offa, cavea recluſa, pullis objiciebatur. Si negligerent cibum, ſiniſtrum auſpicium erat: ſi avidè depaſcerentur &c. habebatur ſecundum* (25). Claudius tamen Pulcher, Dux claſſis maritimæ, inania hæc auſpicia contempſit; cum videns pullos oc-

ca-

caſione captandi auſpicia, recuſare paſtum oblatum, juſſit eos in mare demergi; ut biberent aquam, renuentes ſumere cibum (26).

(27) Martin. del Rio diſquiſ. magic. lib.4. qu. 7. ſect. 2. n. 3.

20. Cæſar ergo tam potuit ſumere auſpicia ex avibus, quàm ex pullis: & ex pullis potiùs debuiſſet ſuſcipere, quàm ex avibus. Item ęquè poterat illa diurno tempore captare, ac nocturno. Nec minùs id operari poterat conſiſtens apud *Riconem*, aut Piſatellum, quàm hærendo adud *Luſum*. Quamobrèm evaneſcit contrarium aſſumptum, quod illa captare valuerit apud ſecundum fluvium dumtaxat, non verò apud primum. Et ex hoc tenui objecto inferre, quod excludenda ſit identitas antiqui Rubiconis, ac fluvio Ricone, ſive Piſatello, cui eamdem adſcribunt innumeræ rationes hucuſque productæ; non eſt ſeriò loqui, ſed anilem fabulationem proponere, frigidam, inſipidam, & non innixam, niſi ſolemniſſimæ Ineptiæ.

CA-

CAPUT XIX.

Ad nihilum rediguntur aliæ *Tres Ineptiæ*, impugnatrices identitatis antiqui Rubiconis cum Ricone.

SUMMARIUM.

1. INeptia Septima, *quod Frizzolius ſe dicat accolam Pluſæ, ideſt Luſi, & hic ſit Rubico.*
2. *Frizzolius non captavit ſibi honorem ex Rubicone; quem non memoravit.*
3. *Solianum non adhæret Luſo, ſed Sabiniano: nec Muſa Frizzoli obeſt Riconi.*
4. *Hic Poeta potuit ſe accolam Pluſæ nominare aliundè, quàm à Rubicone.*
5. Ineptia Octava, *quod Rico non claudat Triangulum Galliæ: nec fluat ex alpibus, prout Luſus.*
6. *Apenninus* ad Baltias *non facit angulum, neque cubitum, neque triangulum.*
7. *Paulo inde diſcedunt* Tiberis, Maricula, & Sapis. *At Arnus oritur longè indè.*
8. *Baſis Trianguli Galliæ Ciſalpinæ alitèr à Polybio, & alitèr à Strabone ſtatuitur.*
9. *Rico, & Luſus longè à Baltiis habent initium: hocque nil faceſcit cum identitate Rubiconis.*
10. *Luſus non claudit Triangulum &c. Nec ob iſtum claudendum Rubico factus eſt limes Italiæ.*
11. *Non rerum figura dat eis cauſam, quod pro limite conſtituantur.*
12. *Magis rectam lineam facit Rico, quàm Luſus, hicque non claudit Triangulum Polybianum.*
13. *Fines conſtituendi erant præcipuè in planitie, non per juga montium.*

14, *Linea*

Digitized by Google

14. *Linea terminativa Trianguli ſupradicti percurrit ad Piſatellum, non ad Luſum.*

15, Ineptia Nona, *quod flumina dilataverint alveum; Et quod Rico non meruerit eſſe finis Italiæ.*

16. *Gratis aſſeritur, quod flumina dilataverint alveum: ex Pontibus enim antiquis patet oppoſitum.*

17. *Sub quibus decurrunt eadem flumina, quæ multis ab hinc ſæculis pereffluebant.*

18. *Vanum dicterium, quod Rico non ſit latior ſesquipertica, nec fluvius naturalis; aliæque Ineptiæ.*

19. *Non diſcutitur quis fluvius eſſet aptior, ſed quis ſtatutus fuerit limes Italiæ.*

20. *Luſus non eſt, nec fuit aptior Ricone ad fungendum officio limitis Italiæ.*

I*Neptia Septima* impugnatrix identitatis antiqui Rubiconis cum fluvio Ricone, ſive Piſatello eſt, quod Laurentius Frizzolius Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Ariminenſis,ab Oppido Soliani dictus quoque Solianenſis, deſcribens metricè Villam Frizzolæ, ubi originem habuerat, dicit, quod erat *non infimus accola Pluſæ*: & voluerit ſignificare, ſe quidem deſcendere ab illo Pago; Verùm quia ipſum alluit Pluſa fluvius (nunc appellatus nomine Luſi, fluens propè Solianum) qui, ut ſupponitur ex adverſo, eſt Rubico Antiquorum, non prodibat ex abjecto loco, ſed ex conſpicuo, & celebri, propter famam ipſius met Rubiconis, à quo præfatus quoque Frizzolius participabat honorem. Undè inferunt, ſeù comminiſcuntur Contradictores, identitatem Rubiconis pertinere ad fluvium Pluſam, ſeù *Luſum*; non verò ad *Riconem*, aliàs Piſatellum.

2. ℟ totum hoc vaniloquium gratis effundi, & merè divinatoriè, atque idealitèr pronunciari. Quandoquidem Frizzolius nullum verbum facit de Rubicone: quem ſicuti poterat, ita etiam debebat expreſsè nominare, ſi volebat ex eo ſibi honorem acquirere, at-

que gloriam comparare. Omninòque inveriſimile eſt, quod hic Poeta, intendens conciliare ſibi decus ex fama Rubiconis, improvidè ſit uſus dubio, & involuto nomine fluvii Pluſæ (quem nullus ea ætate, nondùm adhuc mota quæſtione, de qua nunc diſſeritur, pro Rubicone cenſebat); cum ſciret, vel profectò ſcire deberet, ſe tale decus non poſſe, niſi ex rutilanti, claraque, ac dilucida expreſſione verbi Rubiconis rationabilitèr adipiſci.

3. Profectò *peccaſſet Poeta* ille, *ſi ex Rubicone ſuas laudes ducere intendiſſet, reticendo Rubiconem, ex quo pendebat honor, & dicendo Pluſam, nomen inſolitum* (1). Merè igitur divinatoriè ſupponitur, Laurentium Frizzolium in recenſito fragmine carminis, pro voce *Pluſæ*, ſignificante fluvium Luſum, intellexiſſe Rubiconem. Et quoniam etiam ſupra negatum fuit ſuppoſitum, quod Luſus decurrat propè Oppidum Soliani: quippe Solianum adhæret fluvio Sabiniano, non Luſo, prout ex Tabulis Geographicis innoteſcit; ideò creſcit hinc quoque difficultas propoſitæ Ineptiæ. Totâque collectâ ſummâ ratiocinii exadverſo compoſiti; nihil Muſa Frizzolii concludit, aptum excludere identitatem Rubiconis à fluvio Piſatello.

(1) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 2. c. 3. ad fin.

4. Nec per hoc ullum præjudicium infertur honori ejuſdem Poetæ: quippe qui benè valuit ſe non infimum Pluſæ accolam nominare, aliundè, quam à Rubicone: ſcilicet vel quia eſſet ex primariis, & antiquioribus familiis pertinentibus ad regiunculam, ſitam inter initia fluviorum Luſi, & Sabiniani: vel quia divitiis abundaret: vel quia doctrinâ floreret: vel quia ex propriis, & perſonalibus ejus dotibus haberet, unde alios ejuſdem tractus incolas ſuperaret, aut ſaltèm æquaret. Rebuſque ita ſe habentibus, nugatur quiſquis ad ſignificationem Rubiconis nullatenùs nominati, trahere conatur ſenſum verborum, quæ hic Poeta de ſe metricè cantitavit. *Oportet demonſtrare, Frizzolium meminiſſe Rubiconis, ejuſve aliquam ſignificationem exhibuiſſe: quod*

jure

jure meritò negat Claramontius, Hiſtoricus Cæſenas, *&* *deridet conjecturam Rubiconis verbo Pluſæ ſignificati*. (2)

(2) Idem Vincen. loc cit. ſect. 3. c. 13. f. 93.

5. *Ineptia Octava* eſt, quod Rico, ſeu Piſcitellus non faciat lineam rectam, claudentem Triangulum, ſeu baſem Trianguli Galliæ Ciſalpinæ ad littus Adriaticum, ubi ab Auſtro incipit vergere in Eurum. Neque itidem fluat ex Alpibus Apenninis, quæ faciunt cubitum juxtà *Baltias*: propè quas naſcuntur hæc flumina, Tiberis, Arnus, Maricula, & Sapis. Sed incipit fluere ab una propagine jugi Apennini: à qua propagine uſque ad culmen ipſius jugi remanet multum ſpatium indiviſum. Antiquus autem Rubico fluebat à dictis Alpibus, uti patet ex Lucano: necnon claudebat præfatum Triangulum; ubi & fungebatur officio termini diviſorii Galliam inter Ciſalpinam, & Italiam Romanam. Quæ duæ qualitates deficientes in Ricone, ſeu Piſatello, verificantur in Luſo, utpotè qui naſcitur ex Alpibus ad montem Perticaræ, multò prius, quàm Piſatellus ad Strigariæ montem, clauditque præfatum angulum, ad quem recta fluit. Ergò non *Rico*, ſed Luſus eſt Rubico Antiquorum.

6. ℞ in primis gratis aſſeri de monte Baltiarum, quod faciat cubitum, figuramque angularem in Alpibus Apenninis. Nos enim fuimus illo in loco, vidimusque, montem eſſe altiſſimnm, vaſtæ circumferentiæ, ac nemoroſum, in cujus dorſo à meridionali parte ſita eſt populatio 30. circiter familiarum ibi morantium, quæ ab ejuſdem loci nomine, dicitur & ipſa, *le Balze*. Nec tamen vidimus (niſi nos ocularis obſervatio fefellerit) quod ibi Apenninus faciat angulum, neque cubitum ullum ſingularem, & inſolitum. Sed quemadmodum alibi, ſic & ibi, tractus ille, Alpeſque Apenninæ, conſtant ex continuata ſerie montium ſublimium, ſibi ordinatim ſuccedentium unus poſt alium, abſque aliâ figurâ cubiti, vel formæ angularis, aut habitudinis acuminatæ, quæ referri debeat ad triangulum.

7. Obſervavimus quoque initia fluminum paulò in-

de dimanantium, nempè inchoantia ſuum iter in diſtri-ctu Plebis Vineolæ. Vidimusque ad meridiem exordium habere *Tiberim*, properantem verſus Romã. Ab Oriente *Mariculam*, tendentem itinere verſus Ariminum. Et à Septentrione *Sapim*, decurrentem propè Cæſenam, indeque ad fretum Adriaticum: ubi tam hic, quàm illa, mox, inquam, ſata Maricula exonerant ſuas aquas. Nullum verò eſt apud Baltias, ejuſve propinquitatem, veſtigium fluminis Arni (ut è contrario ſupponitur): quod imò conſtat, oriri longè indè, in diſtantia 20. & ultra mille paſſuum, ut per Florentiam tranſiliat Piſas, & ſe ſe tandem in Tyrrhenum æquor devolvat.

8. Sicque nec à vertice ſublimis, & nemoroſi montis Baltiarum, nec à ſuppoſito illarum cubito, ulla exurgit, vel rationabiliter trahi debet linea, quæ Septentrionali decurſu tendat ad concludendum Triangulum Galliæ Ciſalpinæ in ora littoris Adriatici. Triangulum, inquam, quem ſtatuit Polybius (3) baſem ejus conſtituens in littore Veneto, à Tergeſte uſque ad Senam, hodiè Cæſenam. Nõ verò illum, de quo verba facit Strabo, extendẽs ipſam baſem, ſeu addens ipſi Triangulo flexionem, quâ fertur uſque ad Anconam (4): Diversâ namque inſpectione, ac dimenſione, de planitie Ciſalpina loquuntur Sttabo, ac Polybius (5). Jcnographiam verò Trianguli Polybiani videre eſt apud Scipionem Claramontium Hiſtoricum Cæſenatem (6).

9. Quod posteà fluvius *Luſus* ex una propagine aquilonari tractus Apennini, naſcatur, & initium habeat ad montem Perticariæ; *Rico* verò, ſive Piſatellus, exordium ducat ab alia ſimili propagine, diſtincta nedum, ſed & diſtante à priore, quatenùs habet ſcatebram ad montem Strigariæ; quid hoc facit pro identitate antiqui Rubiconis alteri ex dictis fluviis concedenda, & alteri deneganda? Et quid hoc pariter cum elato monte Baltiarum, à quo tam Riconis, quàm Luſi origo ſumit èxordium in diſtantia 18. circitèr mille paſſuum?

(3) Poilybus Hiſtor. lib. 2.

(4) Strabo Geographiæ lib. 5.

(5) Vincent. Cæſen. de Rubicon antiq ſect. 3. c. 4. ſ. 27.

(6) Claramon. Hiſtor. Cæſen. in apparat. par. 1. ſ. 8.

Quod

Quod item Luſus, & Rico, unus alio aliquantispèr prolixiore pergat, vel non pergat inceſſu; cum tamen ambo inter diverſas propagines montium ab Apennino deſcendentium exorti, ad Mare Adriaticum finem habeant; quid hoc primo fluvio proficit, ut exiſtat, & quid officit ſecundo, ne ſit Rubico identicus antiquorum? Nemiæ ſunt iſtæ, ac aniles Ineptiæ.

10. Adhuc & negatur aliud ſuppoſitum, imò duo ſuppoſita. *Primo*, quod Luſus habilis ſit ad faciendam lineam rectam pro claudendo Triangulo Polybiano: nam à ſua ſcatebra uſque ad oſtium Maris, ita ſinuosè procedit, ut ferè ſemicirculum repræſentet flexum dorſo ad Orientem, ejuſque convexitas excedit diametrum 3. mille paſſuum. *Secundum* ſuppoſitum eſt, qūod ideò Rubico fuerit conſtitutus limes inter Galliam Ciſalpinam, & Italiam Romanam, quia claudebat Triangulum terminativum utriuſque Provinciæ. Non enim hæc fuit ratio, ſeu cauſa officii limitanei eidem commiſſi; ſed vera cauſa fuit, quod cum hinc ab Occaſu Gens Gallica, & inde ab Ortu Potentia Romanorum dominarentur utrimque uſque ad Rubiconem; idcireò ſtatutum fuit, ut idem fluvius eſſet finis, terminus, atque limes inter utramque Nationem: nihil, vel parùm attento, quod clauderet, vel non clauderet præcisè Triangulum antefatum: decurreretque paulò infrà, vel paùlò ultrà ipſum Triangulum Polydianum: & faceret, aut non faceret rectam lineam cum illo.

11. Itaque non rerum natura, nec quia ſint hujus, vel illius conditionis, dat eis cauſam, quod pro limite conſtituantur: cum fines, & limites inter loca, Provincias, Regna, & Nationes, diverſi generis res conſtitui valeant, & pluriès fuerint conſtitutæ, prout ſupra latè probatum fuit (7). Ac pro certo habendum eſt, non ex fignra earum, recta, curva, ſpherica, vel angulari; nec *ex magnitudine*; *ſed ex ſitu conſtitui limites*. Nec item *ex rectitudine duci, & ſumi ſitum, ſed ex poſſeſſionis*

(7) Vide ſup. n. 1. à n. 3.

(8) Vinc. Cæſ. loc. cit. ſect. 3. c. 12. f. 77.

nis juſtæ , & dominii juſti terminis (8). Atque idcircò non ratio rectitudinis lineæ , quam faciat Rubico ad Triangulum ; ſed ratio extenſionis dominii conlimitanearum hinc inde ibidem Nationum , dedit cauſam termino in decurſu ejuſdem fluvii conſtituto. Adeòque ſivè Rico, aliàs Piſatellus claudat , ſivè non claudat rectâ lineâ ſæpedictum Triangulum ; hoc neque dat ipſi , neque detrahit identitatem antiqui Rubiconis .

12. Admiſſo nihilominùs ex abundanti , non tamen conceſſo , quod revera tota ratio conſtitutiva limitis in Rubicone,fuerit ex eo,quod per eumdem fluviũ formaretur linea claudens memoratum Triangulum ; certè magis rectam , aptamve lineam , ſive minus convexam , facit fluvius Rico , quàm Luſus , ut ex inſpectione oculari Tabularum patet : ſumpto tamen Ricone , ſeu Piſatello , non prout fluit modò ad finem ſui curſus verſus fluvium Sabinianum ; ſed prout fluebat ætate Cæſaris , tendendo recto tramite ad locum , ubi eſt Portus Cæſenaticus. Rico namq; mutavit alveum verſus finem, ut ſupra fuit oſtenſum. Adde,quod Triangulus Polybianus, ſivè baſis ejus, à Tergeſte ad Cæſenam fertur, & ibi ſe ſiſtit: adeòque linea clauſiva illius poteſt quidem referri ad fluvium Piſatellum , tamquam decurrentem propè Cæſenam . At non poteſt referri ad fluvium Luſum, qui properat longè à Cæſena per 13. vel 14. mille paſſus : totidemque proindè diſtat ab angulo Polybiano . Prætereà linea inceſſus fluvii Rubiconis , claudens Triangulum, non eſt attendenda , ubi ſumit initium , & ſucceſſivè decurrit per juga montium , vel inter cavitates eorum ; ſed ubi , poſtquam deſierunt montes , colles , & per ſuccedentes planitiem tendit alveus ejuſdem fluvii recto itinere ad angulum orientalem ipſius met Trianguli in littore Adriatico,qui eſt ejus baſis. Poſtquã autem deſierunt montes,& incipiunt colles,& planities, Luſus non rectâ lineâ, ut deberet à Meridie ad Aquilonem ; ſed obliquo inceſſu ab Oriente

ver-

Digitized by Google

verſus Boream pro magna parte fertur ad Mare, ubi angulum orientalem Trianguli Polybiani minimè rectâ lineâ claudere valet.

13. Porrò neque Galli, neque Romani dominantes hinc inde, ducebant exercitus (niſi fortè admodùm raró) per alpes Apenninas, & per juga montium, ut illis in locis abruptis, aſperis, & difficillimis præliarentur, ac de finibus decertarent judice bello; ſed hæc operabantur in planitie, quæ à finibus montium vergit ad mare, ubi facilè poterant inſtrui prælia, & iniri certamina. Hicque præcipuè magis, quàm illic, in planitie, inquam, circa Cæſenam, ſitam tunc in Gallia Ciſalpina, & Ariminum poſitum in Italia Romana; opus erat limites conſtitui diviſorios utriuſque ditionis; non per altos montes, ab ipſa planitie aſcendentes ad Apenninum: ubi vix ullum negotium bellicum agendum erat.

14. Nec dicas, ergò tota regio manebat indiviſa. Quia hoc non ſubſiſtit. Dividebatur enim à Ricone, ſeu Piſatello, tunc Rubicone, per decem & octo millia paſſuum, atque ultrà, quot decurrunt à ſua ſcatebra uſque ad Mare. Et quoad reliquum eorum tractum uſque ad culmen Apennini, alpeſtribus illis locis ſat cautum erat, ſi eorumdem incolæ ſequi deberent fortunam dominantium in planitie. Linea autem præfata, ducta per hanc planitiem ad littus Adriaticum in angulo orientali terminativo præmemorati Trianguli, referri valet ad *Riconem*, ſeu Piſatellum Cæſenæ proximum; non ad *Luſum* inde per multa milliaria diſtantem: uti patet ex tabulà topographica citati Trianguli per Claramontium adducta (9). Ergo ſi Rubiconis identitas deſumenda eſt à memorata linea clauſiva Trianguli ſæpefati, ſpectabit evidentèr ad *Riconem*, non ad *Luſum*.

(9) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. par. 1. fol. 8.

15. *Ineptia nona* eſt, quod omnia flumina, fluenta, & ductus aquarum Provinciæ noſtræ, à 150. annis valdè dilataverint alveum ſuum. Et cum Rico, ſeu Piſatellus ætate noſtra non ſit latior ſeſquipertica; ſit ex conſe-

quentii

quenti, quod tempore Cæſaris vix fuiſſet exigua foſſa, & indigna quæ ſuſtineret munus limitis inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam, prout ſuſtinebat Rubico Antiquorum. Provinciæ namque, Regiones, ac Regna dividuntur notabilibus finibus, ad inſtar magnarum ditionum, uti ſunt flumina; non verò ad inſtar agrorum, rivulis, aquæductibus, parvuliſque fluentis, & foveis manufactis, qualis eſt ipſimet Piſatellus. Aptior verò ad idem officium limitaneum exercendum fuerit fluvius Luſus. Et idcircò hunc, non illum, dicendum ſit, eſſe Rubiconem identicum Antiquorum.

16. ℞ totum iſtud commentum citò exinaniri, dicendo, illud gratis undequaque proponi. Gratis enim aſſeritur, quod flumina, & aquarum decurſus, à 150. annis dilataverint ſuum alveum: totum enim oppoſitum hujuſmodi vaniloquii convincitur obſervatione Pontium, ædificatorum antiquitùs, multiſque jam ab hinc ſæculis, ſuper fluminibus Provinciæ noſtræ, ac cæterarum etiam, nedùm Italiæ, ſed & Europæ Regionum: ut eſt Pons Anienis renovatus à Narſete (10): Pons Beneventi excitatus à Severo (11): Pons Coloniæ conſtructus à Conſtantino (12): Pons Tagi erectus à Trajano (13): Pons Romæ Xyſtus appellatus, conditus à Valentiniano (14): Pons ibidem, dictus Quatuor Capitum, fundatus à Lucio Fabricio (15): Pons Milvus, Pons Arimini, Pons Ticini, & ſic de aliis.

(10) Greter. In ſcript. Roman. f.161.n.1.
(11) Idem loc.cit. f.1020. n.3.
(12) Sigon. Imp. Occid. lib.2.
(13) Ciacon. Hiſt. vtr. Bell. Dacic. n.260.
(14) Grute. Inſcr. Rom. f.160. n.4. & 6.
(15) Idem loc.cit. f.160.n.3.

17. Cum enim flumina ſub iſtis Pontibus decurrentia jam à mille, ac mille quingentis; & ſexcentis ab hinc annis, adhuc intra illorum latitudinem contineantur; hoc patefacit, inane figmentum eſſe, contendere, ſeu comminiſci, quod flumina 150. ab hinc annis valdè alveum prolataverint: ut inde inferatur, Piſatellum, ſeu Riconem, data hypotheſi ſubſiſtentiæ ſuppoſiti præfati, ætate Cæſaris nonniſi foſſatum exiguum extitiſſe. Alias rationes excluſivas ipſiuſmet ſuppoſiti adducunt Scipio Claramontius (16), & Vincentius Cæſenas (17) occaſione præ-

(16) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in appar. par.2.
(17) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect.2. c.2. f.19. & ſect.3. c.3. §. Septima f.73.

præſentis quæſtionis de Rubicone, quas hìc proſequi ſuperfluum eſt: quandoquidem jam relata de Pontibus abundè probant intentum noſtrum.

18. Gratis itidem effutitur, quod Rico, ſeu Piſatellus non eſt latior ſesquipertica; cum pro diverſitate locorum dilatetur uſque ad perticas 12. 17. & 27. uti ſuperiùs Menſoris geometrici experimento, & publica teſtificatione pateſecimus (18). Gratis quoque fingitur, quod idem Piſatellus non eſt fluvius naturalis, ſed rivulus, foſſatum prædiale, ac aquæductus labore manuum artefactus; cum inſpectione oculari hoc mendacium proſternatur (19). Gratis denique ſomniatur, quod officio limitis inter Provincias dumtaxat flumina perfungantur; cum tam Scriptorum auctoritate, quàm Hiſtoriis abundè ſupra recenſitis (20) per nos fuerit oſtenſum, parvos quoque amnes, columnas, montes, & etiam arbores ad hoc munus aſſumi poſſe, ac perpluriès fuiſſe ſolitos adhiberi.

(18) Vide ſupra cap. 13. n. 11. & cap. 15. a n. 2.

(19) Vide ſupra cap. 15. a n. 2.

(20) Vide ſupra cap. 1. a n. 3.

19. Quod poſtmodùm fluvius Luſus aptior extiterit, quàm Rico, ſeu Piſatellus, ut conſtitueretur terminus limitaneus inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam. *Primò* reſpondemus, noſtram quæſtionem non verſari ſuper articulo, quisnam dictorum fluviorum fuerit magis, vel minus aptus ad idem officium. Neque ſuper dubio juris ipſiusmet majoris, vel minoris aptitudinis; ſed ſuper dubio facti: nempè num re vera Piſatellus, an verò Luſus, conſtitutus fuerit limes, & finis inter utramque regimen, ſeù dominia præfata (21). Quid quid ſit igitur de dubio juris; Ineptia eſt de illo ſpeculativè diſputare, quando jàm practicè, innumerarum rationum vi, cunctorumque Scriptorum, omni exceptione majorum, conſona teſtificatione innoteſcit, quod limes dividens antedictas ditiones affixus fuit fluvio Piſatello: tunc Rubiconis, & nunc quoque Riconis nomine appellato.

(21) Vide ſupra cap. 1. a n. 11. & cap 11. a n. 11.

20. *Secundò* reſpondemus negando ſuppoſitum,

quod Luſus aptior ſit Ricone, ſeù Piſatello, ad fungendum officio termini limitanei, ac finis inter utramque Potentiam, Gallicam, & Romanam. Nec enim ratione ſitus, nec ratione latitudinis alvei; neque ratione dignitatis nominis, neque majoris affluentiæ aquarum, vel altitudinis riparum, ſive fertilitatis adiacentium agrorum: nullâ deniquè alia ratione Luſus habeat quidquam, quod non concurrat ſaltèm æqualitèr etiam in fluvio Ricone: à quo imò, facta rerum inter ſe benè concepta collatione, pluribus ex titulis noſcitur ſuperari (22). Talitèr ut *Luſus* nec etiam longioritate inceſſus, ſivè itinere fluviali *Riconi* prævaleat: niſi fortè per aliquot paſſuum centurias, paucaſve myriades eorumdem, non conſtituentes tale diſcrimen, ut indè major aptitudo ad fungendum officio limitis Italiæ, illi valeat adſcribi ſinè nota inaniſſimæ Ineptiæ.

(22) Vide cap. ſeq. n. 2. & 15.

Digitized by Google

CAPUT XX.

Confutantur poſtremæ *Tres Ineptiæ*, detrahentes Riconi, ne ſit Rubico identicus Antiquorum.

SUMMARIUM

1. INeptia Decima; *quod* Luſus *parvus in ſe, comparativè ad* Riconem *ſit magnus*.
2. *Luſus nil prævalet ſupra Riconem. Rico verò in aliquibus Luſo potior eſt.*
3. *Lucanus non dat Rubiconi epithetum* parvi *comparativè, ſed abſolutè.*
4. *Quo magis exaggeratur puſillitas Riconis, eò magis probatur in eo identitas antiqui Rubiconis.*
5. Ineptia Undecima, *quod Cæſena deſcribatur per ſolum flumen* Sapim, *non verò per Rubiconem.*
6. *Negatur conſequentia, quæ non legitimè deducitur ex præmiſſis.*
7. *Quæſtio nunc non eſt de pertinentia, ſed de identitate fluvii Rubiconis.*
8. *Deſcriptio Civitatis per unicum fluvium excludit identitatem Rubiconis etiam à Luſo.*
9. *Strabo deſcribit Cæſenam nedùm per flumen Sapim, verùm etiam per Rubiconem.*
10. *Quod Dantes, ac Tibertus non meminerint Rubiconis, hoc nihil probat.*
11. Ineptia Duodecima, *quod Rubico fluat inter Ariminum, & Ravennam, hocque verificetur* de *Luſo.*
12. *Retorquetur argumentum, quia etiam Rico fluit inter Ariminum, & Ravennam.*
13. *Imò id faciunt 7. flumina: quæ omnia non ſolus Luſus, erunt Rubico Antiquorum.*

14. *Ibidem non ſolus fluvius Luſus decurrit; ſed alii quoque eidem æquales.*
15. *Quibus hic nihil prævalet, nec prolixitate, nec in ratione conſtitutiva fluvii.*
16. *Rubico non fluit apud Ariminum. Propinquitas admittit congruam extenſionem.*
17. *Talis extenſionis documenta ex Virgilio, Lucano, & Claudiano petita.*
18. *Quomodò Rubico ſit vicinus Arimino? Et retorquetur argumentum.*
19. *Matthæus Brunus memorat Rubiconem uti diſtinctum à fluvio Luſo.*
20. *Fines Occideniales Arimini eſſent nimium arcti, ſi pro Rubicone intelligeretur Luſus.*
21. *De identitate Rubiconis quinam egerint? Citò & alius Vir eruditus de ipſa rè aget.*
22. *Quæ diximus, ſi non ſufficiunt quærenti errorem, abundabunt inquirentibus veritatem.*

I*Neptia Decima* inſultatrix honori Piſatelli, ſivè Riconis, nè reputari debeat Rubico identicus Antiquorum, ſiſtit in hoc, quod Luſus equidèm parvus eſt fluvius, ut in ſe conſideratus; verumtamèn comparativè ad Piſatellum eſt magnus. Et quamvis Lucanus aſſerat Rubiconem, quem Cæſar hoſtilitèr pertranſivit, parvum extitiſſe; attamèn de parvitate locutus eſt, non abſolutâ, ſed comparativâ: itaùt Rubico parvus eſſet, facta ejus comparatione cum Rheno, Moſa, ſimilibuſque magnæ amplitudinis fluminibus: Quippè idem Cæſar Gallicam Provinciam adminiſtrans, penès ipſa Gallica flumina verſatus fuerat. Igitur identitas Rubiconis, non conveniens *Riconi*, ſeù Piſatello, adſcribenda eſt fluvio *Luſo*.

2. ℞ Jam ſatis in confutandâ Ineptiâ præcedente, ſubverſam, & exinanitam fuiſſe quoque præſentem. Porrò Luſus nullâ prærogativâ prævalet ſupra Riconem: nec

nec fert uberiores aquas: nec hæ unquam intumeſcunt, vel deficiunt, augentur, vel minuuntur in uno, quin & idem eveniat in alio. Luſus item à ſuo initio uſque ad oſtium æquoreum, non eſt Ricone longior (ſi dimenſio fiat per lineam rectam, ductâ paraſangâ per aerem) ſed fortaſſis aliquantò brevior. Si verò metatio ineatur, proùt alveus Luſi circumeundo incedit, hic non eſt Ricone longior, niſi per duo circitèr milliaria, ut ex Tabulis Geographicis patet*. An autem ſola, & miſerabilis major longitudo per unum, vel duo (aut etiam per 4. aut 5. milliaria, ſi tot eſſent) ſit digna, ut ex ea Luſus dici valeat parvus quidam ut in ſe aſt, magnus judicari debeat comparativè ad Riconem, cæteris alioquin paribus: (imò prævalente ſecundo pluribus aliis titulis, ac præſertim ex eo, quod miniſtrat aquas decem piſtrinis, etiam duplicatas molas frumentarias continentibus; cum primus nullum frumentarium, aliterve hydraulicum habeat ædificium) rectus, prudens, & eruditus Lector dijudicet.

* Vide Tabulam Romandiolæ Philippi Titi.

3. Sed & ipſiſmet motivis benè perpenſis, quilibet juſtus rerum æſtimator ſententiam ferat de vero Lucani ſenſu, denominantis, ſeù denotantis Rubiconem epitheto *parvi*, ubi canit

Jam gelidas Cæſar curſu ſuperaverat Alpes,
Ingenteſque animo motus, bellumque futurum,
Cœperat: ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas &c.
Fonte cadit modico, parviſque impellitur undis,
Puniceus Rubicon (1)

Sententiam, inquam, ferat, num Lucani ſenſus eo tendat, ut fluvium illum prædicet *parvum*, non abſolutè, ſed comparativè ad Rhenum, & Moſam &c. cum nec ullum comparationis det indicium: nec natura, neque objectum ſuæ cantilenæ depoſcat, ibi ullam fieri comparationem: ſed evidentèr de re abſolutè ſumpta loquatur.

(1) Lucan. Pharſal lib. 1. fol. 18 & 19.

4. Cæterùm quo magis exaggeratur puſillitas Piſatelli, ſivè Riconis; nedùm non eo magis infirmatur, ſed imò,

imò eo magis roboratur titulus, & ratio, propter quam eidem adſcribi debet qualitas identica Rubiconis Antiquorum, ut alibi notatum fuit (2) idque dictitant nedum verba præfati Lucani

(2) Vide ſupra cap. 15 n. 10.

Cœperat: ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas;
verùm etiam carmen Baptiſtæ Mantuani;

Venerat alpini parvum Rubiconis ad amnem.
Necnon Pentametrum Antonii Aſteſani,

Tnditur exiguas ad Rubiconis aquas.
Omninoque idipſum convincitur ex Svetonio, qui recenſendo, adſtitiſſe dorſo Rubiconis, non amplum pontem, ſed *ponticulum* (3) exiguitatem quoque ipſiusmet fluvii demonſtrat conſonam eſſe conditioni Riconis. Alia de hac re, ſi placet, vide ſuperiùs (4). Etenim adeò frigida eſt dicacitas præſentis Ineptiæ, ut non mereatur ampliori reſponſione propelli.

(3) Sveton. in vit Jul. Cæſar.

(4) Vide ſupra cap. 1, a n. 8.

5. *Ineptia Undecima* eſt, quod Auctores non deſcribant Civitatem Cæſenæ, niſi per unicum tantùm flumen, videlicet *Sapim*; non verò per Rubiconem. Et ita Dantes Aligerius de ipſa Urbe loquens, eumdem Sapim nominat, ſed nullum verbum facit de Rubicone, accinens: *Cæſena*

E' quella, à cui il Savio bagna il fianco.
Darius quoque Tibertus Civis Cæſenas memorat ſolam *Cæſaulam*, fluviolum interſecantem eamdem Urbem, dicens

Urbs Cæſena mihi patria eſt, quam dividit unda
Cæſis, & à patrio flumine nomen habet.

Nullus deniquè deſcribit illam per fluvium Rubiconem. Ergò Rubico Antiquorum nihil pertinet ad Riconem, ſeù Piſatellum, qui eſt fluvius Cæſenatum.

6. ℞ Hanc Ineptiam ſatis proſterni, ſi negetur conſequentia: quandoquidèm iſta nec ſequitur, nec legitimè deducitur ex præmiſſa enthymematis propoſitione. Poſſunt namque, ſeù meliùs, poſsent ſtare benè ſimul omnia ea, quæ in antecedenti ſupponuntur, nempè, quod

Cæ-

Digitized by Google

Cæſena non habeat niſi unicum flumen, ad illam pertinens; quod nullus eam deſcripſerit per Rubiconem: quod Dantes per ſolum Sapim, ac Tibertus per ſolam Cæſaulam; Civitatem ipſam deſcripſerit: & nihilominùs Rico, ſeù Piſatellus, ſit Rubico identicus Antiquorum. Quam neceſſariam etenim connexionem habent ſimul Antecedens præfatum cum Conſequentia deducta, ut hæc è conſpectu illius non valeat abſolutè negari?

7. Quæſtio namque noſtra in præſentiarum non agitur, ad quem, vel quos pertineat Rubico Antiquorum? ſed quinam ſit ille fluvius, qui tempore Cæſaris Rubico vocabatur. Nec item hic diſputatur, quænam Civitas, Oppidum, aut locus per ipſum Rubiconem ſit deſcribendus; ſed quinam ex duobus fluviis ſit identicus Rubico à Cæſare hoſtilitèr pertranſitus; *Piſcitellus*, an *Luſus* (5). Adde, quod una pars Antecedentis pugnat cum alia: quatenùs Dantes deſcribit Cęſenam per flumen *Sapim*; Tibertus verò non per illum, ſed per fluviolum *Cæſaulam*; ſicque unus eorum ſilet flumen Rubiconem, & alter non ſolùm hunc ſilet; ſed etiam flumen Sapim. Quarè Conſequentia non æquo pede hinc indè procedit: nec eſſet reſtringenda ad excludendum ſolum Rubiconem, ſed etiam Sapim. Nam qua ratione ex Dante negatur Civitati Cæſenæ Rubico; eadem ratione ex Tiberto denegandus ei eſſet quoque Sapis (6).

(5) Vide ſupra cap. 16. n. 2. & cap. 17. n. 27.

(6) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 8. ſ. 51.

8. Deindè ſi argumento propoſito ineſſet ulla vis, retorqueri poſſet adversùs Contradictores hoc modo. Civitas Arimini non habet niſi unicum flumen, præferens idem nomen, quod & alitèr Maricula nuncupatur. Undè Strabo: *Habet Ariminum Portum, & ejuſdem nominis Amnem* (7): Nec ullus eamdem Urbem deſcribit per Rubiconem. Ergò Luſus, qui eſt fluvius properans Ariminum verſus, non eſt Rubico Antiquorum. Itaquè ſi deſcriptio Civitatis per unicum tantùm fluvium excludit identitatem antiqui Rubiconis à Ricone, ſeù Piſatello; excludit illam quoque à Luſo: adeòque neuter ex iſtis

(7) Strabo Geog. lib. 5.

fluviis

fluviis erit Rubico : ac proindè jam Rubico Antiquorum non erit ampliùs in rerum natura , niſi reperiatur in concavo Lunæ : juxtà commentum eorum , qui fabulantur, ſe ibidem flumina conſpexiſſe (8).

(8) Hieron. Vital. Lexicon Mathemat. V. Luna

9. Falſum eſt poſteà, quod nullus deſcripſerit Cæſenam , niſi per unicum flumen *Sapim* : non verò per *Rubiconem* (9). Nam apertiſſimè Strabo, inſignis æquè ac antiquus Geographus , dicit Senam eſſe poſitam ad *Iſapim fluvium, & Rubiconem* (10). Et ne ambigi poſſet, num de Cæſena ibi loqueretur ; ſtrictè inſinuat circumſtantibus verbis,ſe habere ſermonem de Sena poſita inter Ariminum , & Faventiam. Inter binas autem hujuſmodi Civitates non eſt,nec unquam fuit alia Sena, quàm Cæſena, à Senonibus Gallis ita dicta, & nunc per protheſim appellata Cæſena. Potuit ne igitur Strabo clariùs loqui?Et hinc fit,quod Caſaubonus textum Strabonis pro *Sena* exprimit verbo *Cæſena* (11). Adde Flavium Blondum , Leandrum Albertum , Aldum Manutium, Jo: Antonium Maginum , & alios loquentes de Rubicone, tamquam de fluvio Cæſenæ (12).

(9) Vide ſupra cap. 16. n. 3.

(10) Strabo Geograph. lib. 5.

(11) Vide Strabonem edition. Pariſienſ. anni 1620. fol. 217.

(12) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap. 12. fol. 71.

10. Quod autem Dantes Aligerius (13), & Darius Tibertus (14) agendo de Cæſena, non meminerint utriuſque ſimul fluvii, ſed alter *Sapis* dumtaxat, alter amniculi *Cæſaulæ*; neuter verò Rubiconis ; dicimus , id vel caſu accidiſſe , vel quia ita ferebat opportunitas eorum cantus : Poetis illis tunc nil cogitantibus , an ſilentium Rubiconis excitaturum eſſet quandoque difficultatem , cur ea vox fuiſſet, vel non fuiſſet omiſſa. Sed hoc quid probat ex natura ſua, & abſolutè conſideratum ? Certè nihil : ex rationibus jam alibi recenſitis (15). Multò fortiùs autem nihil probat comparativè, ideſt è conſpectu Strabonis , teſtificantis oppoſitum. Denique quidquid hic obiectatur , eſt argumentum merè negativum. Notum eſt autem, quod argumentum negativum , ut in ſe nullius eſt virtutis (16), & in hoc loco aliud non probat,niſi quod vim faciens ſuper eo,innititur Ineptiæ, nihil penitùs concludenti.

(13) Dant. Aliger. cant. 27. Infern.

(14) Darius Tiber lus de legib. amor. lib. 1.

(15) Vide ſupra cap. 16. n. 4. & 5.

(16) Tomaſſin. vet. & nov. Eccl. diſcipl. par. 1. lib. 2. cap. 36. n. 19. in fin.

Ine-

Digitized by Google

11. *Ineptia Duodecima* (quæ uti multiceps, dici poterit Ineptia Ineptiarum) eſt, quod Rubico Antiquorum fluit inter Ariminum, & Ravennam, prout refert Vibius Sequeſter. Sed Ravennam inter, & Ariminum fluit Luſus. Ergò *Luſus*, non *Rico*, eſt Rubico Antiquorum. Item, inter Cæſenam, & Ariminum, præter Mariculam, nullus eſt ductus aquarum, qui habeat rationem fluvii, niſi Luſus: cæteri verò intercurrentes, parvi ſunt rivuli, ac torrentes. Ergò ad ſolum Luſum pertinet identitas antiqui Rubiconis. Deniquè juxtà Titum Livium Rubico fluit propè Ariminum. Sed propè Ariminum poſt Mariculam, non fluit niſi Luſus. Ergò *Luſus*, non *Rico*, ſiue Piſatellus eſt verus, & identicus Rubico, à Cæſare hoſtilitèr tranſmeatus. Murta de Juriſdict. part. 1. cap. 30. n. 5.

12. ℞ primam partem hujuſce Ineptiæ retorqueri duplicitèr adverſus Contradictores hoc modo. *Primò*, Rubico Antiquorum, referente Vibio Sequeſtro, fluit Ravennam inter, & Ariminum. Sed Rico, ſive Piſatellus inter Ariminum fluit, & Ravennam, prout omnibus innoteſcit, & quilibet propriis poteſt oculis intueri. Ergò Rico, ſeu Piſatellus eſt Rubico identicus Antiquorum. Nec faceſsit negotium, quod etiam Luſus fluat inter Ariminum, & Ravennam: hoc etenim nec nos negamus; ſed quantùm ad examen præſentis indaginis, nobis eſt ſatis, quod qualitas decurſionis inter ambas illas Civitates, à Vibio Sequeſtro inſinuata, verificetur in Piſatello: præſertim adſtipulantibus eidem innumeris penè aliis rationibus, identitatem antiqui Rubiconis in illo validiſſimè comprobantibus.

13. *Secundò*, Ineptia retorquetur hac forma; ſi Luſus ideò eſt identicus Rubico Antiquorum, quia fluit inter Ariminum, & Ravennam. Ergò etiam *Sapis* decurrens propè Cæſenam; & Vitis, vulgò *il Ronco*, haud longè permeans à Forolivio, erunt Rubico Antiquorum: quia utrumque iſtud flumen, Ravennam inter, & Ariminum fluit. Et ſic identitas antiqui Rubi-

conis non ampliùs debebitur Luſo, ſed Sapi, aut Viti: Quinimò ſi ſtandum eſt ipſi unico characteri, fluendi Ravennam inter, & Ariminum; cum hæc qualitas æquè verificetur de *Viti*, de *Sapi*, de *Ricone*, de *Butrio*, de *Sabiniano*, de *Luſo*, & de *Maricula*; jam identitas antiquì Rubiconis nedùm non erit propria Luſi: ſed imò potiùs vel irreperibilis erit, vel æqualitèr prædicabitur de ſeptem præfatis fluviis: quâ vix ulla major Ineptia comminiſcibilis eſt.

14. Ad ſecundam partem argumenti, negatur abſolutè antecedens, ſeu ſuppoſitum antecedentis: nimirùm, quod inter Ariminum, & Cæſenam nullus decurrat ductus aquarum, cis Mariculam, qui habeat rationem fluij, niſi Luſus: cæteri verò cuncti ſint ſimplices torrentes, & rivuli. Falſum eſt enim hoc, prout ſupra probatum fuit (17), & falſitas ipſa conſtat abundè inſpectione oculari. Nam ſignantèr *Piſatellus*, & *Sabinianus*, qui præterlabuntur inter Cæſenam, & Ariminum, habent alveum, ripas, & qualitates omnes conſtitutivas veri fluvii, necnon curſum aquarum in eadem latitudine, ac quantitate, quam Luſus obtinet. Nec unquam, vel penè unquam intumeſcunt, aut reſpectivè attenuantur undæ illorum duorum, quin & contemporaneè idem accidat quoque in hoc tertio.

(17) Vide ſupra cap. 16. à n. 15.

15. Itaque quantùm ad eſſentiam formalem fluminis, ſive fluvij, pari paſſu ambulant *Rico*, aliàs *Piſatellus*, & *Sabinianus*, ac *Luſus*: nec quidquam habet unus eorum in ratione conſtitutiva fluvii, quod & alter æquè non habeat: neque tertius prævalet ullatenùs primo, & ſecundo; nec etiam per hoc, quod potiatur aliquantò prolixiori longitudine curſus; quia vel re vera non eſt longior, vel adeò exigua quantitate inceſſus alios excedit, ut hæc non ſit apta dare, vel auferre ſubſtantiam, & eſſentialem rationem fluminis (18): neque ſit digna conſideratione, aut quidquam afficiat, niſi apud eos, qui libentèr contendunt de ineptiis, ut vel opportu-

(18) Vide ſupra cap. 19. n. 20.

Digitized by Google

tunitati alicujus Cauſæ deſerviant, vel alitèr opinioni propriæ ſatisfaciant.

16. Ad tertiam deniquè partem Ineptiæ negatur iterùm ſuppoſitum: nempè, quod Livius aſſerat, Rubiconem fluere apud Ariminum. Nullibi etenim, quod reminiſcamur, hoc profert, prout ſentit quoq; Vincētius Cæſenas (19). Quatenùs verò id affirmaret; propinquitas Rubiconis ad Arimini Civitatem eſt intelligenda non phyſicè, ſed moralitèr: non rigorosè, ſed ſervata congrua proportione. Nam propinquitas, vicinitas, & proximitas, cum opus eſt, ſpatium non immodicæ latitudinis, & extenſionis admittunt (20). Undè Cicero: *Duobus igitur ſummis, Craſſo, & Antonio, L. Philippus proximus accedebat; ſed longo intervallo proximus* (21). Quâ phraſi *longo intervallo, proximus*, uſus eſt quoque aliquando Virgilius (22).

17. Iſque paritèr Poeta Mantuam non parùm à Cremona remotam, dixit nihilominùs ei vicinam:

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ (23)

Lucanus item quandoque cecinit (24)

Cruſtuminumque rapax, & junctus Iſapis Iſauro

Cum tamen flumen Iſapis, ſeu Sapis, diſtet per 45. circitèr mille paſſus à flumine Iſauro. Quid plura? Claudianus metricè dixit quondam

Torquebit Rubicon vicino nomine Tibrim? (25)

Et tamen Rubico diſtat à Tiberi per centena, & ultra milliaria. Nunc ad rem noſtram. Philippus Bergomas in ſubiecta materia ſcripſit: *Habet Ariminum fluvium propinquum: qui fluvius, cum parvulus ſit, ab accolis Piſatello vocatur* (26). Sic quoque Sebaſtianus Munſterus ait: *Ariminum eſt Civitas Flaminiæ, non procul à flumine Rubicone, qui Piſatellus hodiè appellatur* (27).

18. Ariminum ergò eſt re vera propinquum Rubiconi; ſed propinquum in tali, ac tanta diſtantia, quæ non ſit neque major, neque minor, quam illa, quæ reperitur inter ipſam Urbem, & Riconem, ſive Piſatellum,

(19) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 2. cap. 2. fol. 17.

(20) Vide ſupra cap. 10. n. 16.

(21) Cicero de Clar. Orator. 89.

(22) Virgil. Eneid. lib. 5. 64.

(23) Idem Virgil. in Bucolic.

(24) Lucan. Pharſal. lib. 2. f. 43.

(25) Claudian. in 6. Honor. Conſulat

(26) Jac. Philip. Bergom. ſupplem Chron.

(27) Sebaſt. Munſter. Coſmog. univerſ. lib. 2. f. 213.

Digitized by Google

ſum, antiquo tempore appellatum nomine Rubiconis. Rebúſque ità ſe habentibus, nedùm ex aſſerta propinquitate non concluditur, quod identitas Rubiconis antiqui pertineat ad *Luſum*; ſed imò è converſo concluditur, eam ſpectare ad *Riconem*, ſeu *Piſatellum*, retorquendo argumentum hoc modo. Ariminum eſt propinquum Rubiconi: non abſtractivè, nec phyſicè; ſed moralitèr, & in concreto: ideſt illi *Rubiconi, qui Rico, ſive Piſatellus hodiè appellatur*. Ergò non *Luſus*, ſed *Rico*, ſeu *Piſatellus*, eſt Rubico verus, & identicus Antiquorum.

19. Silemus, quæ de Arimino Matthæus Brunus carmine elegiaco cantitavit:

Hujus prima ſuos greſſus pars Solis ad ortum
Tendit ubi ſedes amnis Iſaurus habet.
Solis ad occaſum Zephyro jam flante pererrat.
Altera ubi Rubicon projicit amnis aquas:
Cernitur hic Divo Pons Cæſaris urbe vetuſtus
Arcus quinque manu regia, & arte gerens.
Jam fuit & gemina hic ſtatio tutiſſima nautis.
Unica nunc feſſos ſemiperenta capit.
Alter & Apruſa hanc qui nomine dividit amnis
Littus, & ad curvum pergit ab urbe maris(28)

(28) Matth. Brunus ap. Ughel. Ital Sacr. tom. 1. in Epiſc. Arimin. in princip.

Memorat hic Poeta contemporaneè *Rubiconem*, & *Apruſam*, tamquam duos fluvios diſtinctos. Ergò pro Rubicone non ſignificat fluvium Luſum, quem eſſe veram Apruſam fuit ſuperiùs patefactum (29).

(29) Vide ſuprà cap. 2. a n. 7. ad 19.

20. Item ponit fines Orientales Arimini extendi uſque ad flumen Iſaurum: & hoc benè, atque honorificè. Aſt cum dicat, ipſos Ariminenſes fines ab Occaſu prolatari uſque ad Rubiconem (quem, ut notavimus, ab Apruſa diſtinguit, videlicet à fluvio Luſo.) profectò pro Rubicone non intelligit *Luſum*, ſed *Riconem*. Quem alioquin Luſum ſi ſervera intelligeret; paucis milliaribus ab Arimino diſtantem, iniuriam faceret ipſi Civitati; fines Occidentales illius intra tam anguſto limites,

pa-

Digitized by Google

parùm honorificè coarctando. Decoros verò illi conſtituit limites, ſi pro Rubicone intelligat Riconem, ſeu Piſatellum, 18. mille paſſibus longè ab eadem Civitate fluentem. Hanc ſanè eſſe ſignificationem verborum Bruni manifeſtiſſimè de ſe patet. Ac proculdubio iſte Poeta non aliud connotare voluit verbo Rubiconis, quàm id, quod veteres Ariminenſes, eorumque Principes intellexerunt: nempè *Riconem*, non verò *Luſum*: prout ſupra fuit latiùs explicatum (30).

21. Si quis alia deſiderat de identitate antiqui Rubiconis, cum eo flumine Romandiolæ, quod propè Cæſenam ab Oriente decurrit, & populari, ac trito vocabulo nuncupatur ſupra Viam Æmiliam uſque ad ſcatebram ejus montanam, *Rico*: & infrà ab eadem Via uſque ad Mare *Piſatellus*; legat Scipionem Claramontium (31) Vincentium Cæſenatem (32), & Philippum Antoninum (33), qui eadem de re peregregiè diſſeruerunt. Dabit & quamprimùm novam Lucubrationem, diverſa methodo conceptam, Anonymus quidam alius admodùm eruditus, qui recenter de hac ipſamet materia doctè tractavit. Nil aliud autem ſupereſt hìc nobis addendum: cum & rationes veritati faventes ejuſdem identitatis, abundè adduxerimus: & Objectiones, Mendacia, Ineptiasque, quibus impugnatur, ut nobis videtur, efficaciter diruerimus.

22. Ac profectò quæ hìc lautè congeſſimus, talia, tantaque ſunt, ut ſi fortè non ſufficiant alicui quærenti errorem; proculdubio abundatura ſint omnibus inquirentibus veritatem. Benèque dici poterit, quod alia occaſione protulit Avidius Caſſius: *Aut hoc quod produxi ſatis eſt: aut neſcio quid ſatis ſit*. Rubico itaque Antiquorum, finis olim Italiæ Romanæ, atq; Galliæ Ciſalpinæ, quem Cæſar ſignis elatis, contra interdictum Reipublicæ Romanorum, auſus eſt hoſtiliter pertranſire, ille idem, & identicus eſt, qui apud Civitatem Cæſenæ decurrit in Provincia Romandiolæ: ac ut mox innuimus, ſupra viam Æmiliam *Rico* dicitur, & infra ipſam *Piſatellus* communiter appellatur.

(30) Vide ſupra cap. 3. n. 21. cap. 5. à n. 6. ad 12. cap. 12. n. 13.

(31) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Apparat. part. 2.

(32) Vincent. Cæſenas de Rubicon. antiq. per tot.

(33) Philip. Antonin. ſupplement. Chron. Verucul. cap. 2.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

De Sanctione Rubiconiana, ejuſque Relatoribus, & Impugnatoribus.

SUMMARIUM.

1. *Eſcribitur Pyramis apud Riconem ſita, cum* Sanctione *in eadem contenta*.
2. *Hæc Sanctio non habet neceſſariam connexionem cum identitate Rubiconis*.
3. *Impropriè dicitur Edictum. Vocandum eſt enim potiùs Senatus Conſultum, vel* Sanctio.
4. *Multi Auctores eamdem Sanctionem tranſcriptam referunt*.
5. *In Pinacotheca Vaticana egregiè delineata cernitur eadem Sanctio*.
6. *Tam Auctores, quàm dicta Pinacotheca Sanctionem genuinam eſſe declarant*.
7. Gruterus *illam ſuppoſititiam judicat, nulla ratione adducta ſuæ opinionis*.
8. *Qui & ſpurium cenſet Epitaphium Arimini de allocutione Cæſaris ad Milites*.
9. *Ac marmor Forolivienſe de Livio Salinatore. Sincerum verò Edictum Deſiderianum*.
10. *Si ſatis eſt dicere aliquid eſſe fictitium, non id probando; nil tutum erit in rebus antiquis*.
11. *Tam valet opinio impugnativa, quàm approbativa, ſi non allegetur ratio, cur ita cenſeatur*.
12. *Plures Sanctionem approbantes, prævalent paucioribus, eamdem impugnantibus*.
13. Antonius Auguſtinus *Rubiconianam Sanctionem carpit uti commentitiam*.

14. *Di-*

14. *Dicit lapidem eſſe vetuſtiſſimum, ſed recentibus characteribus inſcriptum.*
15. *Item inutilem fuiſſe Sanctionem inhibentem tranſitum hoſtilem Rubiconis.*
16. *Et quod non uni tantùm Conſuli jubendum: nec Militibus, ac Tyronibus.*
17. Philippus Cluverius *arguit eamdem Sanctionem, quod ſit barbara, inepta &c.*
18. *Ac quod ſit conficta barbaro ſæculo ex Cæſaris geſtis, ac falſo loco appoſita.*
19. Jacobus Villanius *Cluverio, & Auguſtino conſentit. At res ab iſtis erat meliùs exploranda.*
20. *Antiquitas favet Sanctioni Rubiconianæ. Baudrand innuit erectam fuiſſe anno* 1546.
21. *Flavius Blondus refert adfuiſſe ſuo tempore: qui floruit anno* 1435.
22. *Ob ruinas bellicas Provinciæ Romandiolæ pluriès ipſamet Sanctio fuit ſubverſa.*
23. *Cæſenæ ager multotiès vaſtatus eſt. Ideò & Sanctio modò diruta, modò reſtituta fuit.*
24. *Tempore Hadriani VI. de loco in quo erat, aliò translata fuit, anno* 1522.
25. *Sub Paulo III. ex ruinis eruta, iterùm priori loco reddita fuit an.* 1545.

CEleberrima, cunctiſque itinerantibus æquè patens, & obvia eſt, quadrangularis Pyramis lateritia, marmoreis tabulis, corollis, & gradibus exornata, fluminique Rubiconi adjacens propè Pontem, S. Lazari nuncupatum, & nectentem Viam Æmiliam ab eodem fluvio diſciſſam. Cui Pyramidi reperitur inſertus antiquiſſimus lapis, continens inſcriptam arte Sculptoris Juſſionem, ſive Sanctionem Senatus Populique Romani, propriis hiſce verbis conceptam

IVSSV.

vium Rubiconem , tunc limitem , & finem inter Italiam Romanam, & Galliam Ciſalpinam (2). Nihilominùs inſtitutum præſentis Operis exigit, ut de legalitate ipſiusmet Sanctionis quoque inquiramus .

(2) Vide ſupra cap.1.à n.11.

3. Huic porrò Legi perplures Auctores dant titulum *Edicti*: ſed non ſine improprietate . Quandoquidem apud Romanos antiquos , *Edicta* erant ea , quæ non Senatus, nec Populus, ſed peculiares *Magiſtratus,ut Conſules , Ædiles , Tribuni , ac potiſſimùm Prætores edixerunt* (3). Quorum vis non adeò efficax,& conſtans erat, ut progreſſu temporis non nutaret . Unde Cicero: *Qui plurimùm tribuunt Edicto Prætoris, Edictum legem annuam dicunt eſſe* (4) . Potiùs ergo meretur nomen *Senatus Conſulti*, roborati Plebiſcito , propter motiva, & rationes inferiùs referendas . Verùm quia & in corpore continet verbum *Sanctio* : & aliquando relata , vel appicta cernitur hanc ſuperſcriptionẽ exhibens *S.P.Q.R. Sanctio ad Rubiconis Pontem* ; Nos de illa ſub titulo *Sanctionis* eloquemur . Nec negotium erit de Pyramide continente , ſed de lapide in ea contento , ac proferente viatòribus legendam antedictam Sanctionem inhibitivam tranſitus hoſtilis fluvii Rubiconis . Quam cum ſint qui ſuppoſititiam reputent ; nos ubertim oſtendemus , eſſe genuinam : & quidem id oſtendemus non ſimplici aſſertione ; ſed productione rationum idipſum validè conclamantium : ut eas benignus Lector attentè perpendat , ac ſubinde judicium ferat de hujuſmodi articuli veritate .

(3) Sigon de Jur. antiq. Civ. Rom. lib.1. cap.5. f.20.

(4) Cicero in Vatin 133. h.

4. Sanè ipſam Sanctionem totam, integram , ac totalem , & de verbo ad verbum tranſcriptam , referunt *Paulus Merula* Batauus in ſua Coſmographia (5) : *Raphael Volaterranus* Etruſcus in ſua Geographia (6) : *Marius Nizolius* Brixellenſis in ſuo Theſauro Linguæ Latinæ (7) : *Scipio Claramontius* in ſua Hiſtoria Cæſenæ (8) : *Flavius Blondus* in ſua Italia illuſtrata (9) : *Gaudentius Merula* in ſua Gallia antiqua (10): *Vincentius*

(5) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib.4.cap.11 f.731.
(6) Raph. Volater Geograph.
(7) Nizol. Theſ. ling.lat. V.Rubic.
(8) Claram. Hiſtor. Cæſen. in apparat. par.2. f.28.
(9) Blond. Ital.ill. Region. 6.
(10) Gaud Merul. de antiq. Gall. c. 3.

Mm

tius Coronellus in ſuo Athlante Veneto (11): *Joannes Jucundus* Veronenſis in ſua collectione Inſcriptionum, dicata Laurentio Mediceo (12): *Anonymus* quidam impreſſus Venetiis anno 1525. typis Joannis Tacuini: qui nedùm iſtam Inſcriptionem primo loco inter alias recenſet, verùm etiam ei ſuperponit hæc verba: *Edictum Populi Romani, quod in Ponte Rubiconis legebatur: quo cautum fuit, ne Cæſar id flumen cum exercitu tranſiret. Cujus tamen auctoritati ipſe non paruit* (13). Refertur & ab aliis, quos jam ſuperfluum eſt profuſius recenſere.

(11) Coronel Atlant. Venet. tom. 1. f. 95.

(12) Joan. Jucund. inſcript. f. 61. & 216.

(13) Annonym in corpor. citat. pag. LXX.

5. Non parvi verò eſt momenti, quod Romæ in Pinacotheca Vaticana, vulgò *la Galeria*, per totum Orbem notiſſima, nec unquam ſufficienter laudata (ubi Provinciæ Italiæ ſeorſim, ſingulariter, atque ampliſſime ſunt depictæ, arte doctiſſimi penicilli, ad ornatum augendum præclariſſimo illi ambulacro); in tabula Provinciæ Romandiolæ propè Cæſenam, delineatus cernitur fluvius Rubico, cum ſuperadiectis illi celeberrimis verbis Cæſaris, *Jacta eſt alea*: nec non adſignato ibi puſillo ſchemate Pyramidis Rubiconianæ. Cujus deinde ſeparatim in angulo inferiori lateris Occidentalis, ampliori forma depictum conſpicitur aliud exemplar Pyramidem ipſam repræſentans Rubiconianam, continentem de verbo ad verbum expreſſam literis majuſculis Sanctionem præfatam.

6. Horum autem omnium Auctorum numerus, doctrina, honor, nomen, & antiquitas reſpectivè: necnon ejuſdem Pinacothecæ dignitas, majeſtas, decor, & fama, tantam exiſtimationem aptæ ſunt conciliare hujuſmodi Sanctioni; ut etiam ceſſante qualibet alia ratione; hoc ipſo unico titulo, quod ab eis approbatur; nulli fas eſſe debeat in dubium revocare, quin ſit authentica, genuina, legalis, & germana, omnique prorſus veneratione honoranda. Quotiès etenim tam eximii Scriptores illam tranſcribunt, nec ullis ambiguitatis notis inſpergunt: quotiès itidem tàm illuſtris conſpicuitatis ambu-

lacrum

Digitized by Google

lacrum ipſa ornatur (quod ſanè ſine prævio diligenti ſtudio, & Eruditorum conſilio à Romanis Pontificibus factum eſſe non eſt credendum); nimiæ profectò eſt audaciæ ipſam Sanctionem præjudicio ſuſpicionis, dubietatis, & ſuppoſititiæ conditionis involvere.

7. Nihilominùs non deſunt etiam Impugnatores illius, & inter cæteros unus eſt *Janus Gruterus*, qui ſuis Romanis Inſcriptionibus inſerit quoque noſtram Sanctionem: & inter ſpurias, adulterinas, commentitias, atque ſuppoſititias eam collocat; nulla tamen aſſignata ratione ſuę opinionis (14). Tamen quia totus Mundus in ejus verbo non juravit: etiam quæ ab illo proferuntur, indigent probatione: pro qua non ſufficit ratio Pytagorica, qua diſcipuli hujus Philoſophi deferebant ſuo Prę-ceptori ſive adulatoriè, ſive ſenſu veraci, pronunciantes de quibuſcumque rebus ambiguis, aliterque ſub diſputatione cadentibus, *Ipſe dixit*. Cum ad reprobandum, & condemnandum opus antiquum, quod examinis, ac judicii, Eruditotum capax eſt, non ſolis aſſertivis innitendum ſit, ſed gravibus rationibus, & motivis, reprobationem ipſam ſuadentibus.

8. Qui & pariter Gruterus, Auctor alioquin digniſſimus, & de re antiquaria benemerentiſſimus, pari libertate collocat in eadem ſerie ſuppoſititiarum Inſcriptionum alios lapides Civitatum conlimitanearum hinc inde urbi Cæſenæ, nulla exhibita ratione ſuæ ſententiæ. Uti eſt Epitaphium Ariminenſe, de allocutione Cæſaris ad ſuos commilitones poſt arma mota contra Romanos (15). Cum tamen incolæ Arimini eam legitimam eſſe judicent: & certiſſimè allocutio ipſa facta ſit à Cæſare, ut inſinuat Svetonius (16) ac ante illum Lucanus, de illo accinens:

Convocat armatos extemplo ad ſigna maniplos:
Utque ſatis trepidum turba coeunte tumultum
Compoſuit vultu, dextraque ſilentia juſſit:
Bellorum ſocii, qui nulla pericula Martis,
Mecum, ait, experti decimo jam vivitis anno &c. (17)

(14) Gruter Inſcr. Rom. in fin, fol. 4. n. 3.

(15) Idem loc. cit. n. 3.

(16) Sveton. in Jul. Cæſar. cap. 31

(17) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 23.

9. Adhuc & idem Gruterus inter ſpurias Inſcriptiones adglomerat marmor Forolivienſe, de Livio conditore illius Urbis (18). Tametſi à Livio Salinatore Conſule Romano Forum Livii nomen accepiſſe tueantur Scriptores Forolivienſes. Ita præclariores memoriæ Provinciæ noſtræ Romandiolæ, nedùm in dubium revocantur, ſed & liberè pro commentitiis reputantur à Jano Grutero: & quidem nulla producta ratione ſententiæ ſuæ. Ac quod mirum eſt, è contrario, non in harum ſerie, ſed inter ſinceras admittit, ſeu recenſet, præſertim Legem illam, quæ præfert nomen Deſiderii ultimi Longobardorum Regis (19) paſſim ab Eruditis, & individuè à Coſmographo Merula inter apocryphas amandatam (20), & recenter ab Anonymo Mediolanenſe in ſua Diſſertatione Chronologica Italiæ medii ævi ſect. 6. num. 19. (21).

(18) Gruter. ubi ſup. in fin. f. XIII. n. 4.

(19) Idem Gruter Inſcript. Romav. f. 220.

(20) Paul. Merul. Coſmogr. part. 1. lib. 4. f. 118

(21) Apud Murator Rer. Ital tom. 10. f. XXXI.

10. Profectò ſatis non eſt liberè, interdumque audacter, ac etiam quandoque temerè pronunciare, aliquid eſſe ſpurium, ſuppoſititium, adulterinum, commentitium, apocryphum, falſum, fictitium &c. ſed probandum eſt, quod aſſeritur illa de re, vel negatur: & quidem ipſamet re funditus perpenſa, diutiuſque diſcuſſa. Nec facile ſine productione rationum efficaciter perorantium, deturbandæ ſunt res antiquæ à ſua priſtina dignitate: neque à pacifica debent poſſeſſione ſuæ ſinceritatis excludi. Alioquin ſi conceptibus idealibus mentis hominum: ſi ratiunculis quibuſcunque, benè, vel malè promotis, & qualicumque tenui conjectura ſubnixis, præſtandus eſt aſſenſus; nil certum, nil conſtans, nil tutum erit in tota ſerie rerum antiquarum: cum Tullio teſte, nihil ſit adeò incredibile, quod non dicendo pro vero, vel probabili valeat demonſtrari (22).

(22) Cicero Paradox. 116. a.

11. Si ergò nobis objiciatur, quod Janus Gruterus, & aliquot alii cum eo, nulla ſuæ opinionis allegata ratione, ſentiunt, Sanctionem Rubiconianam eſſe ſuppoſititiam; nos eis opponimus majorem numerum Scriptorum,

qui

Digitized by Google

qui eamdem ſinceram judicant, & authographam, nulla tamen & ab ipſis allegatâ ratione. Petimuſque, cur inter contrariæ ſententiæ Scriptores, nullam producentes rationem ſuæ aſſertionis, ſed ſolùm nudè ſenſum proprium exprimentes; cur, inquam, potiùs credendum ſit paucis negativam tuentibus, quàm multis ſuſtinentibus affirmativam? Ad minimè ſuccumbendum in cauſa profectò ſuperabundat, quod major numerus Eruditorum Rubiconianam Sanctionem approbet, minori numero eam reprobante: cum ſatis eſſet æqualem numerum eidem aſſiſtere. In concurſu namque numeri æquivalentis, vis oppoſitorum ſenſuum ambulat pari paſſu: & fas eſt dicere ſub metaphora

Tantum magna ſuo valet Verona Catullo
Quantum parva ſuo Mantua Virgilio

Tantum valet negatio Gruteri, quantum affirmatio Blondi, & ſic de ſeguacibus eorum, ſi non adducant rationem.

12. Aſt quoniam, ut innuimus, major eſt numerus affirmantium, quàm negantium; paucis proculdubio debent multi omnimodo prævalere. Cumque ſilentibus rationibus intrinſecis, numerus ipſe major Scriptorum ſtet pro extrinſeca ratione, comprobante illam, quam tuetur ſententiam; patet, quod ſufficienter probata conſiſtit ingenuitas Rubiconianę Sanctionis è regione contrariæ opinionis, nullam probationem exhibentis, nec etiam extrinſecam, à gravi Scriptorum numero repetitam. Dices tu fortè, quod affirmativam ſententiam tenentes errant. Et nos repetimus, quod errant ſuſtinentes negativam: ac quod ſicut hallucinati ſunt circa alias Inſcriptiones, ſic & circa Rubiconianam hallucinantur. Atque ita rationabiliter dandum eſt judicium, donec non jura juribus, nec rationes rationibus opponuntur; ſed ſola, & nuda certant hinc inde nomina Scriptorum, ſine rationis exhibitione loquentium. At nos jam tandem his poſtpoſitis, audiamus eos, qui motiva produnt, ob quæ denegant Sanctioni Rubiconianæ prærogativam ſinceritatis, ingenuitatis, & veritatis. In-

Digitized by Google

13. Inter Impugnatores ipſiusmet Sanctionis, velut anteſignanus eſt *Antonius Auguſtinus* Archiepiſcopus Tarraconenſis, qui præjudicato ſermone de illa loquitur in ſuis Dialogis hoc modo : *A. Inſcriptionem proponam, quam ſemper ſuppoſitam duxi:ne quique homines non veram aſſerentes tantùm;verùm quam ex ipſo fonte deprompt am exhiberent &c. Eis ego ambigendi rationes exponebam, ut mea ſententia ea Inſcriptio fictitia eſſet : tam ex eo, quod indicabat, quàm ex ipſis verbis. Ac intra paucos menſes, ex Germania reverſus, iter habui Bononia per Æmiliam, Romam. Ubi verò Cæſenam adii, Rubiconem, ex ibi geſtis à Cæſare tam inſignem tranſmeavi* (23). Hucuſque nulla ratio proponitur,quæ ſubvertat noſtram Juſſionem.

(23) Anton. Auguſtin. Dialog. 11.

14. Pergit idem Dialogiſta : *In lapidem vetuſtate olentem duplici loco notatum offendi. Ex his inſcriptionibus altera meaptè ſententia vetuſtati ignota erat. B. Hallucinatus itaque es, fidem iis non habens, qui teſtes oculati erant. A. Imò ii oculati teſtes hallucinati ſunt,antiquitati donantes id, quod non novit antiquitas. B. Atqui lapis vetuſtus ſit necne non egeris? A. Imò vetuſtiſſimus;ſed non cum lapide conſentit Inſcriptio, ſaltem ex parte, quæ militis cænotaphium exhibet;multam oſtentat antiquitatem, ſed ejuſdem lapidis lateri inſcripſere characteribus, qui recentes viſuntur, juſſionem, ne quis dux, mileſve Rubiconis vadum tentare auderet, utpote Italiæ, Galliæque limitis, ut Julius Cæſar patravit*. Hic incipiunt rationes impugnativæ : quæ quantæ ſint efficaciæ, inferiùs diſcutiemus.

15. Proſequitur idem Antonius Auguſtinus : *B. Jam à veritate abhorret hæc juſſio, ut ei conciliari nequeat? A. Auctor aliquis de ea mentionem inieciſſet : Atqui inanis erat : quibuslibet enim innotuerat, legibus cautum eſſe, ne quis è Provincia armatas educeret copias. Cæſarique cum copiis Rubiconem prætergredienti inſtabant leges obiectivæ pœnales : idcircò ibi Cæſar conſtitit, progreſſus*

ait,

ait, jacta eſt alea, *ut luſor, fortunæ reliquum credens.* B. *Ecquod verò Inſcriptionis exordium.* A. *Juſſu, mandatuve P.R. Coſ. Imp. Tyro Comilito &c.* Ita ſanè incipit Sanctio Rubiconiana: de qua num ullus Auctor mentionem ſecerit, & fuerit inanis, necne, infrà videbimus.

16. Poſt pauca idem Dialogiſta ſubdit: *Teneris ne deſiderio eam in partes diſcerptam qualis ſit inveſtigare? Hæc tantùm verba ſcrutare:* Coſ. Imp. Mili. Tyro. Comilito &c. *Quis unquam uno* Coſ. *juſſionem dedit, quin addiderit ambo, alterve, ſi eis videretur? Non enim cæteros recenſere lubet Magiſtratus, ut Proconſules, Prætores, Tribunos Militum, Præfectos, & Centuriones? Quis Militibus, & Tyronibus imperavit? Nolo ulteriùs progredi tota eſt etenim hujuſmodi* (24). Hucuſque Antonius Auguſtinus (aliis hìc prætermiſſis, quæ ad negotium noſtrum non faciunt). Iſte, Achilles, & Primas eſt Impugnatorum Sanctionis Rubiconianæ. Cujus tamen opinio, & rationes adductæ quantum valeant, haud multo poſt diligenter examinabimus.

(24) Idem Anton. Auguſt. Dialog. 11.

17. Poſt hunc ſequitur *Philippus Cluverius* ex Dantiſco: De hac ipſamet Sanctione blandè parùm ſic loquens: *Juſſu, mandatuve &c. Verùm quam oppido, quam barbara, atque inepta hæc ſit oratio; Meritò prudentiſſimus quiſque marmor hoc pro adulterino, ac longè poſteriori demum ſæculo, ut innumera alia per univerſam Italiam, confictо habet. Quod ſi hæc poſita fuiſſet lex, quum Julius Cæſar cum exercitu trajiceret, bellum Pompejo Magno moturus; certè eam reſpexiſſet; certè reſpectam, lectamque retuliſſent Auctores Svetonius, Plutarchus, Appianus, qui hunc ejus trajectum contra legem Senatus, Populique Romani accuratè narrarunt* (25).

(25) Philip Cluver. Ital. antiqu. lib. 1. cap. 28.

18. Qui & Auctor, Cluverius, inquam, poſt pauca, ſubjungit: *Falſiſſimo igitur loco ſupramemorata Inſcriptio hodie duobus millibus à Cæſena ad ſuperiorem Rubiconis partem conſpicitur, & ipſa ſanè falſa, nec minùs adulterina, quàm barbara, barbaro ſæculo ex Cæſaris rebus geſtis*

(26) Idem Cluver. loc. cit. paulo infra.

ſtis imperitè, ineptèque confićta (26). Ita magna libertate, reſonantibuſque ſuperlativis, Cluverius, inauditis Defenſoribus Sanćtionis Rubiconianæ; ſententiam pronunciat de falſitate ipſius: totamque Italiam inauditam pariter condemnat de crimine confingendi ſimiles falſas Inſcriptiones. A cujus præcipiti judicio provocamus ad Tribunal eorum Eruditorum, qui rationes, & motiva, in præſenti, & ſubſequentibus capitibus lucubrationis noſtræ ſubdenda legere, atque attentè perpendere dignabuntur.

19. Omittimus *Jacobum Villanium*, aućtorem interdićtæ lećtionis: qui toto conatu ſuo impugnans identitatem Rubiconis cum fluvio Ricone, pari æſtu Sanćtionem quoque Rubiconianam impetere non omiſit: nulla tamen addućta ratione, præter ſenſum Antonii Auguſtini, & Philippi Cluverii, quorum commenta paulò inferiùs proſternemus. Qui Auguſtinus, Cluverius, & Villanius, ſi rem exaćtiùs exploraſſent: ſi animo pacato, nec ulla paſſione præoccupato, locuti eſſent: ſi & marmor, & litteras, & figuras eorum diligentiùs conſideraſſent: ſi examen debitum inſtituiſſent ſingulorum verborum, & ſignificationis ipſorum: denique ſi audiſſent tuitores ipſiuſmet Sanćtionis, & rationes, ac motiva illius veritati adſtipulantia; profećtò non affeciſſent nota ſpurietatatis inſcriptionem tanti momenti.

20. Quinimò etiam quacumque alia ratione ſilente; nonne ad conciliandum ei præconium veracis, & genuini monumenti, poſſet ſufficere ipſa ſua antiquitas, quam præſefert? Quod in eſſet *Plurima in duodecim tabulis antiquitatis effigies*, declamabat Cicero (27): & nos hic itidem declamamus, quod Sanćtioni Rubiconianæ plurima adeſt antiquitas multa ſæcula excendens. Nam penè à tercentis annis, ex quo Cæſena felicitèr ſubeſt immediatæ ditioni Sedis Apoſtolicæ, Sanćtio hæc adeſt margini Rubiconis. Aderat & ſæculis præcedentibus, quando ipſimet urbi dominabantur Principes familiæ Malæteſtæ.

(27) Jacob. Villan. Ariminn. Rubic. f. 22. 50. 85. & alibi

Ade-

Digitized by Google

Aderat & priùs à temporibus, quorum nemo novit initium, niſi quod adfuiſſe fertur Cæſaris ævo. Ut mirum ſit, quomodò non dubitaverit Michael Angelus Baudrand affirmare (28), quod à Cæſenatibus erecta fuerit anno 1546. (ſi de prima erectione loquatur, & non de occaſionali reſtauratione): quando habemus teſtes de viſu, qui centum annis, & ultrà, præcedenter ad 1546. ipſam ibidem poſitam propriis oculis conſpexerunt; & jam ex tunc antiquiſſimam prædicarunt.

(28) Baudrand. Geograph. § V. Rubicon.

21. Unus ex his eſt Flavius Blondus: Cujus quanta fuerit gravitas, eruditio, & in rebus antiquis perſcrutandis peritia, nemo neſcius eſt. Fuit Hiſtoricus clariſſimus, Eugenii Papæ Quarti à ſecretis, rerumque ſui temporis peritiſſimus, qui & floruit anno Chriſti 1435. (29) Eximius, inquam, iſte vir, quantùm partinet ad negotium noſtrum, ita deponit: *Sequitur magni quondam nominis Torrens perexiguus Rubicon; Ciſalpinæ Galliæ, & Italiæ arva diſterminare ſolitus: Piſatellum nunc qui ſub Flaminia via, Riconem qui ſupra accolunt, vocant. Fuitque olim ſtante, & integra Republica Romana lege prohibitum, ne quiſpiam armatus illum iniuſſu Magiſtratuum tranſgrederetur. Eaque lex loco mota, in quo ab initio fuit poſita in marmore literis inciſa elegantiſſimis etiam viſitur &c.* (30).

(29) Vide Bellarm. de Scriptor Eccles. & Ciacon. in Eugen. 4. ad fin.

(30) Flav. Blondus Ital. illuſt. Region. 6. Romandiol.

22. Dicat ergò Baudrand, quomodò erecta fuerit (niſi de reſtauratione, ut ſupra intellexerit) hæc Sanctio anno 1546. Si eam vidit ibidem, & legit Blondus anno 1435. ubi ſanè non fuerat conſtituta, nec die, nec menſe, neque anno præcedente, ſed multis jam ſæculis ante, atque temporibus tam longè anteà prætergreſſis, ut nulla eorum extet initialis memoria poſt Cæſaris Imperatoris ætatem. Veritas eſt, quod hic lapis varia infortunia paſſus eſt, propter multiplices incurſiones hoſtiles Herulorum, Gothorum, Longobardorum, Græcorum, Francorum, Germanorum, aliorumque, qui armis, incendiis, direptionibus Italiam devaſtarunt, & Provin-

Digitized by Google

ciam Romandiolæ ſubverterunt. Hiſque infortuniis adde contentiones, diviſioneſque civiles Factionum execrabilium Guelphæ, ac Ghibellinæ. Item eorum, qui hoſtili æmulatione ſequebantur olim hinc inde vexilla Braccii de Montone, ac Sfortiæ de Attendolis, & ſucceſſorum eorum. Violentias quoque militares, quas in hac ipſa Provincia perpetrarunt, Guido de Monteferetro, Malateſta de Veruculo, Bernardinus de Polenta, Ordelaſus de Forolivio, & alii Armatorum Ductores. Denique ne omittas frequentia bella Cæſenatum inter ſe civilibus diſcordiis deſævientium: & prælia modò ineuntium, modò propulſantium, cum populis ſibi finitimis.

23. Ob has, inquam, perturbationes, bellicoſque motus, & furores, incendia, vaſtationes domorum, direptiones ædificiorum, ſubverſiones, & depopulationes agrorum: caſtrorum item, turrium, & pontium deſtructiones, aliaque ſimilia exitialia præjudicia, ruinas, & excidia, Cæſenæ Territorium fuit pluriès convulſum, atque miſerrimè devaſtatum, proùt in monumentis, chronicis, & hiſtoriis noſtris, & alienis quoque notatur. Nil mirum ergò, quod tot, ac talibus occurrentibus infortuniis, & ob crebros quoque terræmotus, qui acciderunt; etiam Sanctio Rubiconiana fuerit modò diruta, modò erecta: nunc ſolo æquata, ruiniſve ſepulta; nunc effoſſa, & priori ſtatui reſtituta. Blondus ubi ſupra teſtatur, eam præcedenti ætate fuiſſe loco motam; ſed ſuo jam tempore loco ipſi redintegratam (31). Poſt 80. circiter annos Leander Albertus recenſet, ſe ſatagentem illam intueri, non inveniſſe (32) fortè quia non inde tranſivit ubi erat; aut quia fortaſſis tunc propter aliquod infortunium, aut emergentem caſum, fuerat ad tempus aliò tranſlata, vel humi ſepulta. Viderunt verò deinde ipſam ſuo loco priſtino reſtitutam, Cluverius (33), & Baudrand (34).

(31) Blondus mox citatus

(32) Albert. Italia in Romandiol.

(33) Cluver. Ital. antiq. lib. 1 cap. 28.

(34) Baudrand. Geograph. V. Rubico

24. Nam poſt Blondi tempora, qui floruit anno 1435. eo quod Rubico ſuis aquis perverteret viam Conſula-

ſularem in loco,ubi ſita erat Sanctio; Decuriones Cæſenæ, Magiſtratum ejuſdem Civitatis gerentes, qui & illius *Conſervatores* dicuntur, auctoritatem, & approbationem adponente Hadriano Papa VI. per organum Dominici Cardinalis Legati Provinciæ Romandiolæ; ipſam Sanctionem in decentiorem locum tranſtulerunt: vt ex memoria patet, inciſa marmori ejuſdem Pyramidis à laterali parte, ac ſic loquente: *Hadriano VI. Pontifice Romano, Dominico S.R.E.Cardinali Legato &c. Conſervatores Cæſenæ lapidem hunc pyramidatum vetuſtate corruptum, aliò vertente viam Flaminiam fluvio Rubicone, huc transferendum decentiùs iterùm erigendum curarunt, anno ſalutis MDXXII.*

25. Succeſſivè cum rurſus ipſamet Sanctio, ſive dilapſa, ſive dejecta, terraque obruta jacuiſſet, ac ſedente Paulo Papa Tertio effoſſa fuiſſet (35) iterùm ſublevata, & collocata fuit in ſuo priori ſitu, anno Chriſti 1545. ut ex epigraphe ibidem adiecta, referente nomina ſex Decurionum,qui ſub conſueto titulo *Conſervatorum*,Civitatis Cæſenæ tunc Magiſtratum gerebant.Hinc appoſitè Vincentius Cæſenas de ipſamet Sanctione, ac Pyramide illam continente, inquit: *Deciderat incuria in terram, ibique operta occultabatur. At tempore Pauli Tertii reperta, ejus etiam juſſu repoſita, & erecta Columella fuit. Tranſiit ergò illac Albertus cum nondum reperta, & reſtituta fuerat. At Cluverius eamdem viam poſt tranſiens, eam erectam, & reſtitutam vidit* (36). Nota verbum illud *juſſu*, quia de illo redibit ſermo capite ſequenti.

(35) Vide ſupra cap. 3. n. 22. & cap. 5. n. 14. & cap. 22. n. 2.

(36) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect.3. cap. 8. f. 53.

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Pluribus Rationibus probatur, Sanctionem Rubiconianam eſſe genuinam quoad *ſubſtantiam*.

SUMMARIUM.

1. *AN Sanctio Rubiconiana ſit genuina, necnè, judicabunt Eruditi.*
2. *Plurièſ loco mota, poſita demum fuit ubi exiſtit, Hadriani VI., & Pauli III. temporibus,*
3. *Qui Papæ non id oſcitantèr fecerunt. Sanctio habet duas res judicatas pro ſe biſcentenarias.*
4. *Delineata eſt in Pinacotheca Vaticana, à binis Papis exornata ſumptuoſiſſimè.*
5. *A quibus eadem Sanctio alias duas centenarias res judicatas habet illi faventes.*
6. *Auctores eam referentes, nec reprobantes, approbare cenſentur. A Blondo laudatur.*
7. *Aldus Manutius ex illa ſtatuit regulam Ortographiæ de voce* Tyro.
8. *Qui, ac Merula eam vocant vetuſtiſſimam: & Blondus, elegantiſſimis litteris ſcriptam.*
9. *Non niſi ex quatuor titulis, poteſt Sanctio ipſa impugnari: & quinam hi ſint?*
10. *Romanos vetuiſſe tranſitum hoſtilem Rubiconis, habetur ex Plutarcho, & Appiano.*
11. *Ac ex Svetonio. Cæſar conſtitit dubius, num tranſiret: quia præceſſerat inhibitio &c.*
12. *Romani non ſolebant expectare hoſtis irruptionem, ſed illam prævenire.*
13. *Sic prævenerunt Coriolani adventum. Cæſari mandarunt, ut exercitum dimitteret.*

Imago

14. *Imago Romæ apud Rubiconem viſa, ipſum Cæſarem terrefecit.*
15. *Idem novit ſibi non licere tranſitum hoſtilem fluvii ob præceptum ſupradictum.*
16. *An Sanctio tunc fuerit primò condita, vel ad obſervantiam priſtinam revocata?*
17. *Utcumque ſit, eſt ſatis nobis, quod Cæſaris tempore Rubiconem tranſituri vigebat vis Sanctionis.*
18. *Nec fuit inanis, ſed neceſſaria propter imminentes motus ejuſdem Ducis.*
19. *Negatur ſuppoſitum, quod adeſſent aliæ Leges inhibentes id, quod Sanctio hujuſmodi cavit.*
20. *Non aderat alia Lex præventiva, quàm Lex naturalis. Hæcque non obſtabat Sanctioni.*
21. *Si adfuiſſet Lex præventiva; hæc tranſitum hoſtilem Rubiconis non complexa fuiſſet.*
22. *Et ſi complexa illum fuiſſet, nil obſtabat quin poſſet rursùs promulgari, vel renovari.*

AN Sanctio Rubiconiana ſit ſincera, vel ſuppoſititia, nos, ut diximus, non præproperè definimus, ſed tale judicium relinquimus Lectoribus. Non qualibuſcumque tamen, ſed excellentiùs eruditis. Adduximus hucuſque nomina tam impugnantium, quam approbantium illam. Ex nunc diſcutiemus rationes, tum accuſatrices, tum defenſatrices ejuſdem: ut perpendant illas utrimque, conferantque ſimul docti ſcrutatores veritatis: deinde ſuam proferant de inſigni hoc monumento ſententiam. Profectò nobis, ad propulſandam ab ipſo notam ſpurietatis, & illud à carptoribus vindicandum,

Ne pateant faciles ſævis rumoribus aures (1)

ſufficere deberet, ut innuimus Capite antecedenti (2) etiam unica, & ſola ratio ſuæ antiquitatis, & poſſeſſionis bonæ opinionis, in qua reperitur apud majorem partem Eruditorum: quidquid ſit de paucis foventibus contrarium

(1) Jacob. Bill. Anthol. apud Polyant. V. Suſpicio
(2) Vide ſupra cap. præced. n. 20.

rium ſenſum ſine redditione rationis: cum penè nihil ſit, cui non valeat modo aliquo contradici.

2. Verùm & aliæ admodùm fortes adſunt rationes idipſum ſuadentes. Ac iſta in primis, quod Sanctio præfata non fuit erecta in loco, ubi cernitur, privato arbitrio Cæſenatum; ſed cum jam præcedenter ad tempora Blondi, qui floruit anno 1435. fuiſſet à priſtino ſitu mota (qua occaſione ignoratur) ut ipſe refert; ſubinde, ne demergeretur ab alluvione proximi fluvii Rubiconis, aliquantò remotius ab illius margine locata fuit auctoritate Hadriani Papæ VI. anno 1522. Ac ſucceſſivè, quoniam novo aliquo infortunio corruerat, ſimili auctoritate Pauli Papæ Terti anno 1545. ibi rurſus conſtituta fuit, ubi modò reperitur penès eumdem fluvium (3). Binos autem hos Pontifices quis judicabit, clauſis oculis, & re non benè diſcuſſa, peritorumque virorum non priùs audito ſenſu, auctoritatem ſuam interpoſuiſſe pro iterata collocatione iſtius marmoris apud ripam Rubiconis? Hoc ſanè patefacit, quod per ea tempora vel nullum fovebatur, vel cenſebatur inane dubium de ingenuitate ipſiusmet Sanctionis Rubiconianæ.

(3) Vide dict. cap. præced. n. 21. 24. & 25.

3. Si enim hæc inter commentitias inſcriptiones tunc reputata fuiſſet, non eam Papæ poni ſtatuiſſent in magna via Æmilia, obvia oculis, & frequentiæ hominum ex univerſa Europa illùc tranſeuntium: ne ipſorum detractionibus, & obloquiis exponerent, non minus erectores, quàm rem erectam, ſinceritatis dubium patientem. Eſt ergò rationabiliter judicandum, quod dicti Papæ, quorum erat monumenta illuſtria ſuæ ditionis temporalis tueri, præter propriam doctrinam, & judicium, ſub rigoroſo examine poſuerint quæſtionem de ſinceritate, vel ſpurietate Sanctionis, lapidiſque illam continentis: ac præmiſſa diligenti lectione librorum, & auditis peritioribus Literatis illius temporis, pro genuitate ipſius tabulæ ſuffragia ferentibus; ipſius tandem deliberaverint erectionem, & reſpectivè translationem. Quo

fit,

Digitized by Google

ſit, ut eidem Sanctioni faveant duæ res judicatæ, una ducentis, & ultrà jam hinc ab annis, altera paulò minùs, per totidem ſententias ſupremi Principis, prævia cauſæ diſcuſſione prolatæ, non quidem verbo, ſed facto. Cumque centenaria pro veritate apud omnes Judices habeatur: vimque habeat cujuſcumque melioris tituli, qui favore alicujus cauſæ contentioſæ valeat allegari (4); neſcimus, quid prævalere non poſſit apud omnes Eruditos bis centenaria favore Sanctionis Rubiconianæ.

4. Alia itidèm ratio fortiſſima deſumitur ex ſchemate ipſiusmet Sanctionis, in celeberrima Pinacotheca Vaticana (5) juſſu Gregorii Papæ XIII. arte doctiſsimi Pictoris expreſſo. Quod paritèr peritiſſimus ille, ac prudentiſſimus Pontifex, (qui etiam annum labefactatum (5) correxit) non feciſſet ibi delineari, niſi ſtudio, & conſilio Eruditorum Virorum, certior extitiſſet de illius ſinceritate, ac dignitate, ob quas mereretur in loco tam ſpecioſo referri; ne hic adulterino emblemate fædaretur. Accedit ſolertia Urbani Papæ Octavi, qua publico epitaphio ibidem appoſito profeſſus eſt, ſe nobiliſſimi ejuſdem Ambulacri picturas inſtauraſſe, atque correxiſſe. Huncque Pontificem doctum æquè, ac prudentem, quia minimè latebat, & Antonium Auguſtinum, & Philippum Cluverium, & Janum Gruterum de veritate hujuſmodi Sanctionis ambigere; non illam profectò tum adpictam, tum indeletam reliquiſſe cenſendum eſt, niſi quia prævio examine, ſtudio, & conſilio Peritorum, pro certo habuit, inani ſuſpicione â tribus præfatis Auctoribus vellicari.

5. Quamobrèm jam primis duabus, nunc tertiam, & quartam res judicatas efficaces habemus, & has quoque propè, vel reſpectivè, pluſquam centenarias, aliorum duorum Pontificum: qui cauſa cognita, & adhibito Eruditorum ſui temporis conſilio, protulerunt facto, ſi non verbo, poſt primam, & ſecundam, binas alias iterata vice ſententias, publico, præclariſſimoque in loco, notitiæ univerſi Orbis expoſitas, & ſolemniter declarantes, contra

(4) Card. de Luca de Regal diſ. 171. n. 9. de Juriſd. diſc. 96. a n. 21. de Preemin. diſc. 51. n. 5. & alib. pluries.

(5) Vide ſupr. cap. præced. n. 5.

(6 Gregor. PP. 13. Conſt. 74.

tra cujuſcumque Cenſoris, & inanis Critici præſumptionem; lapidem, ac Sanctionem ipſam Rubiconianam nullo ſpurietatis vitio laborare, ſed ſinceram, & genuinam eſſe, ac pro tali debere ab omnibus reputari. Cumque tres ſententiæ conformes unicuique liti finem imponant (7); jam non niſi temerè, ac perperàm legalitas ipſiusmet Inſcriptionis, quatuor ſententiis ſibi faventibus conſtipata, poterit à quocumque ſciolo ulteriusimpugnari.

(7) Card. de Luca de Judiciis diſc. 36. n. 51.

6. Adde his rationem ab auctoritate Scriptorum petitam, quæ paritèr eſt maximi momenti. Etenim & Paulus Merula, & Raphael Volaterranus, & Marius Nizzolius, & plures alii ſuperiùs recenſiti (8); eo ipſo, quod hanc Sanctionem referunt, abſque ullo ambiguitatis indicio; ſatìs edocent communi voce, ſe illam pro authentica recognoſcere. Quod enim Scriptores inſerunt Operibus ſuis, nec ullo indicio dubietatis, vel reprobationis afficiunt, approbare cenſentur. Inter eoſdem autem Scriptores attende, quod Flavius Blondus nedùm de illa non dubitat, ſed imò ipſam commendat. Nam poſt eandem recenſitam, progreditur: *Notiora ſunt, quæ de hujus amnis, & legistranſgreſſi one C. Julii Cæſaris ſcripta ſunt à multis; quam ut ea à nobis hìc ſcribi oportere judicemus: ſatisque fuerit & locum, & legem indicaſſe* (9).

(8) Vide ſupra cap. præced. n. 4.

(9) Flavius Blondus in Region. 6. Romandiol.

7. Poſt hunc Aldus Manutius, Pauli filius, Aldi nepos, vir doctiſſimus, in omni eruditionis genere præclariſſimus, atque maximus ſui temporis humaniſta (10) non modò Sanctionem præfatam germanam, & legitimam judicavit; verùm etiam ex ea, tamquam ex prototypo, exceptione omni majore, ſumpſit regulam in Ortographia ſervandam. Inquit enim: *Tyro novus miles, cum y, non cum i, ex Inſcriptione Edicti vetuſtiſſimi, quæ adhuc in Rubiconis ripa conſpicitur, à me ſuperiori anno 1565. cum Venetiis Romam redirem; diligenter exſcripta* (11). De cujus recto judicio circa vocabulum *Tyro* ſi fortaſsè movere intendas quæſtionem: vide prius quæ infrà de ipſomet verbo magis fusè dicentur (12).

(10) Morer. dictionar. Hiſtoric. V. Manuzzi Alde.

(11) Aldus Man. Ortograph. l. 766.

(12) Vide infra cap. 25. a n. 1.

Nota

Digitized by Google

8. Nota verò hìc, quod Manutius vocat Sanctionem noſtram, à ſe viſam anno 1565. eodem in loco, ubi & modò exiſtit, *Inſcriptionem edicti vetuſtiſſimi*; ut intelligas, quam ingentem ſpeciem antiquitatis, & vetuſtatis opinionem, apud viros cordatos, & doctos, uſque ab eo tempore præſeferret. Quo ſanè *vetuſtiſſimi edicti* epitheto à Paulo quoque Merula denotatur (13). Attende itidem quod ipſamet Sanctio à Flavio Blondo appellatur *lex marmore literis inciſa elegantiſſimis*: Unde diſcas, ipſum quoque literarum nitorem, quibus exarata reperiebatur, uſque ab anno 1435. apud eruditos, rerumque antiquarum juſtos æſtimatores, hoc habuiſſe, ut nedum ab hujuſmodi lapide omnem vitii notam excluderet, ac ſuſpicionis maculam propulſaret; ſed imò eidem uberem reverentiam conciliaret.

(13) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib. 4. cap. 11. f. 731. B.

9. Nunc verò nos ita Rubiconianæ Sanctionis impugnatores, breviter, & ſtrictè, atque ad hominem convenimus. Vos non poteſtis illam in dubium revocare, niſi propter aliquem ex his quatuor titulis, ſive capitibus. Nempè vel *primò* ratione *Subſtantiæ* in ea contentæ; ideò quod Senatus, Populuſque Romanus, nec Cæſari peculiariter, nec ulli generaliter lege pęnali Rubiconis hoſtilem tranſitum interdixerit contra Rempublicam. Vel *ſecundò* ratione *Modi*, eo quod Sanctio ipſa non fuerit apud Rubiconem affixa: nec leges, & Senatus conſulta eſſent ſolita in locis, & viis publicis promulgari, ſeu marmore inſculpi. Vel *tertiò* ratione *Identitatis*, eo quod Lapis, nunc apud Rubiconem exiſtens, non ſit ille idem, & authographus, qui ætate Cæſaris, vel antè illius tempus ibidem fuit expoſitus. Vel *quartò* denique ratione *Elocutionis, & ſtyli*, eo quod verba non referant latinum loquendi modum ævi Cæſariani, & formulam, qua tunc ſolebant concipi Leges publicæ, ac Senatus conſulta, & Plebiſcita Romana. Nullo autem ex his

titulis, & capitibus evincitur ſuppoſititia, ſed potius genuina, ut ex ſequentibus eniteſcet.

10. Et quoad *primum* titulum, veritas Sanctionis reſpectu ad *Subſtantiam*, dubium rationabiliter non admittit: quippè certum eſt, Romanam Rempublicam vetuiſſe, nè quis armatus, ac ſignis elatis Rubiconem hoſtiliter pertranſiret. Hocque idem expreſſe inhibitum fuiſſe Cæſari decreto in Senatu procuſo: ac denunciatum palam cunctis, ut mox videbimus (14) ex Oroſio, Dione, Auctore Miſcellæ, ac ex ipſomet Cæſare: præter atteſtata Merulæ, atque Petavii. Quare perperam Antonius Auguſtinus aſſeverat, nullum auctorem de tali prohibitione feciſſe verbum: cum & imò illam in ventre contineant etiam ipſa verba Plutarchi, Appiani, & Suetonii, qui res geſtas à Cæſare hac occaſione ſcripſerunt. Nam Plutarchus inquit, quod cum Cæſar perveniſſet ad Rubiconem, *curſum compeſcuit &c. animadvertens quot malorum initium ipſe allaturus eſſet tranſitus* (15). Appianus quoque Alexandrinus refert, quod *defixis* in Rubiconem *oculis hæſitabat &c. ac tandem verſus ad comites: amici, inquit, tranſitus hic &c. properatus omnibus hominibus erit malorum omnium initium* (16).

(14) Vide in iſto cap. n. 13. 15. & 17.

(15) Plutarc. in Julio Cæſare.

(16) Appian Alex. de Bell. civil. lib. 2. f. 739.

11 Denique Suetonius de Cæſare ipſo perhibet, quod cum ex Gallia, cujus regimen obtinebat jam à decennio, perveniſſet Ravennam; quodam veſpere poſt ſolis occaſum repentino ſe commiſit itineri: & poſt viæ nocturnæ ſuperatas difficultates, atque ambages non modicas, tandem ſuas *conſequutus Cohortes ad Rubiconem fluvium, qui Provinciæ ejus finis erat, paululum conſtitit, ac reputans quantum moliretur, converſus ad proximos; etiam nunc, inquit, regredi poſſumus: Quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt* (17). Petimus ergo: Cur Cæſar ad Rubiconem *curſum compeſcuit*? Cur *oculis in eum defixis hæſitabat*? Cur apud illum *conſtitit, reputans quantum moliretur*? Item

(17) Sueton. in Jul. Cæſar. cap. 31.

12. Item cur prædixit, Rubiconis tranſitum ingentium *malorum initium* eſſe futurum? Cur proximos admonuit, quod ſi *ponticulus* ibi obvius tranſiretur; jam non amplius patebat locus impunis regreſſui, ſed *omnia erant armis agenda*? Cur inquam hæc omnia; niſi quia ſuprema Romanæ Reipublicæ juſſio præceſſerat, diſtrictè interdicens, nè quis impetu militari, ac vexilis explicatis auderet fluvii Rubiconis limites hoſtiliter pertranſire? Profecto non ſolebant Romani expectare hoſtis, etiam Civis, adventum; ſed ejus irruptionem, vel officiis, vel præceptis prævenire, vel gravium pœnarum comminatione terrere: opportunum præparantes remedium diſcrimini, ſive malo, non jam accepto, ſed ſubſequenter futuro.

13. Ita Cneo Martio Coriolano, Volſcorum armis adjuto, & verſus Patriam jam jam hoſtiliter irrupturo, Quirites longe obvias tranſmiſerunt Veturiam, & Volumniam, uxorem, ac reſpectivè matrem ipſius Ducis, ut illum precibus averterent à conatu: ſin minus, ipſi valida manu vim vi protinus repulſuri(18). Sic & Cæſari, cum jam ſatis agnoviſſent Romani, eum contra Patriæ libertatem nova moliri; ut imminentis calamitatis periculum prævenirent; Senatus Populique decreto, præceperunt, *ut ante certam diem exercitum dimitteret*(19). Simulque militiam præpararunt, qua (ſi forte non pareret) ejus conatibus obviarent. Unde Oroſius: *Decretum eſt, ut in Urbem Cæſar non niſi dimiſſo exercitu veniret: & ex Marcelli Conſulis auctoritate, ad Legiones, quæ apud Luceriam erant, Pompeius cum imperio miſſus eſt* (20). Idipſum refert Auctor Miſcellæ hiſce verbis: *Cæſar rediens victor ex Gallia decerni ſibi abſenti alterum Conſulatum popoſcit. Contradictum eſt à Marcello Conſule, à Bibulo, à Catone, an nitente Pompeio: deinde decretum eſt à Senatu, ut in Urbem Cæſar non niſi dimiſſo exercitu veniret* (21).

(18) Plutarch. in Coriolan Dio. Hiſtor libr. 8. Valer. Max. lib. 5. cap. 4.

(19) Dion. Patau. Ration. tempor. par. 1. lib. 4. cap. 18. f. 150.

(20) Paul. Oroſ. Hiſtor. lib. 6. cap. 15.

(21) Hiſtor. Miſcell. lib. 6.

Digitized by Google

14. Pertinet etiam ad præfatam Sanctionem id,quod refert Lucanus,de viſo per Cæſarem apud Rubiconem Romæ ſimulacro, admonentis eum, ne vetitum limitem ipſius fluvii cum ſequacibus turmis hoſtiliter pertranſiret: hujuſmodi verbis.

Ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas,
Ingens viſa Duci Patriæ trepidantis imago,
Clara per obſcuram vultu mæſtiſſima noctem,
Turrigero canos effundens vertice crines,
Cæſarie lacera, nudiſque adſtare lacertis,
Et gemitu permiſta loqui. Quò tenditis ultra?
Quo fertis mea ſigna Viri? Si jure venitis:
Si Cives; huc uſque licet. Tunc perculit horror
Membra Ducis, riguere comæ, greſſumque coercens
Languor in extrema tenuit veſtigia ripa (22).

(22) Lucan. Pharſal. libr. 1. f. 18. &c.

15 Ut quid quæſo correptus horrore apud Rubiconem, viſo Romæ ſimulacro, conſtitit Cæſar? Ut quid Roma ipſa illum, ejuſque ſocios admonuit: ſi *ſi jure venitis*; *ſi Cives*; *bucuſque licet*? Quid ſibi vult ly *bucuſque licet*; niſi quod præceſſerat Romana Sanctio, diſtrictè prohibens, nè quis armatus impetu hoſtili auderet Rubiconem fluvium tranſilire? (23) Ac quod ipſimet Cæſari fuerat peculiariter interdictum, nè, niſi dimiſſo exercitu Romam properare attentaret: de quo interdicto ſic dilucidiſſime Dio: Romani *decreverunt &c. ut Cæſar imperium ſucceſſoribus traderet, & ante certam diem exercitus dimitteret. Si non feciſſet, hoſtem habendum, ac contra Patriam egiſſe judicandum*(24). Quid plura? Ipſemet Cæſar id fatetur, dum apud eundem Lucanum sè coargui ſeù in culpam ſic vocari memorat: *Quod non victrices Aquilas deponere juſſus, paruerim* (25). Indubitanter igitur præceſſerat juſſio Romanorum, continens & *Subſtantiam*, & veritatem eorum, quæ in Sanctione Rubiconiana mandantur.

(23) Flav. Blond. Ital. illuſtr. in Region.6.Roman. diol.

(24) Dio Hiſtor. Rom. lib. 41.

(25) Lucanus Pharſal. lib. 1. f. 24.

16. An autem hæc ipſamet Sanctio fuerit tunc pri-

primò ſtatuta, cum jam præviderentur imminentes motus, & inſidiæ Cæſaris contra libertatem; vel diù antea lata fuiſſet alia occaſione? ambigua res videtur quæ non valeat ita facile definiri: quoniam tam primum eſſe potuit, quam ſecundum. Parumque noſtra refert, quod fuerit Lex nova, tunc primò condita, vel vetuſta tunc renovata, ſive ad obſervantiam debitam revocata. Nihilominus attento quod ante Cæſarem, nullus, cujus reminiſcamur, poſt Gallos Senones, & Boios exactos,interminatus eſt invaſionem Italiæ Romanæ ad Rubiconem, libenter in eam deſcendimus opinionem (contraria non improbata) quod Sanctio Rubiconiana tunc primò procuſa fuerit conſecutivè ad mox factum decretum Romani Senatus,de exercitu à Cæſare dimittendo: cum jam proximi viderentur effectus periculoſi audaciæ ſimul, & ambitionis ejuſdem Ducis, molientis interitum Patriæ libertati: Ad quos tempeſtivè compeſcendos, occurere oportebat pœnali lege, qua tam eidem, quam cunctis aliis tolleretur obtentus neſcientiæ antedicti decreti, vel non extenſionis ejus ad omnes, & inhibiti univerſis generaliter tranſitus hoſtilis fluminis Rubiconis. Ea tamen adhibita providentia, ut contemporanèe demulceretur animus Cæſaris, audientis, Sanctionem non contra illum peculiariter, ſed contra omnes generaliter eſſe latam, qui eundem fluvium armata machinatione tranſirent.

17. At quidquid ſit de cauſa,occaſione,ac tempore promulgatæ prædictæ Sanctionis, hoc parum refert ad negotium noſtrum,quod non concernit ipſum præcisè articulum:ſufficit que nobis,eam revera fuiſſe Romanæ Reipublicæ auctoritate ſtatutam,& jam prodiiſſe, ac ibidem viguiſſe, tempore, quo imminebat periculum, nè Cæſar (tunc adminiſtrans utramque Galliam ejus regemini à Senatu Populoque Romano commiſſam)eſſet contra Patriam hoſtiliter perrecturus. Qua-

de

de re Paulus Merula: *Cis Rubiconem quondam militibus, Ducibuſque à bello redeuntibus, arma ferre non fuiſſe licitum, legimus, abſque S. P. Q. R. auctoritate. Qui ſecus feciſſet, hoſtis Reipublicæ judicabatur. Docet illud C. Julii Cæſaris ex Galliis in Italiam parantis per Rubiconem reditum hiſtoria, quæ apud ipſum Cæſarem in Commentariis, Suetonium, & Plutarchum in ejus vita, Appianum Alexandrinum lib. 2. Lucanum, & alios. Pertinet huc edictum vetuſſimum, quod in Rubiconis ripa eſt* (26).

(26) Paul. Merul. Coſmogr. part. 2. lib. 4. cap. 11. f. 731.

18. Dices cum Antonio Auguſtino. Inanis erat hujuſmodi Sanctio, ſeù lex diſponens de contentis in ea, quoniam legibus jam Romanis objectivis, & pœnalibus inhibitum eſſe quibuſcunque conſtabat, ne quis e Provincia armatas educeret copias, ferretue arma contra Rempublicam: Quamobrem non eſt veriſimile, quod eadem Sanctio auctoritate Senatus Populique Romani fuerit conſtituta. Verum nos reſpondemus *primò*, nunc non agitari quæſtionem, an eadem Sanctio fuerit neceſſaria, nec ne; ſed an fuerit conſtituta, vel non? Unde quidquid ſit de ipſa neceſſitate, nobis exuberat, quod ex hucuſque recenſitis rationibus, auctoritatibus, & motivis, probatur, Sanctionem ipſam conſtitutam fuiſſe. *Secundò* dicimus, quod cum jam prævíderentur imminentes motus Cæſaris, eumque inſidiari Patriæ liberati; erat omnino neceſſe legem aliquam gravem, & pœnalem, vel primò condere, vel antiquam renovare, ſive ad obſervantiam debitam revocare, ut idem Dux minacibus ejuſdem legis pœnis terrefactus deſiſteret à conatu.

19. *Tertiò* negamus ſuppoſitum, nempè quod aliæ leges Romanæ redactæ in ſcriptis adeſſent, objectivæ ac pœnales, & præventivè conditæ, inhibentes illud ipſum, quod in Sanctione Rubiconiana cavetur, de hoſtili tranſitu limitum contra Patriam, inhibitio Ducibus Provincias adminiſtrantibus, vel cohorti-

bus

bus, & exeicitui eorum. Probandum eſt hoc, non ſupponendum. Et equidem Cicero memorat legem Semproniam de ſucceſſione Provinciarum, *& ne quis ultra tempus conſtitutum in Provincia remaneret* (27). Memorat &, quod *Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando* (28). Ex quibus coniicere licet, leges quæ ſupponuntur ex adverſo, nullatenus præceſſiſſe: ac quod ubi abrogandum alicui foret militare imperium, ſpeciali lege agendum erat.

(27) Cicero Epiſtol. 28. 6. & pro Cornel. Balb. 67. 6.

(28) Idem Cicero ad Quint. fratr. 304. ai

20. Salvo ergo meliori ſenſu, nos nullam aliam legem aptam cohibere conatus Cæſaris præceſſiſſe cenſemus, quam legem naturalem, ac dictamen rectæ rationis, naturaleque lumen, docens compeſcendos eſſe ſeditioſos cives, hoſtes Patriæ, & libertatis Reipublicæ inſidiatores. Quæ lex (dici poterit cum Tullio) *non ſcripta, ſed nata lex eſt: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus* (29). Præter hanc, nulla alia lex aderat Romanorum, quod hucuſque ſciamus, in ſcriptis promulgata, quæ verbis expreſſis prohiberet civibus Romanis arma ferre contra fines Romanæ Reipublicæ, ac libertati Patriæ hoſtiliter inſidiari. Naturalis autem hæc lex nihil obſiſtebat, nihil impediebat, quin Sanctio noſtra poſſet, ac deberet occaſione data, vel primò procudi, vel ut antiquior ad obſervantiam revocari.

(29) Ipſemet Cicero pro Milon. 103. & Orator. 213.

21. Et quatenus etiam adfuiſſet alia lex præventiva, de finibus Romanis hoſtiliter non invadendis per quoſcumque arma tractantes; nos negamus, quod eadem applicabilis extitiſſet hoſtili tranſitioni Rubiconis: quippe qui non erat finis Romanæ Reipublicæ, ſed Romanæ Provinciæ. Tunc namque Romana ditio à parte Occidentali non ad ſolum Rubiconem pertingebat, ſed longe ulterius ad utramque Galliam, Ciſalpinam, ac Tranſalpinam, & uſque ad Hiſpaniam perveniebat, quas Romani per Præſides, & Proconſules admini-

Digitized by Google

ſtrabant. Rubico vero finis munere fungebatur Romanæ dumtaxat Provinciæ, quam Reſpublica Quiritum ex ſemetipſa immediate regebat. Quatenus ergo adfuiſſet præſuppoſita illa lex præventiva; Cæſar autumaſſet, quod hæc afficeret quidem invaſores Hiſpaniæ, vel alterutrius Galliæ; at non invaſores Provinciæ Romanæ hoſtili tranſitu Rubiconis, de quo lex ſuppoſita minime loqueretur. Quamobrem ingruente periculo motuum ipſius Cæſaris; nedum non inanis, verum etiam poſitivè neceſſaria fuit promulgatio legis, quæ diſertè, ac peculiariter inhiberet hoſtilem tranſitum Rubiconis: ne obtenderetur, hanc tranſgreſſionem non eſſe ſufficienter interdictam alia præventiva publica lege.

22. Denique admittamus, quod præceſſiſſet lex inhibitiva tranſgreſſionis hoſtilis finium Romanorum, & complexiva etiam ſimilis tranſitionis Rubiconanæ; dicant quæſo adverſarii, quid prohibebat ipſam legem, Cæſaris tumultuantis tempore, ſub priſtinis, vel diverſis ſenſibus iterum publicari, vel renovari? Non ne quotidie cernimus leges anteactas rurſus edi, & nova promulgatione ad obſervantiam priſtinam revocari? Profectò lex Auguſti, quæ diù poſt tranſmeatum à Cæſare Rubiconem prodivit; diſerte inhibuit, inter alia capita hæc: *Ne quis contra Rempublicam arma ferat &c. Ne hoſtes Populi Romani juventur adverſus Rempublicam &c. Ne ſeditio, tumultus ve adverſus Rempublicam fiat*(30). Ergo vel ex adverſo ſuppoſitæ leges non aderant: vel ſi aderant, adhuc poterant iterum renovari, ſicut renovatæ fuerunt hac lege Julia, dudum poſt oppreſſam à Cæſare Patriam libertatem promulgata. Satis itaque conſtat, quod Sanctio Rubiconiana, quantum ad primum titulum, videlicet quoad *Subſtantiam* juſſionis in ea contentæ, de non hoſtiliter tranſeundo à quoquam armata manu fluvio Rubicone, verax eſt, genuina eſt, authentica eſt, germana, legitima, ingenua, & ſincera.

(30) Vide Sigonium de Judiciis libr. 2. cap. 29. f. 429.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

Probatur, Sanctionem Rubiconianam quoad *Modum*, & *Identitatem*, eſſe genuinam.

SUMMARIUM.

1. QUoad ſecundum Titulum, *ideſt* Modum; *Sanctio tempore Cæſaris erat prope Rubiconem.*
2. *Hugo Grotius commentator Lucani, & Pitiſcus teſtantur, ibi ſculptam extitiſſe in columna.*
3. *Idem ſentit Philippus Ferrarius, & Ambroſius Calepinus. Quanta ſit iſtius auctoritas?*
4. *Ex Blondo idipſum habetur: quæ lex à loco priſtino mota, ibidem reſtituta fuit.*
5. *Juſſu Romanorum Sanctio eadem adpoſita fuit ripæ Rubiconis, ex Cæſare Briſſio.*
6. *Qui Auctor hæc ſcripſit Clementi PP. VIII. tranſituro Rubiconem cum ſequente ſibi Curia.*
7. *Bernardini Corij teſtimonium de Sanctione præfata, errantis tamen quoad locum.*
8. *Romani ſolebant leges, æri, vel marmori inſcriptas, publico exponere in loco.*
9. *Leges nedum promulgari debebant, ſed etiam in loco publico exponi omnibus conſpiciendæ.*
10. *Hinc tot Columnæ memoratæ à Scriptoribus, continentes publicas leges.*
11. *Si leges minoris momenti publicis in locis exponebantur; id factum eſt quoque de Sanctione &c.*
12. *Iſtam neceſſarium erat publice apponi apud fluvium Rubiconem.*
13. *Tempore Gallorum Senonum, & Boiorum, ripa occidua Rubiconis erat in eorum ditione.*

14. *At poſtquam hi profligati fuerant; jam tempore Cæſaris, illa ripa erat in ditione Romana.*
15. *Is debebat veroſimiliter inde tranſire, ubi eſt Sanctio. Fit ſermo de via Æmilia.*
16. *Si Cæſar tranſivit Rubiconem inferius à loco, ubi erat Sanctio, id fecit occaſionaliter.*
17. *Tres rationes comprobant, Sanctionem fuiſſe conſtitutam apud Rubiconem.*
18. *Quoad* tertium Titulum, *de* Identitate *lapidis Rubiconiani cum exiſtente ibi tempore Cæſaris.*
19. *Ob ſubverſiones Italiæ potuit lapis authographus deperire, ac alius ejuſdem loco ſubrogari.*
20. *Tamen qui nunc in Pyramide continetur, eſſe videtur authographus, & cur?*
21. *Scriptores dant ei epithetum* Ædicti vetuſtiſſimi, & elegantiſſimè ſcripti.
22. *Qui negat eſſe authographum, debet id probare gravibus rationibus.*
23. *Commentum Antonii Auguſtini, quod lapis exhibeat Militis cenotaphium*
24. *Forte hallucinatus eſt, confundens hunc lapidem cum alio diverſo.*
25. *Chriſtiani ſua epitaphia interdum inſculpebant lapidibus Ethnicorum inverſis.*
26. *Forte quid ſimile contigit in Sanctione Rubiconiana: cui exinde nil deperit.*

NEdum præceſſerat editio, & promulgatio Sanctionis Rubiconianæ, prout fuit probatum capite præcedenti; verum etiam illa prope idem flumen appoſita fuerat omnibus viſibilis, & conſpicua: quod concernit *ſecundum* titulum, ſive caput conceptibilis difficultatis, enunciatæ ſuperius ratione *Modi* (1). An ſcilicet Sanctio ipſa fuerit auctoritate Senatus Populique Romani, apud fluvium Rubiconem appoſita, ſeu erecta, ſive affixa: & Leges, ac Senatus con-

(1) Vide cap. præcedent. n. 9.

conſulta eſſent ſolita in locis, & viis publicis promulgari, ſeu marmore inſculpi. Circa quod ſanè nihil obvium occurrit, per quod eadem Sanctio rationabiliter debeat de ſinceritatis deficientia notari: & quod juſta cauſa exigente, illi ſuſpicionem ſpurietatis, & commentitiæ adinventionis inurat. Reſpectu enim ad priorem partem hujus difficultatis, favet Sanctioni noſtræ ſententia Eruditorum, aſſerentium, quod ætate Cæſaris Rubiconem hoſtiliter tranſituri, eadem Sanctio reperiebatur ſcripto exarata in margine littorali ipſius fluviii.

2. Et quidem inter alios *Hugo Grotius* commentator Lucani; expendens verba hujus Poetæ, introducentis Imaginem Romæ, per Idolopeiam objurgantis Cæſarem, & Socios ejus, ne Rubiconem hoſtilirer pertranſirent, dicendo,

Quo fertis mea ſigna viri? ſi jure venitis:
Si Cives; hucuſquè licet (2).

Expendens, inquam, Grotius, ea verba, *hucuſque licet*; ſic illa explicat: *Ad Rubiconem in columna erecta, inſculptum erat Senatus conſultum, quo cautum eſt, ne cui ultra hos fines arma proferre liceret* (3). Vide quam diſerte gravis, & eruditus hic Auctor tradit, Sanctionem Rubiconianam tempore Cæſaris in Columnula, ſeu Pyramide conſpicuam extitiſſe; quo modo & nunc ibidem exiſtit. Adde huic *Samuelem Pitiſeum* in notis ad Suetonium, verba illa, *omnia armis agenda erunt*, ita expendentem: *Ducibus à bello redeuntibus, abſque S. P. Q. R. auctoritate, cis Rubiconem arma ferre non fuit licitum. Docet hoc edictum vetuſtiſſimum, quod in Rubiconis ripa vidit, & deſcripſit Aldus Manutius* (4).

3. Eruditum alium nunc magis cognitum adducimus, cunctiſque notum, *Ambroſium Calepinum*, ſeu Suppletorem ipſius. Qui tametſi Auctor ſit uſualis; in antiquariis tamen, & eruditis rebus, nulli eſt ſecundus

(2) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 19.

(3) Hugo Grotius in Lucan. loc. citat.

(4) Pitiſc. in notis ad cap. 31 Suetonii in Cæſar. n. 22. f. 88.

dus : ac tanta præſtat auctoritate , ut etiam in cauſis judicialibus , & loco teſtis adhiberi valeat , & juxta ipſius dictata ſit ſas libere judicare (5) . Hic, inquam, ita proloquitur . Fluvius *Rubico &c. vocatur apud Ortum Rugon , apud Cæſenates Rubicone , inferius Piſatello &c. Olim fuit terminus Italiæ . Ibi à Senatu Romano C. Julio Cæſari interdictum eſt , ne ulterius armatus procederet* (6) . Notally *ibi* : ut vocem illam agnoſcas percutere Sanctionem, de qua ſermo eſt, nedum conditam juſſu Senatus , Populique Romani , verum etiam publice affixam penes fluvium Rubiconem. Sic & quoque *Philippus Ferrarius* inſignis Geographus , opportune ad rem noſtram perhibet : *Rubico Piſatello &c. olim terminus Italiæ : ubi à Populo Romano Cæſari interdictum , ne ulterius armatus procederet* (7). Similia fert *Baudrand* hic ſupr. c. 3. n. 13.

(5) Card. de Luca de Regal. diſc. 97. n. 2. & de Præemin. diſc. 36. n. 41.

(6) Calepin. ſupplem. V. Rubico tom. 2.

(7) Phil. Ferrar. Lexic. Geograph. V. Rubico .

4. Sequitur *Flavius Blondus* egregius Antiquarius, & hiſtoriarum valde peritus , qui de Rubicone ita loquitur : *Fuit olim ſtante , & integra Republica Romana , lege prohibitum , ne quiſpiam armatus illum injuſſu Magiſtratuum tranſgrederetur : eaque lex loco mota , in quo ab initio fuit poſita , marmore literis inciſa elegantiſſimis etiam viſitur* (8) . Lex ergo , qua fuit prohibitum , ne quis armatus Rubiconem hoſtiliter tranſmearet; apud ipſum fluvium conſtante Republica Romana fuit publice affixa , ut cunctis inde ttanſeuntibus conſpicua , & viſibilis appateret . Quæ tametſi progreſſu temporis fuiſſet *loco mota , in quo ab initio fuit poſita* , ſucceſſive tamen locum priſtinum recuperavit , in quo ætate Blondi viſebatur : & noſtris quoque diebus ibidem cernitur conſtituta .

(8) Blond. Ital. illuſtr. in Region. 6. Romandiolæ.

5. Sic quoque *Cæſar Briſſius* civis Cæſenas de Patria ſcribens ita eſt effatus : *Mentre fiorì l'Imperio Romano , militò ſotto il ſuo dominio, come ſi hà da molti Hiſtorici . E lo manifeſta l'Editto tanto principale , che anticamente poſero i Romani ſu la riva , overo ſopra*

il

Digitized by Google

il ponte del fiumicello Rubicone &c. nel quale prohibivano a chiunque foſſe il portare l'armi verſo Roma, oltre quell'Onde (9). Tam clare loquitur hic Scriptor, ut nulla indigeat explicatione: diſerre namque affirmat, Sanctionem ipſam non privata ullius hominis, ſed publica Senatus Populique Romani auctoritate fuiſſe conditam: eandemque locatam ſecus fluvium Rubiconem, ut omnibus innoteſceret, ac univerſos illac tranſeuntes ad ipſius obſervantiam irremiſſibiliter obligaret.

(9) Cæſar. Briſſio Relat. di Ceſena a Clemente Pap. 8.

6. Cui ſanè Scriptori nedum omnis fides præſtanda eſt, quai gravi, & erudito; verùm etiam quia talia ſcripſit Papæ Clementi VIII. Et equidem huic non Romæ commoranti; ſed quieſcenti apud Cæſenam, cum Ferraria reverteretur ad almam Urbem: & qui apud Rubiconem cõſiſtere coactus fuit, propter excreſcentiam aquarum, dubius & ipſe, num ultra procederet, vel regrederetur Cæſenam (10): ubi proculdubio Sanctionem potuit propriis oculis intueri. Nec in hiſce rerum circumſtantiis veriſimile eſt, Briſſium voluiſſe, quinimo & potuiſſe, tantum Pontificem, doctum ex ſe, ac multorum Cardinalium, Prælatorum, eruditorumque virorum caterva ſtipatum, fallere: qui omnes contemporaneè Sanctionem ipſam apud Rubiconem proprio intuitu perluſtrarunt.

(10) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 2. cap. 2

7. Conſonat Briſſio teſtimonium *Bernardini Corii*, qui de Cæſare loquens, & præ oculis habens hiſtoriam Rubiconis, hoſtiliter ab eodem tranſgreſſi refert: *Nel ponte d'Arimino erano in marmo ſcolpite queſte lettere, a dimoſtrare, che qualunque contrafaceſſe a tal Editto Senatorio, ſaria judicato inimico della Republica* (11). Egregio huic Hiſtorico, velut Mediolanenſi, & valdè diſtanti à loco Sanctionis, ejusve amanverſi, vel tranſcriptori, eſt benigne indulgendus lapſus circa ſitum localem, in eo quod attribuit ipſam Sanctionem ponti fluvii Arimini, ubi numquam

(11) Bernard. Corius in vit. Cæſaris.

quam fuit; nam ſemper extitit propè pontem Riconis. In reliquis quantum ad hiſtoriam convenit accuratè cum aliis; quod eadem Sanctio ibidem fuit appoſita, in marmore rotundis literis exarata.

8. Fidem auget his dictis mos Romanorum (quod concernit ſecundam partem dubitationis). Hi namque leges imprimi curabant materiæ diù duraturæ, ac in publico loco affigi tabellis, ut plurimum æneis, quæ Parapegmata dicebantur (12). Unde Cicero: *Quæ ille in æs incidit, in quo populi juſſa, perpetuaſque leges eſſe voluit* (13). Et ita leges duodecim Tabularum Quirites *in æs inciſas in foro propoſuere* (14). Sæpiuſque legitur, *æra legum de Cælo tacta*. Item, *legum æra fulminis tactu liquefacta* (15). Nedum autem in ære, verum etiam in marmore inciſio fieri ſolebat legum; Unde quidam: *Leges incidebantur antiquitus in ære, vel etiam in marmore: quo perpetuæ eſſent, & in Capitolio, vel loco aliquo publico figebantur, ut omnibus apertæ eſſent* (16).

9. Omninò autem oportebat, eas nedum promulgari, verum etiam in loco publico affixas poni: Quam ob rem Cicero: *Lex tabulas obſignatas in publico poni vult* (17). Ea ſervata providentia, ut affixio fieret in locis magis opportunis negotio, ipſiſmet legibus connotato. Taliter ut ſi concernerent res agendas, vel cavendas alicubi peculiariter extra Urbem; in adiacentibus viis, aut ſitibus exponerentur, æri, ſive marmori inſcriptæ: tum ut ita idoneæ ad reſiſtendum ævo, poſſent diuturno tempore permanere: tum ut in locis illis publicis collocatæ, cunctorum oculis exhiberentur conſpicuæ: nec ullus valeret affectate illarum ignorantiam comminiſci.

10. Hinc tot columnæ, atque columellæ marmoreæ, quibus Livius, Dio, Feſtus, Dionyſius Halicarnaſſeus, & alii teſtantur, fuiſſe inſcriptas publicas leges. Columnæ, inquam, & columellæ parum elatæ, ut ver-

(12) Calepin V. Parapegima.

(13) Cicero In Anton. 156.

(14) Alex. ab Alex. Genial. lib. 6. cap. 10. in princip.

(15) Cicero de divin. 118. a. & in Catilin. 115.

(16) Nizol. Theſaur. ling. lat. V. Lex f. 463.

(17) Cicero pro Flacco 150. a.

Digitized by Google

verba, & apices in eiſdem contenti, ab intuentibus poſſent commodè legi (18): prout rè vera eſt Sanctio adpoſita Rubiconi. Sanè illa in parte almæ Urbis, quæ arſerat imperante Nerone, tabella fuit appoſita, interdicens, *ne cui liceat intrà hos terminos ædificium extruere* (19). Multas itidem inſcripriones exhibet Gruterus de terminis locorum agentes (20). Ex quibus erit ſatis unam innuere Sexti Attilii Serrani, *qui ex Senatu conſulto inter Ateſtinos, & Vicentinos, fines, terminoſque ſtatui juſſit* (21).

11. Silemus alias lapideas inſcriptiones locis publicis appoſitas, ut cunctis tranſeuntibus viſibiles apparerent: præſeferentes Decreta, Interdicta, Conſtitutiones, & Leges, atque memorias, ibi perenniter permanſuras, quas intueri eſt apud Auctores (22). Si ergo Romani decreta, & juſſiones, etiam minoris momenti faciebant inſculpi marmoribus, columellis, baſibus, & ſaxis, erectis per vias, & loca publica, ut omnibus innoteſcerent, quando ita politici, ac civilis regiminis opportunitas depoſcebat; numquid rationabiliter cogitabitur, quod omiſerint adponere Sanctionem tabulæ marmoreæ inſcriptam propè Rubiconem, cunctis militiæ operam dantibus intimantem tam gravem, & à nullo neſciendam Sanctionem: nequis vexillis explicatis auderet Rubiconem Italiæ Romanæ limitem hoſtiliter pertranſire?

12. Mori huic Romano adde neceſſitatem, tunc ingruentem, faciendi publice, ac ſolemnitèr notam præfatam legem, nedum Cæſari, verum etiam illius commilitonibus, & univerſo bellatorum cætui, quibus præerat: quippe non minus hos, quam illum complecti oportebat mox memoratum interdictum: ne militibus liceret quod inhibebatur Duci. Et quoniam tam hic, quam illi, ſive copulative, ſive disjunctive poterant comminiſci, ſe in Gallia permanentes non habuiſſe notitiam decreti, & legis mox Romæ ſtatutæ

(18) Nardin. Roma antic. lib. 5. cap. 14. fol. 147.

(19) Paul. Merul. Coſmogr. par 2. lib. 2. cap. 22. f. 1010.

(20) Gruter. inſcript. Roman. fol. 196.

(21) Merula loc. cit. par. 2. lib. 4. cap. 36. f. 1316. Gruter. ubi ſupr. f. 198. n. 6.

(22) Montfaucon. Diar. Ital. cap. 3. fol. 45. & cap. 5. f. 73. Gruter. inſcript. à fol. 202. ad 220. Merul. ubi ſupr. fol 918. & 1156.

Digitized by Google

tæ in præſentibus rerum perturbationibus ; operæ pretium erat, ut Sanctio, tantam continens inhibitionem, publico erigeretur in loco patens omnibus, & cunctis interdicens tranſitum hoſtilem Rubiconis, ne quiſquam eorum ulla poſſet ſe tergiverſatione velare, ac tranſgreſſionem, neſcientiæ pallio contueri. Quonam autem in loco Sanctio ſtatui debebat? certè non in alio, quam apud limitem Provinciæ Gallicæ: intra quam cum fas eſſet, non minus Cæſari, quam bellatoribus ejus, arma tractare; innoteſcere tamen utriſque debebat; id non eis eſſe permiſſum ultra limitem ipſum. Et ita juxta prudentiæ civilis, & regiminis militaris regulas, neceſſe erat Sanctionem Rubiconianam ibi oculis permeantium exponi, ubi cernitur conſtituta.

13. Nec opponas, quod Cæſena, & ripa occidua Rubiconis tunc erat intra limites Galliæ Ciſalpinæ contenta: & propterea Galli eidem dominantes non permiſiſſent Romanis libertatem erigendi Sanctionem Rubiconianam in territorio Gallico, ad Quirites minime pertinente. Non, inquam, id opponas, quia indubitanter & deſipis, & deciperis. Verum eſt enim, quod diù præcedenter ad ætatem Cæſaris, Gallica ditio Ciſalpina ſe protendebat ab Alpibus Apenninis ad uſque fluvium Rubiconem; ſed hoc ita fuit conſtante dominatu Gallorum Senonum, & Gallorum Bojorum, qui ſe diffuderant per Italiam: inter quorum, & Romanorum potentiam, limes, ac finis conſtitutus fuit Rubico (23): accinente Lucano.

Perque imas ſerpit valles, & Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis (24).

14. At poſtquam primo Senones fuſi, & profligati fuerunt à Romanis, Conſule, ac Duce Dolabella, circa V. C. annum 470. (25). Et deinde idem infortunium paſſi ſunt etiam Galli Boii, Duce Scipione Naſica V. C. anno 559. (26); tota ditio Gallorum exciſorum

(23) Vide ſupra cap. à n. 11.

(24) Lucan. Pharſal. libr. 1. fol 19.

(25) Petav. Ration. Temp. par. 1. lib. 3. cap. 17. Sigon. de Jur. antiq. Ital. lib. 2. cap. 4. f. 289.

(26) Idem Sigonius loc. cit. lib. 1. cap. 24. fol. 526.

ſorum tranſivit in poteſtatem Romanæ Reipublicæ: quæ Galliam Ciſalpinam, redactam in Provinciam, regebat ope alicujus civis Romani: ſed tamen taliter, ut altum dominium, & ſupremus Principatus Galliæ Ciſalpinæ apud Romanam eſſet Rempublicam. Jam ergo ab exactis Gallis uſque ad annum V. C. 706. quo Cæſar tranſivit Rubiconem; anni decurrerant 147. quibus ripa occidua ejuſdem fluvii erat in poteſtate, ditione, ac dominio Romanorum: hique proinde poterant ibi pro libito erigere Sanctiones, abſque eo quod manus extenderunt extra proprium territorium.

15. Nec itidem objicias, quod Cæſar pergens hoſtiliter contra Romam, non tranſivit per Cæſenam, neque per locum, ubi erecta reperitur Sanctio Rubiconiana (propè Pontem, qui nectit extrema Æmiliæ Viæ à Rubicone disjunctæ); ſed inceſſit longè inferius per aliam viam propinquiorem littori marino, & proinde non adfuerit occaſio, ſive cauſa, propter quam eadem Sanctio deberet ibi locari, ſeu renovari, ubi Cæſar tranſiturus non erat. Non inquam, id objicias, quia falleris, & à recti tramite aberras. Nam in primis quomodo probas tu, quod Cæſar non tranſiverit Cæſena, vel propè Cæſenam? Scriptores equidem Cæſenates non ut certum ſtatuunt, quod Cæſena tranſiverit; ſed nec etiam id negant. Et aliunde adſunt non parvi ponderis rationes, atque congruentiæ judicandi, quod revera ibi tranſierit. Etenim digreſſus Ravenna nocturno tempore, deficientibusque luminibus cum deflexiſſet à via, & ſe locis imperviis implicaſſet (quod in loco paluſtri cõtigit, aut in valle, vel in pratis Maſulli, ſive in Standiano nemore) non videtur valuiſſe tranſire flumen Sapim, niſi per Pontem, qui nunc dicitur Matelicæ, vel per alium, qui olim vocabatur Marturani: & ſic incedere per viam Ravennianiam, quæ ducit Cæſenam: qua de re vide ſupra (27). Sed adhuc ex abundanti attende, quod etſi revera Cæſar

(27) Vide ſupra cap. 8. à n. 25. ad 31.

cum ſuis copiis tunc neque à Cæſena, neque à Sanctionis loco tranſiſſet; certè tamen velut Rector, & Adminiſtrator Galliæ; ſi Provinciæ ſibi commiſſæ transgredi limites intendebat, veroſimiliter debebat incedere per commodiorem, amplioremque viam, quæ adeſſet.

16. Hæc autem via commodior, amplior, & aptior, per quam incederent copiæ militares, erat via Æmilia, via conſularis, via regia, & à Rubicone interſecta, quam dudum ſtraverat M. Æmilius Lepidus in primo Conſulatu ſuo geſto V. C. anno 567. cum C. Flaminio, alterius Flaminii filio, in clade Traſimena defuncti (28). Eam namque ipſemet Æmilius *per Provinciam ab Arimino Bononiam, & Placentiam, atque inde Aquileiam propè alpium crepidinem ſtravit: ducto, ut ait Strabo, circum paludes opere* (29). Per hanc Viam ergo erat rationabiliter conjectandum, quod ſi Cæſar veniens ex Gallia moliretur inſidias contra Patriam, inceſſiſſet (30): atque ideò apud eam, in limine Provinciæ Galliæ, penes Rubiconem Sanctio præfata prudenter, & opportune ſtatuta fuit. Sed tamen Cæſar ob intercurrentes tunc cauſas, occaſionaliter potuit diverſo itinere proficiſci. Rebuſque ut ſupra benè, ac providè diſpoſitis à Senatu Populoque Romano; ſive poſtea Cæſar per viam Æmiliam inceſſerit, ſive aliunde, non per hoc Sanctionis Rubicονianæ contenta neſcivit: quam ibi erectam, & publice conſtitutam fuiſſe, nemo poterat rationabiliter ignorare.

(28) Vide Nicol. Berger. de Viis. Calepin V. Via.

(29) Sigon. de Ant. Jur. Ital. lib. 1. cap. 25. &c.

(30) Vide ſupr. cap. 8. n. 24. cap. 11. n. 5. cap. 14. n. 18. cap. 15. n. 16. & cap. 17. n. 26.

17. Tria igitur habemus intentioni noſtræ faventia. *Primò*, quod aderat juſta cauſa, quinimo & neceſſaria, Sanctionem ipſam collocandi ad marginem Rubiconis. *Secundò*, quod vigebat mos Romanorum, conſimiles leges exponendi notitiæ, oculiſque omnium in viis publicis marmore inſculptas. *Tertiò*, quod perplures Auctores uniſono ſenſu teſtantur,

ſæ

Digitized by Google

ſæpefatam Sanctionem apud ſupradictum fluvium erectam, tempore Cæſaris extitiſſe. Unaquæque autem ex his rationibus, etiam ſingulariter ſumpta, ſufficeret ad intentum præſentis capitis concludendum. Aſt copulative aggregatæ, cuinam prudentem, & juſtum titulum relinquent impoſterum ambigendi, num à Romanis revera ibi fuerit conſtituta, ubi jam à tot ſæculis adhuc noſtra ætate cernitur literis majuſculis in frontiſpicio Pyramidis exarata? Vide adhuc quæ infra dicentur (31).

(31) Vide infra cap. 26. n. 1.

18. Quantum ad *tertium* titulum, ſive caput conceptibilis dubietatis de Sanctione Rubiconiana, ratione *Identitatis*, an lapis nunc apud Rubiconem exiſtens, & continens Sanctionem controverſam, ſit ille idem, & identicus, qui aderat ibidem vivente Cæſare; non eſſet neceſſarium quidquam certi ſtatuere. Quippè per prolixum decurſum decem, & octo ſæculorum, res Italiæ, ut notum eſt hiſtoriæ peritis, multiformiter fuerunt conturbatæ ab innumeris exercitibus Romanorum, Herulorum, Gothorum, Longobardorum, Gallorum, Germanorum, necnon Certantium hinc inde pro Factionibus Guelpha, & Ghibellina, ſive aliter bella tractantium, ac tyrannica facta, ſeditiones, incurſiones, immanitateſque ferociter exercentium: qui ſæpè ſæpius Italiam, & partes ejus diripuerunt, vaſtaverunt, incenderunt, ac meliora quæque diſſipaverunt, necnon antiqua monumenta, & ædificia ſubverterunt.

19. Nil mirum ergo eſſet, ſi tot, & tantis in calamitatibus, atque ruinis, etiam hujus præclariſſimæ Sanctionis autographum fuiſſet exterminatum, & diſperſum: cujus nihilominus exemplar in ſcriptis alicubi remanſiſſet, ac ex eo facta tranſcriptio, marmorique inſculpta, ſubrogata fuiſſet loco autographi ſubverſi, ut quoquo modo fieri poſſet, ſervaretur memoria tam illuſtris, & celebris monumenti. Quo caſu (ſi revera

Digitized by Google

hæc hypotheſis accidiſſet, quam nec affirmamus, neque negamus); præter jacturam identitatis primi lapidis, parum deperiſſet ipſi Sanctioni; quoties tabula ſubrogata eadem prorſus verba, & apices contineret; ut reparationem detrimento paſſo, ſic & ſuffragium priſcæ veritati ferentes.

20. Nihilominus intuentibus attentè, ac perſcrutantibus diligenter inſpectione oculari, marmor inſertum Pyramidi Rubicanianæ, ac exhibens pluries fatam Sanctionem, nihil deeſſe videtur, materiam, figuram, literarum formam concernens, unde non debeat rationabiliter autographum reputari, ac itidem recenſeri germanas inter, & genuinas tabulas marmoreas, publicarum legum, & antiquiſſimarum inſcriptionum contentrices. Item ſi fiat collatio hujus lapidis, cum aliis certis, & authenticis, in quibus vetuſtiſſima cernuntur inciſa epitaphia; nil diſcepare videtur ab eiſdem. Denique literæ illius eleganter elaboratæ ſunt ad normam artis, qua ſolebant ætate Cæſaris marmora publica inſcribi: ac ipſo intuitu exhibent jubar, atque nitorem, non difformem ab elementis literariis, quæ reperiuntur inſculpta lapidibus per eandem ſcriptis ætatem.

21. Nec niſi ſomniaſſe oportet Antonium Auguſtinum, quando characteres illos denominavit recentes: quoniam & elegantiam, & antiquitatem ipſiuſmet monumenti, ejuſque characterum, agnoverunt, & commendarunt Flavius Blondus (32), Paulus Merula (33), Aldus Manutius (34), atque Samuel Pitiſcus (35), reſpectivè vocantes illud, uſque ab eorum temporibus *edictum vetuſtiſſimum*: & *juſſionem marmore elegantiſſimo ſcriptam*. Qui ſanè viri eruditiſſimi, & in re antiquaria peritiſſimi, plauſum vetuſtatis, & elegantiæ in ſuperlativo gradu neutiquam contuliſſent illi ſaxo, & ejus inſcriptioni, ſi autographa non eſſet, ac ſi ejuſdem ſinceritatem agnoviſſent eſſe

(32) Flav. Blond. in Region. 6. Romandiolæ.
(33) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib. 4. cap. 11. f. 734.
(34) Ald. Manut. Ortograph f. 765.
(35) Pitiſcus in Sueton. in Cæſar. cap. 31. n. 22.

eſſe in dubium revocandam: cum imo *ad eligenda ea, quæ dubitationem afferunt, oporteat adhibere homines uſu peritos*, inquit Cicero (36). Quamobrem tot in unum concurrentibus motivis, videtur poſſe fiducialiter ſimul, & rationabiliter pronunciari, ſaxum, tabulamque marmoream; continentem Sanctionem, de qua ſit ſermo, eſſe illam eandem, identicam, & autographam, quæ juſſu Senatus Populique Romani, penes Rubiconem, in Via Æmilia, fuit ætate Cæſaris collocata.

(36 Cicero de Offic. 29.

22. Et quatenus aliquis fortè velit audactèr contraniti viribus inſpectionis ocularis; contendendo, præfatum lapidem non eſſe autographum, ſed exemplar autographi; ad illum pertinebit, non id aſſerere, ſed probare. Non enim fas eſſe debet cuilibet fungi officio Ariſtarchi, ut monumentum nobiliſſimum, honorifica præditum fama per totum orbem, & ſuæ antiquitatis gloria conſpicuum, ex ſcrupulis tenuiſſimis à juſta poſſeſſione propriæ ingenuitatis, & ſinceritatis temere deturbetur; impingendo illi calumniam deficientiæ identitatis, abſque redditione rationis: & quidem talis rationis, adeoque fortis, & convincentis, ut ſilere faciat motiva ſuffragantia ipſiuſmet identitati, ingenuitati, & ſinceritati: quæ ita videtur eſſe *infixa in natura, & comprehenditur ſenſibus, ut contra ſi quis dicere velit, non ſit audiendus* (37).

(37) Idem Cicero de Finib. 130.

23. Quod poſtea idem Antonius Auguſtinus comminiſcatur, lapidem cui Sanctio Rubiconiana ſculpta ineſt, exhibere militis cenotaphium; nos neſcimus undenam hauſerit, vel haurire potuerit hanc notitiam. Nam ipſe lapis à parte anteriore nullum profecto exhibet ſignum, nulla verba, quæ monumentum indicent ſepulchrale: prout unuſquiſque poteſt propriis oculis intueri. A parte verò poſtica cerni ab ullo non valet, quia lapis inſertus eſt Pyramidi tenaciſſime, nec ab ea ſeparabilis, niſi ſcalpris, dolabris, & arte fabri murarii. Quo-

modo

modo ergò Auguſtinus divinatus eſt *ibi* referre militis cenotaphium? Neniæ ſunt hæ, vaniloquia, & aniles fabulæ, narrandæ hyemali tempore mulierculis apud ignem; non Eruditorum auribus ſuſſurrandæ.

24. At fortè hallucinatus eſt Auguſtinus ex eo, quod ipſimet Pyramidi quadrangulari, latitudinis ultra quatuor, & altitudinis pluſquam decem, & octo palmorum, variæ tabulæ mormoreæ hinc inde inſertæ ſunt: quarum in una laterali apparent fragmina verborum, ita exeſa, labefactata, & conſumpta, ut non niſi paucæ literæ ſuperſint, diſgregatæ, ac deſultoriè huc illuc ſparſæ per veſtigia linearum, ineptæ ad verbum ullum conſarcinandum, præter hæc, partim integra, ex partim dimidiata: *Curaret*, *Conſ. hic*, *glorio. mentum*. Si de hoc lapide intelligit Auguſtinus, quod exhiberet militis cenotaphium; valeat ejus opinio quantum valere poteſt. Sed attendatur, quod iſte lapis toto cœlo diverſus eſt, diſtinctus, & in loco remoto ſitus, ab illo, qui continet Sactionem Rubiconianam. Hæcque proindè nullum patitur deliquium ex propinquitate ipſius lapidis (qualemcumque ille à ſuo primo initio figuram fecerit, ſive inſcriptionis, ſive edicti, ſive memoriæ funereæ &c. quippe tabula hæc marmorea prorſus diverſa eſt, ſeparata, & nil habens commune cum Sanctione Rubiconiana.

25. Sed & ex abundanti demus, non tamen concedamus hypotheſim, quod eadem Sanctio Rubiconiana inſcripta reperiretur marmori, cujus poſtica pars exhiberet militis cenotaphium; quid hoc detraheret identitati authographæ ipſiuſmet Sanctionis? Nonne antiquæ inſcriptiones reperiuntur Chriſtianorum, exaratæ ſuper tabulis lapideis, quarum in adverſa parte leguntur epitaphia Ethnicorum? (38). Audi Mabillonem: *Chriſtianis mos erat, ut e ſepulchris Gentilium lapides revellerent in ſuos uſus: & relicta ex ea parte, quæ interiora Chriſtiani tumuli ſpectabat,*

(38) Boldet' Oſſerv. ſupr. i Cimiter. lib. 2. cap. 10.

pro-

profana inſcriptione, aliam in exteriori apponerent ritu Chriſtiano (39). Quod fecerent poſteriori tempore Chriſtifideles; à veriſimili non exorbitat peregiſſe quoque vel peragere potuiſſe præcedenter Romanos Ethnicos, traducendo interdum de uno ad alium uſum lapides funerarios.

(39) Mabillon. Itiner. Italic. f. 136.

26. Data igitur, ſed non conceſſa præfata hypotheſi, dici poſſet, quod fortè Marmorarius executor mandatorum Romanæ Reipublicæ, de inſculpenda lapidi Sanctione Rubiconiana, obviam, & commodam habens, atque opportunam judicans tabulam ſaxeam, quæ aliàs adhibita fuerat pro monumento militis; eadem uſus eſſet: ratus nil obſiſtere poſticam inſcriptionem, quæ obdenda erat in columna, cui Sanctio ipſa erat protinus inſerenda. Idque agendo Marmorarius improvidè quidem ſe geſſiſſet; ſed tamen Sanctio inſcripta illi ſaxo, totque adminiculis conſtipata, quot hucuſque recenſuimus, illam authographam declarantibus, non ex hoc tenui, ac minuto ſcrupulo, memoriæ quoque militis in poſtica illius parte contentæ, decideret ab honore ſuæ identitatis cum primo ipſiuſmet Sanctionis autographo, juſſu Senatus Populique Romani apud Rubiconem inſculpto. Quæ ut innuimus, dicta ſint ad exuberantiam: etenim nec hypotheſis hæc ſubſiſtit, nec interiori parti lapidis continentis Rubiconianam Sanctionem ullum adeſt veſtigium funerei cenotaphii ab Auguſtino ſomniati.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

Oſtenditur, quod Sanctio Rubiconiana, quantum *ad Stylum*, & *Elocutionem*, ac verba, quibus conſtat, eſt genuina.

SUMMARIUM.

1. *An Sanctio patiatur deliquium ratione* Styli, *&* elocutionis, *alienæ ab ævo Cæſariano?*
2. *Ne quis dicat ſuppoſititium quidquid ei non placet. Diverſa hominibus eſt forma loquendi.*
3. *Ex ſola minus nttida elocutione, non infertur aliquid eſſe ſuppoſititium.*
4. *Inſcriptiones à Collectoribus relatæ, non omnes unum, & eundem ſtylum ſapiunt.*
5. *Leges non debent eſſe conceptæ oratorio ſtylo: ſed phraſi legiſlatoria.*
6. *Vox* Juſſu *in Legibus adhiberi ſolebat. Quinam leges ferre poſſent: & qualiter?*
7. *Etiam ly* mandatuve *continet debitam proprietatem legiſlatoriam.*
8. *Antiquitus ſyllaba* ve *ſignificabat idem ac* que: *ac* V. *adhibebatur loco* O.
9. *Exempla Senatus conſultorum continentium hæc verba* Juſſu mandatuve.
10. *Vim legibus dabat auctoritas Populi Romani: expreſſa his literis* P. R.
11. *Leges non valebant adverſante Populo, & Senatu: Populus quid ſignificet?*
12. *Antiqui ſcriptores memorarunt Sanctionem Rubiconianam: præſertim Dio.*
13. *Plures magiſtratuum ſpecies in Sanctione nominatæ, illam authenticam eſſe docent.*

Eadem

Digitized by Google

14. *Eadem Sanctio non ad ſolum Cæſarem cohibendum tendebat, ſed etiam omnes alios complectebatur.*
15. *In antiquis legibus res non unico, ſed pluribus vocabulis exprimebantur.*
16. *Vox COS. in legibus ſcribebatur. Conſules bellis præerant, & exercitus ducebant.*
17. *Eademque vox abbreviata ſignificat tam unicum, quam utrumque Conſulem.*
18. *In legibus poterat juſſio dari æque uni, ac ſimul ambobus Conſulibus.*
19. Imperatoris *nomen olim qualis titulus eſſet: ac quibus daretur?*
20. *Pompeius, Metellus, Cicero, & alii Duces titulo Imperatoris potiti ſunt.*
21. *Bene Sanctio dicit, non* Imperator *abſolutè*, ſed Imperator militum.

QUoniam ex hucuſque relatis optimè dilucidatum fuit, Sanctionem Rubiconianam nullum pati deliquium, nullo ſpurietatis vitio eſſe infectam, nullius apocryphi commenti præjudicium præſeferre tribus ex primis titulis, capitibuſve conceptibilis dubietatis (1); Reliquum eſt nunc diſcutere, num ratione *quarti*, & ultimi tituli, ſive capitis, pro fictitia, & adulterina denique ſit habenda: videlicet ratione *Styli*, & *Elocutionis*: eo quod verba in eadem contenta, non referant latinum loquendi modum ævi Cæſariani; ac formulam, qua tunc ſolebant concipi Leges publicæ, atque Senatus conſulta, Plebiſvè ſcita Romana. Hoc autem in præſenti, & ſequentibus capitibus adimplebitur.

(1) Vide ſupr. cap. 22. n. 9.

2 Nec tamen quiſquam taliter ſuperbiendo deſipiat; ut præcipiti conſilio audeat pronunciare, ſuppoſititium eſſe quidquid ejus palato non ſapit, vel minime ſapere comminiſcitur: *Inſidet enim ſenſibus, & verbis recti quædam, boniſque ratio, quæ non eſt alienis ſemper auribus metienda: ſed ipſa in ſe leges continet ſuæ perfe-*

 ctionis

ctionis (2). Nam diverſa pro diverſitate hominum, atque temporum, fuit forma loquendi antiquorum, eorumque ad id aptitudo: ut unus cultior, alius rudior fuerit in ſermone: hicque nitidius, ille neglectius peroraverit. Lælio, *uti Tullius notavit, inerat* elegantia in dicendo: ſed Epicurus contempſit elegantiam diſſerendi (3). Cæſar ferè omnes Oratores in latina elocutione ſuperabat: Aſt Antronius & Statienus mali Oratores erant (4).

(2) Nizol. Cauſin. de Eloquent. ſacr. & human. lib. 2. cap. 1. §. 1. f. 76.;

(3) Cicero ad Attic. 103. a & de Finib. 70.

(4) Idem Cicero de Claris Orator. 118. & 178.

3. Cum æqua igitur in omnibus hominibus, & per omnes ætates, non fuerit elegantia ſermonis, &ad loquendum cultus, atque loquentium aptitudo; ex ſola minus nitida elocutione (non conſona formæ, qua unus, vel alter ſcriptor hujus, vel illius ſæculi locutus eſt); non poteſt ſapienter, tutoque definiri, quod aliqua peculiaris Inſcriptio, Lex, aliudve ſcriptum, aut monumentum antiquorum temporum, ſit commentitia, ſive ſuppoſititia: quidquid de illa temerè, ac imprudenter, tenuiſſimo huic ſolo inhærentes prætextui, dicaces forte viri cavillari, & ſcioli quandoque audeant effutire. De qualibet igitur Oratione debet eſſe *prudens judicium: e quo longe nobilior ſententia, quam ex imperitorum hominum affectibus videtur expectanda &c. Ineſt* enim *eloquentiæ nativus quidam ſplendor, quem deteriora judicia convellere nullo modo poſſunt* (5).

(5) Cauſin. loc. cit. §. quid f. 76.

4. Legat quæſo cui placet Gruterum, Reineſium, Sponium, Fabrettum, Urſatum, & alios relatores antiquarum Inſcriptionum; & intueri poterit, quanta ſtyli, elocutionis, ac formæ, rerum expreſſivæ, inter ſe diverſitate diſcordent: & aliquæ illarum, tametſi certæ, nullo ſuſpicionis vitio infectæ, ac uno, & eodem ſæculo conceptæ, adhuc tamen inter ſe diſcrepare noſcuntur: quatenus aliæ à magis, aliæ à minus eruditis prodierunt. Solus ergo ſtyli ſapor, elocutionis qualitas, & diverſitas explicandi mentis conceptus, uno, vel alio modo, ubi alia deſint adminicula majoris momenti,

bene-

Digitized by Google

beneque fundatæ, ac rationabiles conjecturæ; non rectè judicant de ſinceritate, aut ſpurietate veterum Inſcriptionum.

5. Strictiuſque adhuc ad rem noſtram attendatur, quod pro diſcernenda veritate alicujus antiquæ Legis, non eſt deſiderandus in ea ſtylus Academicus: nec ſermo Philoſophorum, neque Oratorum, vel Hiſtoricorum illius temporis elocutio; ſed potius phraſis legislatoria, & forma illa loquendi, quæ pertinet ad ſcientiam civilem: de qua Craſſus inquit apud Ciceronem: *Plurima eſt in omni jure, & in 12. tabulis antiquitatis effigies, quod & verborum priſca vetuſtate cognoſcitur, & actionum genera quædam majorum conſuetudinem, vitamque declarant. Sive quis civilem ſcientiam contempletur, quam Scævola non putat Oratoris eſſe propriam, ſed cujuſdam ex alio genere prudentiæ; totam hanc deſcriptis omnibus civitatis utilitatibus, ac partibus 12. tabulis contineri videbitis* (6). Sed jam ad examen deſcendamus ſingularum vocum Sanctionis Rubiconianæ, quam conceptam phraſi legislatoria, & propria illorum temporum reperiemus: adeoque germanam, & genuinam. Dicereque poterimus cum Tullio, eſſe ita *ſcriptam elegantiſſimè ſententiis, & verbis, ut nihil poſſit ultra* (7).

(6) Cicero int. de Orator.

(7) Idem Cicero ad Attic. 238. a

6. JUSSU MANDATUVE P. R. Ideſt *Juſſu mandatuve Populi Romani*. Hæc eſt phraſis, & formula propriiſſima Sanctiones publicas edendi, & Leges, ac Senatus conſulta promulgandi more Romano. Et quoad ly *Juſſu*, notat Alexander ab Alexandro, quod non *Conſules modo, ſed Dictatores, Prætores, Ædiles, Cenſoreſque ad populum jura dare, & Legem ferre poterant: eaque promulgata, & demum lata Populi Juſſu, Patribus auctoribus, ita ſummos, ac infimos adſtringebat, ut obedienter imperata facere oporteret* (8). Sanctionem publicam, editam *Omnium Juſſu, ac voluntate*, legere eſt apud Reineſium (9). Aliam conditam

(8) Alex. ab Alex Genial. lib. 6. cap 23. f. 994.

(9) Reineſ. Inſcrip. antiq. claſ. 7. n. 13. f. 481. lin. antepenult.

Juſſu Imperatoris, exhibet Gruterus (10). Ut non ſit dubitandum de proprietate vocis *Juſſu*, in Sanctione Rubiconiana exarata.

7. Quod pariter ad ly *Mandatuve*, quantum ad ſignificationem, continet debitam proprietatem legiſlatoriam, geminantem, & augentem vim præcedentis dictionis *Juſſu*: cui alia conſimilis, & velut ſynonyma, in Legibus addi ſolebat, majoris emphaſis gratia. Eoque reſpexit idem Alexander ab Alexandro, addens: *Ferebat præco Legem ad Populum ex auctoritate, & Juſſu* (11). Aliquando dicebatur, *ex præcepto*, ut apud Reineſium, *Præcepto Auguſtiſſimo* (12). Quodque hic dicitur, *præcepto*, & ſuperius, *ex auctoritate, & Juſſu*; in Sanctione Rubiconiana exprimitur vocibus *Juſſu, mandatuve*. In unum autem, & idem recidunt *præceptum, auctoritas, & mandatum*: dictionibus quidem diverſis; aſt ſynonyma ſignificatione geminantibus, & augentibus vim verbi *Juſſu*, ſive Juſſionis.

8. Quo verò ad Grammaticalem texturam, *ly mandatuve pro mandatoque*, cenſeri poſſet idiotica vocis deprevatio perſæpe occurrens in epitaphiis antiquis, poſito *ve*, pro *que*. Ubi & centies invenire eſt ſculptam literam V. loco alterius O. ut *agru* pro agro (13): *domu* pro domo (14): *ſuboles* pro ſoboles (15): *epiſtula* pro epiſtola (16): & ſic de aliis. Sed melius dicendum eſt, eſſe formam loquendi antiquis ſæculis uſitatam: Romanis pro particula *que* conjunctiva, dicentibus *ve*: præſertim eo tempore quo litera muta Q. adhuc Antiquis erat ignota. Et ſic in ly *mandatuve* nullum eſt mendum, nullaque improprietas; ſed forma loquendi antiquis temporibus uſitata.

9. Ac individuè in Sanctionibus publicis fuiſſe ſolitum adhibere *ve* pro *que*, in his etiam præciſis noſtris terminis, ac dicere *Juſſu mandatuve*; habemus expreſſe in duobus Senatus Conſultis, Plebiſve ſcitis, eorumve ſpeciebus, Legibus denique, ac Statutis promul-

(10) Gruter. Inſcript. Roman. f. 199. n. 5.

(11) Alexandr. ab Alex. loc. cit.

(12) Reineſ. ubi ſupr. claſ. 7. n. 11. lin. 6.

(13) Gruter Inſcript. Roman f. 755. n. 3.

(14) Idem f. 566. n. 9. & f. 596. n. 8.

(15) Idem loc. cit. f. 925. n. 1.

(16) Idem ubi ſupr f. 513. n. 1.

Digitized by Google

mulgatis imperante Veſpaſiano, atque relatis per Joannem Jucundum, ita loquentibus: *Utique cum ex voluntate, auctoritateve, JUSSU MANDATUVE ejus* (ideſt Veſpaſiani(*præſenteve eo, Senatus habebitur, omnium rerum jus perinde habeatur, ſervetur, ac ſi e Lege Senatus edictus eſſet, haberetur que.* Item in alio: *Utique quæ ante hanc legem rogatam acta, geſta, decreta, imperata ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano Auguſto, JUSSU MANDATUVE ejus, &c. ea perinde juſta rata ſint, ac ſi populi, plebiſve Juſſu acta eſſent* (17).

10. P. R. Ideſt *Populi Romani*. Binis hujuſmodi Siglis (ſeù verbis compendiariè notatis per ſolam utriuſque literam initialem) exprimitur, cujuſnam auctoritate Sanctio Rubiconiana prodierit: nempè Senatus Populique Romani, Rempublicam illius Urbis componentis, atque repræſentantis: cujus auctoritas vim dabat Legibus, & Decretis publicis, Plebique ſcitis, & Senatus conſultis. In quibus exprimi quidem debebat nomen Populi Romani; verum in corpore Sanctionis non ſolebat, ſaltem ut plurimum notari vocibus explicatis, ſed contractis, in compendio poſitis, & contentis brevitatis cauſa, in utraque illa litera P.R. ſignificante *Populum Romanum*: Uti facile eſt obſervare apud relatores marmorum antiquorum (18). Ex quibus patet, quàm benè, quàm propriè, quàm uniformitèr ad Romanas Leges Rubiconiana Sanctio concepta, & edita reperitur.

11. Juſſu autem *Populi Romani* condita, & promulgata dicitur; quia Leges Quiritum, à quibuſcumque Magiſtratibus proponerentur, conſenſum Senatus, & Populi Romani depoſcebant, ut ex Alexandro ab Alexandro vidimus paulo ſuprà: eæque debebant eſſe latæ *Populi Juſſu, & Patribus auctoribus*. Alioquin *ſi in Lege ferenda Populus adverſaretur, aut Senatus illam non acciperet; quippè qui eam ferri, vel promulgari non ſineret, nullius exempli, nullarumque virium eſſe cenſeba-*

(17) Joan. Jucund. Inſcript. antiq. f. 1. & 2.

(18) Reines. Inſcript. Antiq. claſ. 7 n. 14 Gruter. Inſcript. Roman. f. 226. n. 7.

ſebatur (19). Copulativè igitur ad Leges ferendas, conſtituendas, & promulgandas, duo exigebantur, nimirum & Populi conſenſus, & approbatio Senatus. Juſſio tamen Populo adſcribebatur: tum quia hic ſuffragiis numeroſioribus concurrebat ad actum illum: tum etiam, & fortaſſe præcipuè, quia vox *Populus*, excluſa infima plebe, complexiva erat, eſtque adhuc, & Senatorum, & Equitum, & Civium (20).

12. Nec opponant contradictores, quod ſi hæc Juſſio contra Cæſarem ſtatuta fuiſſet, Plutarchus, Suetonius, Appianus, & Lucanus, qui ejus tranſitum narraverunt, ipſam commemoraſſent, & ab eo lectam fuiſſe retuliſſent. Non, inquam, id opponant, quia illud opponere non poſſunt eo ipſo, quod contendunt, Cæſarem non per viam Æmiliam tranſiiſſe, ſed per viam littoralem (21). Si enim non tranſivit per viam ubi Sanctio erat erecta, Hiſtorici præfati non poterant recenſere, quod ipſam Sanctionem legerit. At non per hoc ſequitur, quod Cæſar caruerit ejus notitia, cum cognitam aliundè ipſam habuerit. Cæterum tametſi antedicti Scriptores nullam feciſſent mentionem ſupra memoratæ Sanctionis; hoc non eſſet niſi argumentum negativum, quod nihil probat (22). Multa millia lapidum antiquorum inſeruerunt ſuis Collectionibus Gruterus, Reineſius, Fabrettus, & alii ſimiles Epigrammatographi, continentium facta, nomina, elogia, memorias innumerorum hominum, quorum apud priſcos Auctores mentio non fit. Ergone omnia hæc erunt ſuppoſititia? Abſit. Quod non memorant Scriptorum libri, memorant lapides ſcripti: tantaque fides adhibenda eſt hiſce marmoribus ferro inſculptis, quanta libris Auctorum atramento exaratis.

13. Negatur poſtea, quod Suetonius, Plutarchus, Appianus, & Lucanus nullam fecerint mentionem Sanctionis Rubiconianæ. Sat enim illam indicarunt verbis jam ſuperius recenſitiis (23): quæ nunc non repetimus inutili-

(19) Alex. ab Alex. Genial. lib. 6. cap. 33. f. 994.

(20) Aulus Gellius lib. 10. cap. 20. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. n. 24. & in Alex. ab Alex. loc. cit. f. 996. 2.

(21) Vide ſupr. cap. 23. à n. 15.

(22) Marta de Juriſd. par. 1. cap. 30. n. 5. & 6. Thomaſſin. Vet. & nov. Eccl. Diſcipl. par. 1. lib. 2. cap. 36. n. 19. in fin.

(23) Vide ſupra cap. 22. à n. 10. ad 17.

Digitized by Google

tiliter. Adde his Oroſium: ac Miſcellæ Auctorem, referrentes, *decretum eſt, ut in Urbem Cæſar non niſi dimiſſo exercitu veniret* (24). Adde Cæſarem de ſe fatentem apud Lucanum; in culpam vocari, *quod non victrices Aquilas deponere Juſſus paruerim* (25). Denique adde Dionem, expreſſe recenſentem, quod Romani *decreverunt &c. ut Cæſar imperium ſucceſſoribus traderet, & ante certam diem exercitus dimitteret: ſi non feciſſet, hoſtem habendum, ac contra Patriam egiſſe judicandum. Cæſar cum hæc cognoviſſet, Ariminum perrexit, tunc primum ſuæ Provinciæ fines egreſſus* (26). Juſſio ergo ſancita fuit, & eam Cæſar notam habuit. Ac quod hic memorat Dio, eſt illud ipſum, quod exhibet Sanctio Rubiconiana: ſic nihilominùs, ut quod ipſe Hiſtoricus reſtringit ad perſonam Cæſaris, lapis ille dilatet quoque ad ipſius Cæſaris aſſeclas, & generalitèr ad univerſos tranſitum hoſtilem audentes, ob rationem, de qua ſupra dictum eſt (27). Sicque quoad ſubſtantiam rei, Dio, & Sanctio conſonè loquuntur: nec diſcrepant niſi in ſuperficie verborum.

14. COS. IMP. MILI. TYRO. COMILITO. MANIPULARISVE. CENT. TURMAEVE LEGIONARIÆ. Ideſt *Conſul, Imperator militum, Tyro, Comilito, Manipulariſve Centuriæ, Turmæve Legionariæ.* Tot ſpecies Magiſtratuum, Bellatorum, & militiæ nomen dantium, diſtinctis, atque individuis nominibus interpellatæ, probant ſinceritatem, & ingenuitatem hujuſmodi Sanctionis, ratione Legis Glauciæ, quæ, referente Tullio, *ſolebat populum monere, ut cum Lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet, ſi eſſet Dictator, Conſul, Prætor, Magiſter æquitum, ne laboraret, ſciret nihil ad ſe pertinere: ſin autem quicumque poſt hanc videret, ne qua nova quæſtione alligaretur* (28).

15. Ad hæc Sanctio Rubiconiana tendebat quidem ad audaciam Cæſaris cohibendam: at non adverſum eum dumtaxat, & nominatum lata eſt, ſive ad Rubiconis ripam-

(24) Paul. Oroſ. Hiſtor. libr. 6. cap. 15. & Hiſtor. Miſcell. lib. 6.

(25) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 24.

(26) Dio Hiſtor. Roman. lib. 41.

(27) Vide ſupra cap. 22. n. 16.

(28) Cicero. pro Poſthumo.

pam propoſita; ſed univerſalitèr contra quoſcumque arma tractantes: ita ut eſſet Lex generalis, quæ complectabatur cunctos belli Duces, Præfectos, & Officiales; ac ſimul afficiebat quoslibet milites, & nomen dantes militiæ, qualicumque titulo vocarentur. Et quia Lex pœnalis non afficit quos, & quod expreſſe non nominat; opus fuit in Sanctione præfata diſtinctis vocibus memorare quaſcumque ſpecies hominum rebus militaribus incumbentium; ut omnibus eſſet notum, nulli arma ferenti futurum eſſe licitum Rubiconis meatum tranſitu hoſtili.

16. Mos quoque legum ferendarum inolitâ obſervantiâ depoſcebat, ut præcipuæ res, quas in illis ſub præcepto, vel ſub interdicto poni contingebat, non unico, & generali verbo, ſed pluribus, & ſpecificis vocabulis exprimerentur. Atque ita in mox memoratis Sanctionibus, imperante Veſpaſiano Cæſare promulgatis, dicitur vocibus multiplicatis: *Ex voluntate, auctoritate, Juſſu mandatuve &c.* Similiter: Quæcumque *acta, geſta, decreta, imperata &c.* Idque fiebat etiam de pluribus Magiſtratuum, & Miniſtrorum ſpeciebus (29). Nam in Lege Cornelia de Sicaris dictum fuit: *Qui ve Quæſtor, Tribunus plebis, Triumvir capitalis, Triumvir agris dandis, aſſignandis, Canſul, Dictator, Prætor, Magiſter equitum, quive Magiſtratum habuerit &c.* (30). Vides hominum, & Magiſtratuum diverſas ſpecies fuiſſe ſolitas in legibus diſtincte nominari: ut inde agnoſcas, quam proprie in Sanctione quoque Rubiconiana reperiuntur expreſſæ.

(29) Grüter Inſcript Roman. f. 501.n.14.&f.507. lin.17.

30) Sigon. de Judic. lib.2. cap.30. f. 439. 37.

17. COS. Hanc dictionem ſic abbreviatam ſignificare *Conſul*, vel *Conſules*, interpretantur communiter Antiquarii, & quidem ſcriptam unico S. nec non deſtitutam litera N. Ita namque compendiariè notari ſolebat vigente Roma in ſtatu Reipublicæ: imò & adhuc ſub primis quoque Imperatoribus ad uſque tempora Vibii Galli, ac Treboniani, uti obſervat Fabrettus

Quæ

(31). Quæ itidem vox in Legibus publicis, & Senatus conſultis non integra, ſed abbreviata COS. ut ſupra ſcribi ſolebat (32): eo penitùs modo quo exarata reperitur in Sanctione Rubiconiana. Ritè autem hic interpellantur *Conſul*, vel *Conſules*; quia Conſulum erat officium bellis præeſſe, & exercitus in Provinciam ducere, ubi erat bellandum. Quinimo ſtatim ac electi erant Conſules, *Provinciæ nominabantur, ut eas vel ipſi inter ſe compararent, ſortirenturve, quos ire ad bellum, quos præeſſe exercitibus oporteret* (33).

18. Nec tu ex hoc verbo Sanctionem Rubiconianam accuſes, dicens cum Antonio Auguſtino. *Quis unquam uni COS. Juſſionem dedit, quin addiderit ambo, alterve, ſi eis videretur*? Quaſi ſpurietatem ejus detegat deficientia unius ex his vocibus *ambo*, vel *alter*. Ridicula enim, ſeù inepta eſt accuſatio: quippè quæ inititur ſuppoſito, non probato, ſed probando. Cur namque dictio hæc abbreviata *COS.* non equè ſignificare apta eſt *Conſulem* in ſingulari numero, ac *Conſules* in plurali? Vel ergo Juſſio deberet eſſe directa uni dumtaxat Conſuli, vel ambobus; tibi nunc admittatur quidquid malueris. At nonne ſtatim à cauſa decidis, vel neſciens, vel invitus, ex eo quod abbreviata dictio præfata ſufficiens eſt utrique ſignificationi? Ex hoc igitur capite, ſi veraciter, ſi rationabiliter loqui volumus, nulla ſuſpicio, nullum ſpurietatis vitium Sanctioni Rubiconianæ poteſt inuri.

19. Deinde qualiter, & quomodo probas tu, quod in publicis Legibus non eſſet fas Juſſionem dare Conſuli, vel Conſulibus; niſi adderetur nominatim *ambo*, vel *alter*? Nos hanc pragmaticam nullibi legimus conſtitutam. Imò reperimus inter cætera legem Corneliam de Sicariis exprimere verbum *Conſul*, abſque alio diſtinctivo (34). Notavimus quoque in quadam lege, de Viatoribus, & Præconibus agente, per dictionem COS. modo connotari unum, & modo binos Conſules (35).

(31) Fabret. inſcript. cap. 7. in not. f. 540.

(32) Reinet. inſcript. antiq. claſ. 7. n. 10. & 11.

(33) Alex. ab Alex. Genial. lib. 3. cap. 3. f. 281.

(34) Vide ſupr. in in hoc cap. n 16.

(35) Apud Sigon. de antiq Jur. Civ. Rom lib. 2. cap. 15. f. 103.

Digitized by Google

Denique in duabus tabulis legiſlatoriis antiquis habetur verbum COS. uti ſignificans duos Conſules ibi nominatim adjectos (36). Vox ergo abbreviata COS. apta eſt nedum unicum, verum etiam ſimul binos Conſules connotare. Nec ſubſiſtit, quod Lex non daret Juſſionem Conſuli, vel Conſulibus, quin adderet *ambo*, vel *atler*. Et ſic objectio inde promota contra ingenuitatem Sanctionis Rubiconianæ, frivola eſt, & inanis.

(36) Idem Sigon. de antiq. jur. Provinciar. lib. 1. cap. 1. f. 231. & cap. 10. f. 254.

20. IMP. MILI. Ideſt *Imperator militiæ*, *vel militum*. Nec equidem ſeorſim legendo *Imperator miles* (tunc enim Scriptum fuiſſet MIL. non MILI.) ſed conjuctim legendo, ut dictum eſt, *Imperator militum*, vel militiæ. Sanè nomen *Imperatoris*, conſtante Republica Romana, non fuit Regiæ dignitatis titulus, ac denominatio ſupremi Monarchatus; ſed titulus, & denominatio ſummæ dignitatis militaris: de qua Tullius: *Imperator eſt adminiſtrator belli gerendi* (37). Hic ergo titulus correſpondebat illi, quo nunc honeſtatur quicumque *Ducis generalis Exercitus* munere fungitur: dictus, *il Generale dell'Eſſercito*. Eo ſtrenui Duces decorabantur vel militum acclamatione in caſtris, vel ſententia Senatus in Urbe (38). Eoque præſertim digni fiebant, ſi Exercitui præſidentes, aliquod præclarum viciſſent prælium, quo exitialem cladem hoſtibus intuliſſent: ut pro ratione magnitudinis patrati operis bellici; augeretur quoque in Duce honorificentia tituli militaris.

(37) Cicero de Orator. 102.

(38) Carol. Sigon. de antiq. Jur. Provinc. lib. 2. cap. 7.

21. Pompeius, ob Domitium in Africa ſuperatum; Imperatoris titulum aquiſivit (39). Quod & contigit Metello propter victum Sertorium (40): ac Ciceroni ob Parthos prælio profligatos (41). Atilius quoque Varus (42), nec non Marcus Craſſus (43), & Scipio Africanus (44), eodem titulo uſi ſunt: quantumlibet potiùs ex præpotentia uſurpato, dum Exercitibus præeſſent, vel deferentibus id militibus; quam propter juſtam cauſam ita poſcentem. Denique Legem de *Imperio* Lentuli abrogando tulit Cato (45). Et generalitèr *Nomen Im-*

(39) Cæſar. libr. 3. Belli civil. Plin. lib. 7. cap. 26.
(40) Plutarc. in vita Sertonii.
(41) Cicer. epiſt. famil lib. 2. epl. 9. Plutarc. in Ciceron.
(42) Appian. Alexandr. Belli civil. lib. 2.
(43) Cæſar. lib 3. Belli civil.
(44) Titus Livius decad. 2. lib. 7
(45) Cicero ad Quint. fratr. 304.

pe-

Digitized by Google

peratoris Prætoribus olìm magnarum laudum titulus fuit &c. ſub quibus decem hominum millia uno prælio ceciidſſent, aut ſaltem duo millia: quæ poſtea conſuetudo increbuit, ut denique mille occubuiſſent (46). Si plura deſideras de nomine Imperatoris, lege Sigonium (47).

22. Benè itaque, ac propriè Sanctio Rubiconiana non dicit *Imperator* abſolutè, ac ſolitaria dictione (quia tunc nondum emerſerat monarchica dignitas Imperialis, quæ in Cæſare poſt oppreſſam Rempublicam, & deinde in ejus ſucceſſoribus inolevit); ſed *Imperator militum*, aut militiæ: quia ipſamet Sanctio tendebat ad coercendos Duces exercitus, cujuſcumque denominationis, tametſi ſummo, atque ampliſſimo titulo potirentur: & etiam ſi vel ob præclara geſta meruiſſent, vel ob favorem militum, Imperatoris ſibi titulum aſſumpſiſſent. Sed jam hic pauſa fiat circà contenta in ſæpe memorata Sanctione: atque aliquantiſper curſus calami coerceatur; ut validiore motu poſſit ſucceſſivè ſuum reſumere officium.

(46) Alex. ab Alex. Genial. lib. 1. cap. 2. f. 5.

(47) Sigon de antiq. jur. Provinc. lib. 2. cap. 7.

CAPUT XXIV.

Examinantur alia verba in Sanctione Rubiconiana contenta, & ejuſdem ſinceritati ſuffragantia.

SUMMARIUM.

1. TYro *novus miles. Qua ætate adſcriberentur milites. Tyrones in prima facie hoſtium pugnabant.*
2. *Vox Tyro ſcribi debet cum* y. *non cum* i. *niſi forte ſit nomen proprium alicujus.*
3. *A nonnullis promiſcuè ſcribitur cum y. & cum i. ut fit etiam de aliis verbis.*
4. *Revera tamen Tyro ſcribi debet cum y. idque inconcuſſe probatur.*
5. Comilito, *ideſt* militiæ ſocius: *ſignificat eos, qui dicuntur Italicè* Venturieri.
6. *Admittebantur à Romanis hi milites honorarii: & cur interpellentur in Sanctione?*
7. Manipularis *quid ſignificet? Quænam olim eſſent ſigna militaria Romanorum?*
8. *Agitur de* Centuriis, *ac* Turmis Legionariis *militum: & quid hæc nomina ſibi velint?*
9. Manipuli *quot Centurias, & milites continerent? Ac Turmæ quot Equites, & Decurias?*
10. *Exercitus non ſolebant excedere* 4. *Legiones:* Legio, *&* Cohors *quot milites contineret?*
11. *Quot Legiones ſub Cæſare militarent, ac quot Cohortes haberet Rubiconem tranſiturus?*
12. *Bene Sanctio interpellavit Manipulares cujuslibet Centuriæ, ac Turmæ Legionariæ.*
13. *Ly* Armatè quiſquis es *connotat omnes homines cujuſcumque ſpeciei arma tractantes.*

Pro-

Digitized by Google

14. *Proprium Legum eſt poſt expreſſas res ſingulariter, eas generali verbo complecti.*
15. *Cur nominati non fuerint* Proconſules, Prætores, Tribuni &c. *Qua occaſione fierent* Proconſules?
16. Prætorum *officium erat jus dicere, non res bellicas tractare, niſi forte occaſionaliter.*
17. Proconſules, Prætores, *&* Proprætores *non erant in Sanctione nominandi.*
18. *Nec etiam* Tribuni *militum*, Primipili, Decuriones &c. *ſatis expreſſi præcedentibus verbis.*
19. *Leges Romanæ præcipiebant nedum Tyronibus, & Militibus, verum etiam Conſulibus.*
20. *Imo & Imperatoribus militiæ, ac Dictatoribus, Romanorum Leges dabant præcepta.*
21. *Uſque ad Rubiconem poterat Cæſar ſignis elatis incedere, velut intra ſuam exiſtens Provinciam.*
22. Hic ſiſtito: *Leges utebantur verbis imperativi modi. Legum* 12. Tabularum *dignitas.*
23. *Leges item* Pontificales, *nec non* Augurales, *eodem modo erant conceptæ.*
24. *Sic & aliæ plures Leges. Unde Sanctio Rubiconiana eſt bene, propriéque concepta.*

PRoſequendo examen verborum Sanctionis Rubiconianæ, occurrit dictio TYRO, quæ ſignificat idem, ac *novus miles*, prout ſumitur à Cicerone (1), ac univerſaliter ab omnibus: unde & *tyrocinium*, ideſt nova militia. Sciendum verò eſt, quod nullus apud Romanos ante Cannenſe prælium albo militum adſcribebatur, niſi annum ætatis ageret decimum ſeptimum: ac primo inter milites admiſſi, dicebantur Tyrones. Hique, dum prælia erant agenda, collocabantur in prima fronte hoſtium, ut ibi propriæ ſtrenuitatis, audaciæ, ac fortitudinis, commendandum præberent experimentum (2). Conſulto autem in Sanctione noſtra exprimuntur quoque Tyrones, tamquam & ipſi revera milites, militiæ no-

(1) Cicero de Offic. lib. 1. cap. 2.

(2) Alex. ab Alex. Genial. lib. 1. cap. 20. lib. 4 cap. 7. & lib. 6. cap. 22.

Digitized by Google

nomen dantes, & militaribus operibus incumbentes. Ne ſe autumarent ab ea exemptos lege, in qua non invenirentur ſpecifice nominati.

2. Nec dicatur, quod verbum *Tyro* ſcribi debet cum litera *i* ſimplice, non cum duplicata *y*: hocque arguat Sanctionem eſſe ſuppoſititiam, uti continentem dictionem Tyro, ſcriptam cum y. Fallitur enim qui ſic effatur: quippe imo è converſo ſcribi debet cum y non cum i & hoc probat Sanctionem eſſe ingenuam, ac genuinam. Quod ſi dicas, in antiquis lapidibus reperiri verbum idem ſcriptum cum i. non cum y. prius cavendum eſt, ne ibi verbum *Tyro* ſit nomen proprium alicujus hominis ita vocati: vel ſit denominatio quidem novi militis; ſed corrupta quantum ad Ortographiam, ex oſcitantia tranſcriptoris, aut imperitia marmorarii. Si enim alterutra exceptionum harum occurrat; objectio protinus evaneſcit, veluti non probans id, quod intendit.

3. Sanè vox *Tyro* ſcribenda eſt cum y. Unde Aldus Manutius: *Tyro, novus miles, cum y, non cum i ex Inſcriptione Edicti vetuſtiſſimi, quæ adhuc in Rubiconis ripa conſpicitur* (3). Si reſpondeas, Aldum remanſiſſe deceptum lectura Sanctionis Rubiconianæ; nos repetimus, *Primò*, hunc Auctorem, uti clariſſimum, & maximum ſui temporis humaniſtam (4) non fuiſſe talem, qui hac in rè potuerit facile decipi. *Secundò*, nedum non fuiſſe deceptum, ſed imò potiùs confirmatum in vero ſenſu, quem habebat de voce *Tyro*: & eos decipi qui ſentiunt oppoſitum. Vel ſaltem promiſcuè poteſt ſcribi ad libitum, tam cum y, quam cum i, prout contingit in multis aliis dictionibus, quæ diverſitatem aliquam in elementis literariis admittunt. Acità evenit in vocibus *Sylva*, *Tybur*, *Tyberis &c.* quæ tam cum i ſimplicè, quam cum ypſilon ſcribi poſſunt, ac utroque modo notantur à Calepino. Rèque ſe ita habĕte, cum agatur de actu facultativo, nulli eſt in culpam rationabiliter imputandum

(3) Aldus Manutius lit. de Ortograph. f. 765.

(4) Morer. Diction. Histor. V. Manuce Ald.

dum , quod ſcribatur uno , vel altero modo.

4. Verè nihilominùs verbum *Tyro*,ut innuimus , eſt ſcribendum cum y. Et ita diſcimus ex Onomaſtico Romano (5) : ita ex Breviario item Romano (6) : ita ex Thoma à Kempis (7) : ita ex Concordantiis Bibliorum (8) : ita ex Etymologia Nicolai du Mortier (9) : ita ex Theatro Vitæ Humanæ(10):ita ex Amalthea Onomaſtica Joſephi Laurentii Lucenſis (11) : ita ex Plinio (12) : ita ex Lexico Greco Latino Cornelii Schrevelii (13) : ita ex Samuele Pitiſco (14) : ita ex Joanne Petro Maſſeio (15) : ita ex Nicolao Orlandino (16) : ita ex Carolo de Aquino (17) : ita demum (ut plures alios omittamus) ex Mario Nizolio in ſuo Theſauro Ciceroniano,ſimul adglomerante multos Tullii textus,memorantes Tyronem,& Tyrocinium(18). Quodque notabile eſt,ſic illos refert etiam Aleyander Scot , qui Nizolium auxit , præfatus , ſe totum opus ita ad meliorum Codicum , præſertim Dionyſii Lambini , Fulvii Urſini , & Caroli Stephani , fidem emendaſſe ; ut nè voculam quidem , niſi priùs ad ipſum M. Tullii fontem collatam , ſciens præterierit .

5. COMILITO. Ideſt *Socius militiæ* . Providè in Sanctione Rubiconiana expreſſi fuerunt *Comilitones* : quia milites interdum ſic ſolebant honorariè à ſuis Ducibus appellari : ac præſertim Cæſar hoc termino ſæpius utebatur : de quo Suetonius : *Nec milites eos pro concione , ſed blandiori nomine Comilitones appellabat*(19) . Quos & Lucanus nuncupaſſe refert,*Socios*,ita concinens.

Bellorum SOCII , qui mille pericula Martis .

Mecum , ait , experti,decimo jam vivitis anno (20). Comilitonum pluries fit mentio in epitaphiis antiquis (21). Taleſque præcipue merentur appellari noſtra ætate milites honorarii ; ſponte properantes ad bella , qui & ſolent , *Venturieri* , voce Italica nuncupari .

6. Notum eſt rerum Romanarum conſciis , quod *ſemper auxiliares , ex ſociis civitatibus finitimis , aut*

exter-

(5) Onomaſt. Roman. V. Soldato nuovo.
(6) Breviar. Rom. in feſt. S. Ignat. 31 Julii. lect.4 & in feſt S Joan.a S. Facund. 12. Junii lect. 5.
(7) Thom à Kemp. de Imit. Chriſt. libr. 3. cap. 55. n. 2.
(8) Concord. Biblior. V. Tyro.
(9) Du Mortier. Etymol. Sacr. V. Progymnaſma & V. Prophetia.
(10) Theat. Vit. Human. V. Tyro.
(11) Amalth. Onomaſt. V. Tyro.
(12) Plin. lib. 8. cap. 45.
(13) Schrevel. Lexic. Græc. Latin. V. Tyro.
(14) Pitiſc. Lexic. Roman. antiquit. tom. 1 f 1029.
(15) Maffei. Vit. S. Ignat. lib. 1. cap. 6.
(16) Orlandin. Hiſtor. Soc. Jeſu lib. 7. n 4.
(17) Carol. de Aquin. Lexic. Militar. V. Tyro.
(18) Nizol. Theſaur. Ciceron. V. Tyro &c.
(19) Sueton. in Julio Cæſar cap.
(20) Lucan Pharſal. libr. 1. f 23.
(21) Gruter. inſcript. Roman. f. 65. n. 1. & 2. & f. 441. n. 10.

externis peregrinæ juventutis, ſub diſciplina, & cultu Romano auctum voluntariis agmen jungi conſueviſſe (22). Hi ergo merebantur dici Comilitones. Quo nihilominùs nomine honeſtabantur etiam qui fuerant milites. Unde Cicero. *Is adoleſcens, qui meus in Cicilia miles, & Græcia Comilito fuit* (23). Illos itaque, qui quocumque titulo Comilitonis denominationem ſortiebantur, Sanctio Rubiconiana interpellat, de non tranſiliendo Rubicone armis exertis: ut non his permiſſum eſſe, vel minimè inhibitum, cenſeretur, quod aliis, militiæ nomen dantibus vetabatur: & nè horum opè poſſet aggredi quiſquam inſidias, quas ex ſe, ac per ſuos milites interdicebatur contra libertatem Patriæ machinari.

(22) Alex. an Alex. Genial. libr. 1. cap. 5. f. 19.

(23) Cicero ad Quint. fratrem 5(?). a

7. MANIPULARISVE, vox eſt in caſu vocativo, ſignificans, o miles dans operam bello in aliquo manipulo exercitus. Quo ſenſu Cæſar apud Lucanam (24).

Convocat armatos extemplo ad ſigna maniplos.

Aut *manipularis*; ideſt Signifer, ſeù Vexillifer manipuli alicùjus militum. Sivè denique manipularis, ideſt præſes, aut ductor manipuli bellatorum. Quia etenim ab initio Romani loco Signorum militarium utebantur fœni manipulis, haſtæ alligatis; ideò qui eos ferebant (& per metonymiam etiam qui manipulos militum ducebant) manipularii, & manipulares dicti ſunt (25). Alludit his reſpectivè Muſa Naſonis.

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos.
Unde maniplaris nomina miles habet (26).

Manipulos, manipulares, & manipularios frequenter habemus in antiquis elogiis (27): quinimò & comanipulos, & comanipulares (28).

(24) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 22.

(25) Alex. ab Alex lib. 4 cap. 2. in princ. & lib 6. cap. 22. f. 98. Calep. V. manipulus.

(26) Ovid. Faſtor. libr. 3.

(27) Gruter. Inſcript. Rom. f. 109. n. 8. f. 128. n. 5. f. 129. n. 1. f. 535. n. 3. f. 561. n. 1.

(28) Idem f. 46. n. 10 f. 517. n. 9 f. 531 n. 1. f. 551. n. 4. f. 521. n. 9. f. 18. n. 5. f. 555. n. 7.

8. CENT. TURMÆVE LEGIONARIÆ: Ideſt ò manipularis *Centuriæ, vel Turmæ Legionariæ*: nempè ſignifer, aut ductor, ſivè miles alicujus *Centuriæ*, aut alicujus *Turmæ Legionariæ*. Ad ejudem Centuriæ *manipulares* repexiſſe videtur Plautus, dum dixit: *ſi centuriati*

bene

Digitized by Google

lene ſunt manipulares mei (29). Et quoad *Turmam* Legionariam; quemadmodum innuuntur milites Legionarii apud Cæſarem (30), atque Cohortes Legionariæ apud Livium (31); ita etiam in exercitibus Turmæ aderant Legionariæ. Turmæ autem parva erant agmina 32. equitum (32). Et eo modo, quo Cohortes, vulgo *Compagniæ*, peditum, dicebantur *Centuriæ*, ſeù *Manipuli*; ſic & Cohortes equitum nuncupabantur *Turmæ*. Centumque pedites ab uno Centurione, ac 32. equites ab uno Decurione ſub ſuo peculiari vexillo regi ſolebant: quamquam apud Auctores conſtans non ſit numerus utrorumque (33).

9. De illis ita loquitur Alexander ab Alexandro: *ſinguli manipuli homines recipiunt 256. Decurias verò 16. cui ductor Manipularis præerat, quam etiam Synegriam vocant. Rurſus Manipulum duas Centurias facere volunt, quarum quælibet milites 128. hoc eſt octo decurias capit. Nam duplicata Centuria Manipulum facit: cujus præfectus Centurio ordinarius vocatur* (34). Et alibi *Manipulus levis ex 20. militibus, & turba ſcutatorum ſit &c. militesque manipulares appellati. Huic etiam Centurio præerat, quem manipularem vocitarunt &c. Turma, quaſi terma 30. equites, hoc eſt tres Decurias, & Decuriones tres vetuſto more recipit &c. Turma ex equitibus, Centuria ex peditibus* (35).

10. At quidquid ſit, ac pro temporum diverſitate fuerit, de numero militum pedeſtrium, componētium ſingulas *Centurias*, & *Manipulos*: ac de numero equeſtrium, ex quibus unaquæque *Turma* coaleſcebat; hoc unum eſt, quod Romani exercitus antiquori ævo, regulariter, & ut plurimum, niſi contra maximos conatus hoſtium, præter copias auxiliares, non excedebant quatuor Legiones (36); quas nunc vulgò dicere poſſumus, *Regimenti*. Erantque in militia, & militum ſerie, *Manipuli*, ex quibus *Cohortes*, & ex his *Legio* tota (37). *Cohors* ex 3. Manipulis: *Legio* ex 10. Cohortibus com-

(29) Plaut. Mil. Glorioſ. act. 3. ſcen. 2. poſt init.

(30) Cæſar Bell. civil. f. 285. & de Gallic. 5. 73.

(31) Tit. Liv. l. 4. de bel. Maced. 108.

(32) Juſt. Lipſ. de milit. Roman. lib. 2. dial. 6. f. 63.

(33) Vid. Veget. lib. 2. cap. 14. & 15. Aul. Gell. lib. 16. cap. 4. Sigon. de jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 15. & de antiq. jur. Provinc. lib. 2. cap. 2. Calep. V. Manipulus.

(34) Alex. ab Alex. Genial. lib. 6. cap. 3. f. 942.

(35) Idem. loc. cit. lib. 1. cap 5. f. 14.

(36) Idem ubi ſup. f. 19.

(37) Juſt. Lipſ. de milit. Rom. lib. 2. dial. 2. f. 50.

Digitized by Google

poni ſolebant (38). *Legiones* prius tria, deinde quatuor, poſtea quinque, ac demum uſque ad ſex millia bellatorum complectebantur (39). In juſta nihilominùs *Legione*, Centurias 60. Manipulos 30. Cohortes 10. ac Turmas 10. Romanos ponere conſueviſſe fertur. Cujus rei, quantum ad numerum, fides ſit apud Auctores (40).

11. Sub Cæſare utramque Galliam adminiſtrante militabant decem Legiones (41). Quarum partem trans alpes reliquit, quãdo Ravennam profectus eſt (42). Ac ad Rubiconem accedens habebat ſecum ſolas quinque Cohortes, ideſt quinque millia peditum, nec non trecentum equites, prout ſupra oſtendimus ex Plutarcho, & aliis (43). Ita ut ad impetum ipſius fluminis tumentis cohibendum opus fuerit equites præmitttere, qui turmatim in eo conſiſtentes, inundantiam aquarum frangerent, & minuerent, interimque inferius pedites tranſmearent. Unde Lucanus.

Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem :
Excepturus aquas : molli tum cætera rumpit
Turba vado fracti faciles jam fluminis undas (44).

Ubi Grotius explicat : *Equites primum ingreſſi amnem, Fluminis impetum ſiſtunt, quo tutius tranſeant pedites.*

12. Tum ratione igitur generali cohibitiva quorumcumque arma tractantium, tum peculiari ea ratione, qua Romani ſciebant, in ſuis exercitibus militare tam pedites, quam equites, componentes Manipulos, Centurias, & Turmas, ex quibus coaleſcebant Legiones : ac per conſequens Manipulares aderant, Centurias, atque Turmas Legionarias implentes, vel dirigentes, quos Senatus, Populusque Romanus prævidit, poſſe proprio marte, aut ad nutum ſui Ducis arma exercere contra Patriam, & ponere in diſcrimen Rempublicam univerſam; ideò bene, provide, ac admodum propriè in Sanctione Rubiconiana hi omnes brevibus illis verbis expreſſi fuerunt : ut ſcirent omnes, æque ipſis interdictum eſſe tranſitum hoſtilem Rubiconis, diſtermi-

nan-

(38) Idem ibi lib. 2. dial. 4. f. 59.

(39) Ipſemet Lipſ. ibid. lib. 2. dial. 5. à fol. 60.

(40) Alex. ab Alex. Genial. lib. 6 cap. 13. f. 9. Lipſ. ubi ſup. lib 2. dial. 6 f. 63.

(41) Sueton. in Cæſar.

(42) Appian. Alex. Bel. civil. lib. 2. Plutarc. in Jul. Cæſar.

(43) Vide ſupr. cap 8. n. 25. & 26.

(44) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 20.

nantis Provinciam Gallicam, ſolitam à Conſule, vel Proconſule adminiſtrari: (prout eam rexit Cæſar per decennium) à reliqua Italia, immediata adminiſtratione Romanis obtemperante.

13. ARMATE QUISQUIS ES. Clara ſunt hæc verba, & itidem propria, tam Sanctioni Rubiconianæ, quàm materiæ in ea contentæ. Poſtquam enim admoniti fuerant nominatim ſpecies præcipuæ Ducum, & Officialium dirigentium exercitus, necnon militum, & militantium in eis, ne Rubiconis limitem hoſtiliter pertranſirent; cum jam nec eſſet neceſſe, nec expediret, longiorem texere catalogum, individuè memorantem ſingulas denominationes hominum arma tractantium, appoſita fuit particula hæc, *Armate quiſquis es*, illos omnes, & univerſos, iſta unica expreſſione generaliter complectendo. Ad quam univerſalitatem proſpexiſſe videtur Cicero, cum peroravit: *Armatos, eos verè poſſumus appellare, qui ſcutis, teliſque parati, ornatique ſunt* (45).

(45) Cicero pro Cecin. 296.

14. Proprium ſanè quarumcumque Legum fuit, eſt, eritque ſemper, poſt nominatas ſingulariter præcipuas res, & homines, eorumque ſpecies, ad ipſam Legem ſpectantes; aliquo demum verbo, clauſula, vel periodo generali ſummatim complecti quaslibet alias res, conſimiles, & homines, ad quos poſſit negotium ejuſdem Legis extendi. Sicque factum eſt in Sanctione Rubiconiana: ut innoteſceret, nullum, quocumque titulo, nomine, officio, munere, aut qualitate potiretur, excipi, quin teneretur obtemperare mandato in eadem expreſſo. Et itidem propriiſſimè dictum fuit, *Armate quiſquis es*, ut ſciretur, non impediri tranſitum Rubiconis militibus, quâ permeantibus, ſed qua hoſtiliter armatis, in Romanæ Reipublicæ detrimentum: quiſquis eſſet iſte miles, quocumque munere in bellicis actionibus fungeretur, ac qualicumque titulo, & nomine vocaretur.

15. Neque tu hic opponas, eccur in Sanctione Rubiconiana non fuerunt recenſiti cæteri Magiſtratus, ut

Digitized by Google

Proconſules, *Prætores*, *Tribuni* militum, *Præfecti*, *Centuriones &c?* Non,inquam, id opponas,quia eos nec erat neceſſe, nec reſpectivè proderat individue nominare: vel quia directè ad rem non petinebant; vel quia fuerant jam ſufficienter interpellati, tacitè, ſi non expreſsè. Ac quantum ad *Proconſules*, hi non mittebantur directè ad regendas Provincias,ſed illas tantum adibant,cum eo tempore, quo Romæ Conſulatum inibant, grave bellum in aliquâ Provinciâ imminebat: quam qui ex binis Conſulibus ſortiebatur, illuc proficiſcebatur, ut bellum ſtrenuè adminiſtraret.Si autem prorogato ei,poſt annum Conſulatus Imperio, in ipſamet Provincia remaneret, Proconſul appellabatur (49).

(46) Alex. ab. Alex. Genial. lib 2. cap.27.fol.248.

16. Sic & Prætores, ideò Provinciis præficiebantur,ut ibi populis jus dicerent: proprièque illorum officium juri dicundo Provincialibus directum erat: nec ſe rebus militaribus immiſcebant; niſi quatenus opportunitas ita depoſceret, ac deeſſet Conſul, qui bellum fortaſſe inſurgens adminiſtraret (47). Quod ſi expleto tempore Præturæ, officium eis prorogaretur, tunc Proprætores nuncupabantur. Hinc Sigonius: *Præpoſiti Provinciis ſunt Prætores, ut & Jus provincialibus dicerent, & ſi res cogeret, bellum adminiſtrarent &c. Quoniam verò in ipſis Provinciis ſæpè tumultus, & bella graviora excitabantur, quæ bella jam inde ab initio geri per Conſules erant ſolita; hinc etiam Provinciæ Conſulibus ordine ſunt commiſſæ. Quare duo potiſſimum ordinarij fuerunt Provinciarum rectores: Prætores, qui in prætura, & Conſules, qui graviore urgente bello, in conſulatu Provinciis præfuerunt. Qui ſi prorogato poſt præturam, aut conſulatum imperio in Provinciis remanſiſſent, Proprætotores ſunt, ac Proconſules appellati* (48).

(47) Idem. loc.cit. lib.2.cap.15.f.178.

17. Hinc evenit id, quod quandoque Cicero declamabat: *Quam multi anni ſunt cum bella à Proconſulibus, & Proprætoribus adminiſtrantur* (49). Hique ſanè non res bellicas adminiſtrabant ex officio, directè, ac ordi-

(48) Sigon. de antiq. jur. Provinc. lib. 2.cap. 1.f.266.

(49) Cicero de divin.124.6.

Digitized by Google

dinario munere; ſed occaſionaliter, indirectè, ac ſubſidiariè, ſupplentes deficientiam Conſulis, & Imperatoris militiæ, quibus ex officio incumbebat gerere bella. Quamobrem in Sanctione Rubiconiana non erant expreſſe interpellandi Proconſules, ac Prætores, quia munus illorum non tendebat principaliter ad negotia militaria. Et quamvis ſecundariò, ac ſuppletoriè ſe quandoque rebus talibus immiſcerent; jam ſatis erat contra illos quoque proviſum; quippè Proconſules ipſi, ac Prætores non poterant rationabiliter autumare, quod eis liceret legis tranſgreſſio, inhibita Conſulibus, & militum Imperatoribus: argumento à majori ad minus ducto, quod utique afficit in rebus ad Leges pertinentibus, & ſtatutis (50).

(50) Barboſ Tract. var. loc. 57 n.5.f. 307.

18. Quo pariter ad *Tribunos* militum, *Centuriones*, *& Præfectos* Cohortium, ac Turmarum; ecque neceſſitas aderat, eoſdem individualitèr exprimendi? Ac idem dic de *Primipilis*, *Anteſignanis*, *Decurionibus*, *Centurionibus*, *Ductoribus* ordinum, alarum *Directoribus*, & ſi qui alii erant peculiare nomen habentes alicujus ex minoribus Officiis militaribus. Profectò ſicut ſi nunc eſſet promulganda conſimilis Lex, non fieret longa, tædioſa, & ſuperflua enumeratio eorum, quos vocamus *Caporali*, *Sergenti*, *Brigadieri*, *Ajutanti*, *Colonelli*, *Forieri &c.* ſed eos omnes Lex complecteretur breviter ſub titulo *d'Officiali di guerra*; ſic & in Sanctione Rubiconiana, nec Legis, nec legislatorum gravitas depoſcebat, ut ſe ad minutiora miniſteria bellica inutiliter inclinaret: ſed ea, ſive ad equeſtrem, ſive ad pedeſtrem militiam pertinerent, ſufficientèr expreſſit collectivè, ac generalitèr memorando *Manipulàres Centuriæ, ac Turmæ Legionariæ*: atque dicendo, *Armate quiſquis es*.

19. Nec itidem, ex eo quod ipſamet Sanctio præcipit, & mandat militibus, ac Tyronibus, tu eam carpas inſulſe, dicens cum Antonio Auguſtino: *Quis militibus*

tibus, *& Tyronibus imperavit*? Nimium enim hallucinaris, hoc in dubium revocando. Quandoquidem certiſſimè Senatus, Populuſque Romanus, & qui Romanas Leges condebant, militibus poterant præcipere, ac præcipiebant. Nullà profectò in Romana Republica erat *civilis* dignitas major *Conſulatu*: de quo Cicero: *Honorum populi finis eſt Conſulatus* (51): Et tamen Romanæ Leges Conſulibus præcipiebant: ut ex antiqua tabula conſtat per Sigonium relata (52). Quinimo inter alias libertatis ſpecies, hæc una erat, quod Romani cives poſſent ſe adverſus nimium Magiſtratuum, & Conſulum imperium, Legibus communire (53).

(51) Cicero pro Planco 271.6.

(52) Sigon. de antiq. Jur. Civ. Rom. lib. 2 cap. 15. fol. 103.

(53) Idem loc. cit. lib. 1 cap. 6. §. Tertium f. 26.

20. Item inter dignitates *militares*, major omnium erat *Imperatoria* militiæ: & tamen Romanæ Leges præcipiebant Imperatoribus. *Unde Cato Legem promulgavit de Imperio Lentuli abrogando* (54). Ac Tullius quandoque declamavit: *Inpoſterum hæc Lex Imperatoribus veſtris conſtituetur* (55). Quam ingens quoque *Dictatoris* eſſet dignitas innoteſcit (56). Et tamen huic quoque, ut & aliis Magiſtratibus Romana jura imperabant. Vide Legem Serviliam, atque Corneliam, invenieſque in eis dictum: *Prætor ex hac Lege quæret &c. qui Conſules, Prætores, Dictatores, Magiſtri equitum, aut in alio Magiſtratu pecuniam ab aliquo privato abſtulerint, ceperint, cogerint* (57). Si ergo ii, quorum erat Leges Romanas condere, præcipiebant Conſulibus, Imperatoribus militiæ, Dictatoribus, Magiſtris equitum, Prætoribus, & quibuſcumque Magiſtratibus; numquid præcipere non poterant militibus, ac Tyronibus? Qui dubitat de hac poteſtate, non ſapit, ſed deſipit: non juſte loquitur, ſed inſanit.

(54) Cicero ad Quint. Fratr. 304. a.

(55) Idem Cicero in Rullum 75 a.

(56) Alex. ab Alex. Genial. lib. 4. cap. 23 f. 592.

(57) Sigon. de Judiciis lib. 2. cap. 24. f. 421. & 423.

21. HIC SISTITO, VEXILLUM SINITO. Propriiſſimè, ac optimè Sanctio Rubiconiana præcipit, ut & belli præſides, & milites, cum ad Rubiconem pervenerint, pedem ſiſtant, vexillum ſinant, & arma deponant. Quippe uſque *illuc*, Adminiſtratores Galliæ, illiusque

que milites, & bellatores omnes poterant ſignis elatis arma tractare, tamquam exiſtentes intra fines ſuæ Provinciæ. Non verò id poterant extra, ſeù trans illum fluvium, tamquam limitaneum ipſiuſmet Provinciæ. At Cæſar Galliam adminiſtrans, tam ira concitatus, quam propria percitus ambitione, ſprevit obſervantiam talis limitis, illum audacter cum ſuis Copiis hoſtilibus tranſgrediendo: facienſque oppoſitum ejus, quod verba recenſitæ Legis inhibebant. Hinc Lucanus

Cæſar ut adverſam ſuperato gurgite ripam,
Attigit, Heſperiæ vetitis & conſtitit arvis,
Hic, ait, hic pacem, temerataque jura relinquo &c.
Tollite jam pridem victricia tollite ſigna:
Viribus utendum eſt (58).

22. Hæc quoad ſubſtantiam. Quo verò ad elocutionem, propriiſſimè dicitur, *hic ſiſtito, vexillum ſinito*, legislatoria equidem euphonia. Nam Leges, & Sanctiones publicas antiqui Romani promulgabant, adhibitis verbis modo imperativo tempore futuro exaratis: prout ex earum fragminibus conſtat per Antiquarios recenſitis (59). Audi Leges duodecim Tabularum: de quarum dignitate inquit Cicero: *Fremant omnes licet (dicam quod ſentio) bibliothecas me hercule omnium Philoſophorum unus mihi videtur* 12. *Tabularum libellus, ſi quis Legum fontes, & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare* (60). Leges inquam, ipſæ ita loquuntur. *Juſta imperia ſunto, iiſque cives modeſte, ac ſine recuſatione parento &c. Conſules militiæ ſummum jus habento &c. Salus populi ſuprema Lex eſto. Eundem magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito. Civitatem annali Lege ſervanto &c.* (16).

23. Audi pariter Leges Pontificales: *Ad Divos adeunto caſtè &c. Prodigia, portenta ad Etruſcos, & Aruſpices, ſi Senatus juſſerit, deferunto &c. Deorum Manium jura ſancta ſunto. Hos læto dato divos habento &c.*

(58) Lucan. Pharſal. lib. 1. fol. 20. & 24.

(59) Gruter. inſcript. Roman. f. 202. 203 &c. 504. 507. 509 510. Reines antiq. inſcript. claſ. 7. n. 2. & 10.

(60) Cicero de Orator. libr. 1.

(61) Idem Cicero de Legib. lib. 3.

Digitized by Google

&c. (62). Audi denique Leges Augurales: *Interpretes Jovis optimi maximi publici Augures ſignis, & auſpiciis poſtea vidento, diſciplinam tenunto. Sacerdoteſque vineta, virgetaque, & ſalicta publica auguranto: quique agent rem belli, quique populare auſpicium præmonento &c. divorumque iras prævidento, cęlique fulgura regionibus ratis denotanto: Urbeſque, & templa, & agros liberata, & effata habento: quæque Augures injuſta, nefaſta, vitioſa, dira dixerint, irrita, infectaque ſunto: quique non paruerit capitale eſto* (63).

24. Vide quoque ſi placet fragmenta Legis Thoriæ ac in ea invenies voces *facito, faciunto, liceto, deicito, decernito, jourato*, (64). Similia verba imperativo modo tempore futuro ſcripta reperies in Legibus Peducea, Alliena, Flavia: Item in Lege lata favore Thermenſium majorum Piſidiæ, qui Romanis faverunt in bello Mitridatico (65): pluribuſque in aliis conſimilibus Legibus, decretis, & Senatus conſultis: ut intelligas, hanc fuiſſe formam tunc iuconcuſſe obſervatam. Et ex hac forma loquendi cognoſces, quam propriè, & legislatoria methodo, etiam Sanctio Rubiconiana concepta fuerit verbis imperativo modo tempore futuro dictatis. Verum nè præſens Caput, ulterius progrediendo, nimium creſcat, oportet jam quieſcere aliquantisper, ut deindè avidior curſus calamo reparetur.

(62) Inſerit Cicero de legib. lib. 2.

(63) Alex. ab Alex. Genial. lib. 5. cap. 19. f. 743.

(64) Sigon de antiq. jur. Ital. lib. 2. cap. 2. poſt f. 176.

(65) Idem eod. loco f. 181. & de antiq. jur. Provinc. lib. 1. cap. 10 f. 254.

CA-

CAPUT XXVI.

Examinantur cætera verba Sanctionis Rubiconianæ, pro ipſius ingenuitate tuenda.

SUMMARIUM.

1. V*Erba*, Nec citra hunc amnem &c. *propriiſſimè dicta ſunt in Sanctione Rubiconiana*.
2. Amnis, & flumen, *in quo differant? Rubico eſt potius Amnis, quam flumen*.
3. *Lex non complectitur quod non exprimit: nec voluiſſe cenſetur quod non explicavit*.
4. *In Legibus Romanis exprimebantur quædam pluribus verbis, quæ potuiſſent paucioribus*.
5. *Ideò etiam Sanctio Rubiconiana plures actiones, res, & perſonas nominavit, quæ &c.*
6. *Sine* ſignis, *&* armis, *hoſtilitates bellicæ non valent exerceri*.
7. Ductus *quid ſignificet? Complectitur traductionem etiam parvi agminis*.
8. Commeatus *traductio eſt initium hoſtilitatis, & præparatio ad bellum*.
9. Exercitum traducere *phraſis eſt optima, propria, & adaptata Sanctioni*.
10. *Lex debet vocare prævaricatores in culpam, ut promereantur pœnam*.
11. Si quis adverſus &c. *His verbis Rubiconiana Sanctio convenit cum aliis Legibus*.
12. *Adducitur Lex concepta verbis identicis, & præciſis ejuſdem periodi*.
13. *Pœna indicenda eſt Legum tranſgreſſoribus, ut illis debitam exhibeant reverentiam*.

14. *Romani binæ ſpeciei pœnis utebantur*, Commonitionis, & Animadverſionis.
15 *Gravior pœna erat, quod quis adjudicaretur hoſtis Populi Romani: hæcque pœna Cæſarem terrefecit.*
16. *Tranſitus hoſtilis Rubiconis æquatus fuit crimini ferendi arma contra patriam, & aſportandi Penates.*
17. *Plura de Penatibus recenſentur: graveque crimen erat eos aliò transferre.*
18. *Patriam oppugnare immane facinus eſt: quod Cæſar à ſe excutere ſatagebat.*
19. *Proteſtatione contra factum volebat videri Romæ defenſor, & erat oppreſſor.*
20. *Sequaces Cæſaris ſpoponderunt ſe promptos ad omnia per fas, & nefas ejus nutu aggredienda.*
21 *Culpa, & pœna relata per Sanctionem Rubiconianam eſt commenſurata dictæ ſponſioni ſequacium Cæſaris.*

RESumenti examen Sanctionis Rubicónianæ poſt verba jam ſuperius expenſa, præſto ſunt ea, quæ ſequuntur. NEC CITRA HUNC AMNEM RUBICONEM. Et quantum ad ly *citra*, hoc adverbium egregiè proprietatem ſermonis exhibet. Nam Senatui, Populoque Romano, Sanctionis præfatæ Legislatori, & in alma Urbe reſidenti, occurrebant, non ultra, ſed *citra* Rubiconem, omnes, & quicumque aliundè venientes ex Gallia Ciſalpina, eundem fluvium, ipſiuſmet Provinciæ terminum pertranſibant. Ly pariter *hunc*, propriiſſimè poſitum fuit, ad indicandum, quod Sanctio, nedum Romæ lata, & ſtatuta fuerat; verum etiam in ſcriptis apud Rubiconem extitit promulgata: & ibi columellæ, ſeù tabulæ marmoreæ ſcalpro artificis inſculpta; ut omnibus patens, ac nulli remaneret ignota. Quæ localis, ac topica promulgatio, ſi facta non fuiſſet, ſuperflueret eadem dictio, *hunc*: neceſſaria verò fuit, poſita promulgatione præfata (1).

2. Propriè itidem, ac propriiſſimè, dicit *Amnem*, non

(1) Vide ſupra cap. 23. an. 1. ad 17.

non flumen. Quamvis enim Amnis dicatur quoque de fluminibus, etiam peramplis: (unde Ovidius papyriferum Amnem vocavit *Nilum* (2): Silius Italicus Phaetontium Amnem dixit *Padum* (3): Virgilius vadoſum Amnem appellavit *Vulturnum* (4): Baptiſta Mantuanus pruinoſum Amnem denominavit *Iſtrum*: ac *Tiberim* Amnem amænum; attamen ſtrictè loquendo *flumen* eſt illud, quod jugiter, & ſemper copioſis afluit aquis: *Amnis* verò qui regularitèr minus uberem exhibet aquarum curſum; tametſi quandoque immaniſſimum quoque ducat. Rubico autem eſt potius Amnis, quam flumen ingentis curſus quotidiani: & nomine *Amnis* denotatus fuit etiam à Plutarcho vicino illis temporibus (5): nec non à Lucano accinente: Cæſar ingentes motus animo

Cæperat: ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas &c.
Inde moras ſolvit belli, tumidumque per Amnem.
Signa movet propere (6).

Conſonat his Baptiſta Mantuanus,

Venerat alpini parvum Rubiconis ad Amnem.

3. NEC SIGNA, ARMA, DUCTUM, COMMEATUM, EXERCITUMVE TRADUCITO. Hic nota, poſt expreſſas plures ſpecies præſidentium, & reſpectivè dantium operam rebus bellicis, enumerari quoque varia genera rerum, & actionum, ad militaria opera pertinentium: quæ ſub uno, vel altero verbo, breviori denique recenſione potuiſſent exponi: ſciaſque idcircò univerſa hæc fuiſſe nominatim, & individuis dictionibus explicata, ut effugium omne adimeretur eluſoribus Legis, autumantibus, illam non extendi ad res, actiones & perſonas, tacitè, vel expreſsè in eadem Lege minimè recenſitas: quatenùs Lex, quas intendit complecti, debet etiam ſufficientèr exprimere (7). Nec voluiſſe præſumitur id, quod reticuit, cum facile poſſet explicare (8).

4. Adde, ſic tuliſſe morem in olitum Legum Romanarum, in quibus conſueverant exprimi ſpecifice, ac

(2) Ovid. de Triſt. lib. 13 eleg. 10. 6.
(3) Silius Ital. lib. 7. 30.
(4) Virgil. Æneid. lib. 7.
(5) Vide ſupr. cap. 1. n. 12.
(6) Lucan. Pharſal. lib. 1. ſ. 18. & 19.
(7) Vide Barboſ. Tract. var. Axiom. 136. n. 5.
(8) Menoch. Conſil. 31. n. 8 Barboſ. loc. cit. n. 6.

gulariter,etiam res,perſonas,atque actiones,quę ſub una, vel altera dictione proponi potuiſſent. Hinc Lex *Julia* de peculatu: *Qui ex pecunia ſacra, religioſa abſtulerit, interceperit, in ſuam rem verterit, aut quo quis auferat, intercipiat, vel in ſuam rem vertat, fecerit &c.* (9). Item Lex *Pompeia* de Parricidis: *Qui Patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, ſororem, patruelem, matruelam, patruum, avunculum, amitam, materteram, conſubrinum, conſubrinam, uxorem, virum, generum, ſocrum, vitricum, novercam, privignum, privignam, patronum, patronam, occiderit* (10). Similiter Lex *Cornelia* de falſo: *Qui teſtamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, ſubjecerit, reſignaverit: Quique teſtamentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit &c.* (11)

(9) Sigon. de Judiciis lib. 2. cap. 28. f. 427.

(10) Idem loc. cit. cap. 31. f. 440.

(11) Ipſemet Sigon. ubi ſupra. cap. 32. f. 441.

5. Vide igitur quam benè, quam providè, quam propriè Sanctio quoque Rubiconiana concepta reperitur ad normam legislatoriæ locutionis conſuetæ à Quiritibus adhibèri, exprimendo individue Conſules, Imperatores militium, Commilitores, Tyrones, & Manipulares Centuriarum, atque Turmarum: quibus complexa eſt opportunè omnes perſonas dantes operam bellò: Et quoad res, & actiones, præſcribendo, ut *gradum ſiſterent, vexillum ſinerent*: nec *ſigna, arma, ductum, commeatum, exercitumve traducerent* hoſtiliter trans Rubiconem. Quæ omnia vocibus individualibus explicavit, ne pateret eluſio Legis perſonis, rebus, & actionibus non peculariter, vel ſufficienter nominatis, tamquam non pertinentibus ad eandem Sanctionem.

6. SIGNA, & ARMA. Verba notiſſima ſunt: ideo expreſſa in ſæpefata Sanctione, quia ſine his adminiculis hoſtilitates bellicæ non exercentur. Unde providè, juſtè, ac integra proprietate, utriuſque hujus rei traductio trans Rubiconem fuit inhibita machinantibus inſidias, conatus, & aggreſſiones militares contra Romanam Rempublicam, ad ejus opprimendam libertatem,

& au-

& auctoritatem. Quia tametſi nil ei nocere poſſent Signa, & Vexilla bellica ſine Armis, ac Arma quoque minime profeciſſent ſine Signis, bellatores, & milites dirigentibus; attamèn conjuncta, oppreſſionem præfatam producere apta erant: & idcircò in Sanctione fuerunt inſimul memorata.

7. DUCTUM. Dictio eſt profluens à ducto ductas, quod eſt frequentativum ducendi (12): & opportune applicatur bellicis actionibus, ut eſt ductare exercitum apud Quintilianum (13). Quo ſenſu & Flavius Joſeph dixit: *heri & nudius tertius, Alexandri Magni Ductu Macedonibus Pamphylium mare ceſſit* (14). Sic & Cicero quandoque peroravit: *Omnes vires civitatis ſe ad Pompeii ductum applicuerunt* (15). De *ductu* alia vide apud Lipſium (16). Nos libenter, ſi fas eſſet, opinaremur, *ductum* in hoc loco denotare non regimen pleni exercitus, vel integræ Legionis, aut Cohortis, ſed potius qualemcumque coadunationem, & manipulum etiam tenuis hominum numeri, & parvi agminis directionem: quod Italicè diceremus, *la condotta d'una brigata, d'una frotta, d'uno ſtuolo, d'una radunata d'homini armati*. Taliter ut nedum traductio Legionum, Cohortum, Centuriarum, atque Turmarum integrarum, verum etiam quælibet alia collectio, conventicula, & conſortium hominum armatorum, (tametſi parvum agmen, ac modicum Ductum componentium) prohiberetur.

8. COMMEATUM. Hæc dictio id latinè ſignificat, quod Italicè dicitur, *la munitione da guerra, e la vettovaglia* (17). Mentionem ejus facit Cæſar de bello civili (18): & in antiquis quoque Inſcriptionibus memoratur (19). Juvareque hoſtes Populi Romani commeatu inhibuit Lex Julia (20). Profectò noſtra ætate quoque cum inter principes inſtat bellum, inhibita intelligitur traductio commeatus ad hoſtes. Et quia ſine commeatu vis hoſtilis inferri non poteſt, bellica ſaltem, & per

(12) Nizol. Theſaur. ling. lat. V. Duco. f. 98.
(13) Quintil. libr. 8. cap. 3.
(14) Joſeph. Antiqu. judic. libr.
(15) Cicero Epiſt. 43.
(16) Lipſius de Milit. Roman. lib. 2. dial. 2. f. 92.
(17) Nizol. Theſ. ling. latin V. Commeo
(18) Cæſar. de Bell. Civil. lib. 2.
(19) Gruter. Inſcript. Roman. f. 172. n. 14.
(20) Sigon de judiciis lib. 2. cap. 29. f. 429.

per tempus aliquod duratura (quippe illo deſtituta militia diù ſubſiſtere non valet) ideo bene traductio quoque commeatus in Sanctione Rubiconiana inhibita fuit, tum ex hoc capite: tum etiam ex eo , quod commeatus traductio eſt initium hoſtilitatis , & præparatio ad imminens bellum . Ut ſic innoteſceret , omnibus inſidiantibus Romanæ Reipublicæ , nedum interdici bellum , ſed etiam præparationem ad illud .

9. EXERCITUMVE TRADUCITO . Nominat *Exercitum*, ut poſt expreſſas partes illum componentes, totum quoque ipſius exprimat corpus. Et equidem bene, ac admodum propriè dicit , non ducito , ſed *traducito*. Quia licet ducere exercitum ſit phraſis optima , qua uſi ſunt Cicero (21), Cæſar (22),Quintilianus (23),& alii ; attamen ſtricta proprietas elocutionis popoſcit , ut in Sanctione Rubiconiana ſcriberetur *traducito* : quandoquidem agebatur de culpa,& pœna incurrenda propter tranſductionem armatorum ultra Rubiconem contra RomanamRempublicam, Eo modo,quo & propter tranſductionem agminum de loco ad locum , uſus eſt Cicero phraſe *tranſportandi* exercitum in aliam Provinciam (24) ; & Quintilianus phraſe ſimili *transferendi* exercitum in Africam (25) .

(21) Cicero In Catilin. 36.
(22) Cæſar de Bell. Gallic. 39.
(23) Quintilian. lib. 2. cap. 16.
(24) Cicero in L. Piſon. 37.
(25) Quintilian. lib. 3. cap. 8.

10. SI QUIS HUJUSCE JUSSIONIS ERGO ADVERSUS JERIT, FECERITVE. Hæc periodus,clara eſt juxta verbalem ſonum : & eo tendit,ut in culpam conſtituat Sanctionis hujuſmodi tranſgreſſores . Quælibet namque Lex bene concepta , debet continere verba , vocantia illius prævaricatores in culpam , ut exinde pœna condigna plecti promereantur . Id autem fecit Sanctio Rubiconiana per verba , quæ nunc expendimus: & equidem bene , ac propria, & legislatoria forma, vetuſtis illis temporibus frequentata . *Si quis hujuſce juſſionis ergo* : ideſt ſi quis audita hujuſmodi Sanctione , Conſonat Cicero : *Si quid contra alias Leges , & ejus Legis ergo factum ſit* (26) . Sequitur , Sanctio *adverſus jerit*

(26) Cicero ad Attic. 95. 6.

jerit, *fecceritve*, ideſt proceſſerit, vel fecerit contra illam. *Ire adverſum*, phraſis eſt bona (27): ut ire in ſcelus: unde Ovidius: *furtis in ſcelus iſſe pudet* (28). Item adverſus legem, ideſt contra legem: quo ſenſu Tullius: *pecuniæ conciliatæ adverſus Leges, adverſum Rempublicam* (29).

11. Similia profectò verba ſolebant in antiquis Legibus adhiberi. Et ita cautum reperitur: *Si quis adverſus ea quid fecerit, & adverſus ea ſepſerit &c. Si is adverſus hanc Legem &c.* (30). Sic in Lege Alliena, nec non in Flavia, dicitur: *Si quis adverſus ea quid fecerit* (31). Et in Lege Thermenſium favore lata, decernitur: *Adverſus hanc Legem non fiat* (32). Ubi ergo Sanctio Rubiconiana ſtatuit, *ſi quis hujuſce juſſionis ergo adverſus jerit, fecceritve*; tametſi videatur uti locutionis forma minime purgata, ſivè parvum eleganti, attamen vitio caret; quia loquitur ea dicendi methodo, quæ uſitata erat ævo illo, & conſentaneè ad ea; quæ mox de aliis Legibus relata ſunt.

12. Utque magis certus fias, quod hæc eadem periodus Rubiconianæ Sanctionis antiquis illis temporibus erat propria, & uſualis in Legibus, placeat ipſam audire identicis, totidemque præciſe verbis expreſſam tempore Veſpaſiani Cæſaris in Lege, parapegmati æneo inſculpta, quam referunt Panuinius, Gualterius, & Jucundus, ita loquente, *Si quis hujus Legis ergo adverſus Leges rogationes, Plebiſve ſcita, Senatuſve conſulta, fecerit &c.* (33) Vide igitur quam benè, quam propriè, quam adaptata locutione, atque legislatória forma loquendi, ſæpefata Sanctio Rubiconiana concepta eſt: ut hinc ſubverſa, propulſata, proſtrata, & exinanita remaneat omnis anſa dubitandi de illius ingenuitate, ac ſinceritate, ratione phraſis, ac methodi, qua proloquitur.

13. ADJUDICATUS ESTO HOSTIS P. R. Ideſt, *ſit iudicatus hoſtis Populi Romani*: nempè habea-

(27) Nizol. Theſ. ling. lat. V. Eo, is. f. 1033.

(28) Ovid. Faſtor. lib. 6. 106.

(29) Theſaur. Ciceron. V. Adverſum.

(30) Reineſ. Inſcr. claſ. 7. n. 10. lin. 9. & 13.

(31) Sigon. de Antiq. Jur. Ital. lib. 2. cap. 2. f. 181.

(32) Idem de Antiq. jur. Provinc. lib. 1. cap. 10. f. 254.

(33) Panuin. in Rom Princ. lib. 1. in princip. Joan. Gualter. Chronic. par. 1. to. 3. f. 40. Joan. Jucund. Inſcript. fol. 2.

bea-

beatur ut judicatus, declaratus, & condemnatus pro tali, per ſententiam judicialem (34). Quorum ſanè verborum ſignificatio indicat pœnam, ab hujuſce Sanctionis prævaricatore quolibet incurrendam. Proprium ſiquidem Legum, & Legislatorum eſt, poſt culpam deſignatam, comminari quoque pœnam à tranſgreſſoribus incurrendam. Unde Cicero: *Prætores conſcripſerunt edictum cum pœna, atque judicio* (35). Neceſſariaque pœna eſt, delicto condigna, ut & Sanctionibus publicis obedientia, reverentiaque debita exhibeatur (36): & contemptores illarum impunè non valeant de propria temeritate gloriari (37).

14. Generalitèr autem loquendo, Romani binæ ſpeciei pœnas adhibere conſueverunt: nempè *Commonitionis*, & *Animadverſionis*: hæcque ſecunda gravior erat prima (38). Commonitionis pœna, pecunia, vel alia levi coercitione delinquentes plectebat. Animadverſionis verò, criminoſos puniebat graviori telo: *Ut metu pœnæ reliqui eadem noxa deterrerentur. Nam delictum, quo impunius, eo effrænatius fit: quia niſi fuerit vindicatum in noxios, propoſita impunitatis ſpes mortalium animos criminibus invitat* (39). Lex Julia C. Cæſaris, & aliæ quoque pœnam *interdicti aquæ, & ignis* comminabantur (40). Lex Cornelia pœnam *deportationis* in Inſulam, & publicationis bonorum omnium continebat (41). Lex Gabinia *Capitale* ſupplicium intimabat (42).

15. Verum ſeverior, & omnium graviſſima videtur fuiſſe pœna, qua quis adjudicabatur *hoſtis Populi Romani*. Meminit Cicero eorum, qui *ſuum Conſulem hoſtem judicarunt, ſeque ad ſalutem Reipublicæ defendendam contulerunt* (43). Sanctio Rubiconiana hujuſmodi adjudicationem denunciat: ac talis pœna Cæſarem terrefecit: dum Rubicone trajecto ſic eſt Patriam allocutus apud Lucanum.

Roma fave cœptis: non te furialibus armis

Per-

(34) Nizol. Theſ. ling. lat. V. Adjudico.

(35) Cicero de Offic. 68. a.

(36) Cap. Non fruſtra 23 qu. 5. cap. Ut Clericorum de vit. & honeſt. Cleric.

(37) Cap. cum in Eccleſiis de maior. & obed.

(38) Vide Sigon. de Judic. lib. 2. cap. 14. & lib. 3. cap. 16.

(39) Alex. ab Alex. Genial. lib. 3. cap. 1. f. 285.

(40) Sigon. de Judic. lib. 2. cap 29. f. 229. & ſeq.

(41) Idem loc. cit. cap. 30 f. 439.

(42) Idem ubi ſupr. cap. 29. f. 428.

(43) Cicero in Bruto lib. 11. 7. 5.

Digitized by Google

Perſequor: en adſum victor terraque, marique
Cæſar ubique tuus (liceat modo) nunc quoque miles.
Ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hoſtem &c.
Nam neque præda meis, neque regnum quæritur armis.
Detrahimus Dominos Urbi ſervire paratæ (44).

Nota verba illa, *qui me tibi fecerit hoſtem*: & vide, quam accuratè reſpondeant pœnæ in Sanctione Rubiconiana contentæ, *adjudicatus eſto hoſtis P. R.* Ut hinc quoque dignoſcas proprietatem elocutionis ipſiuſmet Sanctionis.

16. AC SI CONTRA PATRIAM ARMA TULERIT SACROSQUE PENATES E PENETRALIBUS ASPORTAVERIT. Hæc verba quoad ſenſum grammaticalem clara, quoad ſenſum ſignificativum, exprimunt acerbitatem, & gravitatem culpæ contrahendæ per eos, qui Rubiconem auderent hoſtilitèr pertranſire, coæquando iſtum reatum aliis duobus immanioribus delictis, quæ poſſent incurri: nempè arma ferre contra Patriam: & aſportare aliorſum ſacros Penates. Ly *ac ſi* denotat ſimilitudinem (45): & fictione juris accipit pro facto aliquid, quantumlibet revera factum non ſit (46). Sanctioque ſtatuit, ut hoſtilitèr tranſeuntes dictum fluvium, etiam ſi nihil aliud feciſſent, intelligerentur duorum præfatorum criminum rei, tam quoad culpam, quam quoad pœnam.

17. Antiqui; *Penates eſſe dixerunt per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus, inquit Macrobius* (47). Et de his Virgilius

Quem ſecum patrios aiunt portare Penates (48).

His gratum erat non aliò transferri: Et ideo Penates, quos Æneas Troiâ Lavinium advexit, & inde Aſcanius tranſtulit Albam; ex ſe ad ſacrarium priſtinum remeaſſe ferunt, ſeù fabulantur (49). Sed & magis cordi erat Antiquis, nè Dii eorum Penates extra patriam tranſportarentur: quorum è civitatibus abitio illas ſuperno patrocinio ſpoliabat, & facilitatem expugnatio-

X x   nibus

(44) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 19. & 25.

(45) Leg. ſi deferente ff. quibus mod. pignus &c.

(46) Gloſ. in Lege quamvis ff. de bon. auctor. Jud. poſſid.

(47) Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 4.

(48) Virgil. Æneid. libr. 4.

(49) Valer. Maxim. libr. 1 cap. 8.

Digitized by Google

nibus earum præbere cenſebatur. Unde Romani Duces obſidentes aliquam urbem, evocare ſolebant ipſius Penates, ut inde diſcedentes Romam abirent, ubi aras, ſacrificia, ſedes, ampli oremque cultum obtinuiſſent (50). Hos ergo aliò transferre immaniſſimum erat crimen. Et *Penates aſportare* bona phraſis eſt, conſona illi, qua Cicero dixit, *ſimulacrum avellendum, tranſportandumque curavit* (51).

18. Patriam quoque armis non oppugnare, ſed fortiter defendere, de jure naturæ eſt (52), atque de jure gentium (53). Et virorum, qui magna pietate, atque ſtrenuitate illam tuiti ſunt, immortalis eſt laus apud Hiſtoricos (54). Pro qua etiam generosè pugnandum eſſe uſque ad mortem, ſuggerit hiſce verbis Horatius: dulce, & decorum eſt pro patria mori (55). Immaniſſimum è contrario facinus eſt, illam armis oppugnare. Cæſar affectabat laudem defenſionis Patriæ. Ac ut opprobrium ſimul, & crimen atrociſſimum oppugnationis illius evitaret, ea protulit, quæ mox recenſita ſunt ex Lucano. Cujus commentator Hugo Grotius ad ea verba *Cæſar ubique tuus*, ejuſdem nomine profert: *Etiam nunc, cum videor arma contra te ferre; propugnator tamen tuus, defenſorque ſum.*

19. At hæc Cæſaris locutio erat proteſtatio contra factum. Volebat enim videri Romæ defenſor, & in illius perniciem arma movebat. Profitebatur, ſe non animo acquirendæ prædæ, nec ſibi regnum uſurpandi, bellare; ſed ſolo intuitu diruendi tyrannidem eorum, qui Romana in Republica principabantur; & ipſe ſubvertit omnia, publicam libertatem oppreſſit, & imperium ſibi monarchicum arrogavit. Nec ante Romam pervenit, quam Lælius, tum proprio, tum ſequacium ipſiuſmet Cæſaris nomine, ſe ad omnia facinora perpetranda, & ad quælibet piacula, ſimulque ſacrilegia, quæcumque demum atrocia, per fas, & nefas immanius aggredienda promptos eſſe, ac paratos ejuſdem nutu:

nullo

(50) Plin. lib. 28. cap. 2. Macrob. lib. 3. cap. 9.

(51) Cicer. in Verrem 71. & 98.

(52) Vide ſupr. cap. 22. n. 19.

(53) Leg. 1. §. jus gentium ff. de juſt. & iur.

(54) Valer. Maxim. lib. 5. cap. 6.

(55) Hugo Grotius in Lucan. lib. 1. f. 19. n. 9.

Digitized by Google

nullo facto diſcrimine inter civiles res, & bellicas; inter ſacras; atque profanas.

20. En verba Lucani, quo nemo melius de geſtis Cæſaris eſt, non minus hiſtoricè, quam poeticè modulatus: & ore Lælii ſic eſt eundem Cæſarem allocutus (56).

Si licet, exclamat, Romani maximè rector.
Nominis, & veras fas eſt exponere voces &c.
Juſſa ſequi tam poſſe mihi, quam velle neceſſe eſt.
Nec meus eſt civis, in quem tua claſſica Cæſar,
Audiero: per ſigna decem felicia caſtris,
Perque tuos juro quocumque ex hoſte triumphos;
Pectore ſi fratris gladium, juguloque parentis
Condere mè jubeas, plenaſque in viſcera partu
Conjugis; invita, peragam tamen omnia dextera.
Si ſpoliare Deos, ignemque immittere templis,
Numina miſcebit caſtrenſis flamma Monetæ &c.
Tu quoſcumque voles in planum effundere muros
His aries actus diſperget ſaxa lacertis.
Illa licet tolli penitus quam juſſeris Urbem,
Roma ſit. His cunctæ ſimul aſſenſere Cohortes.

21. Vide quam benè, tum culpa, tum pœna indicta in Sanctione Rubiconiana: & commenſurata criminibus, arma ſtringentium contra Patriam, atque aſportantium ſacros Penates; correſpondent facinoribus, ad quæ ſe promptos pollicebantur cum Cæſare ſectatores ipſius? Providè igitur, juſtè, atque accurata proprietate inſerta noſcuntur memoratæ Sanctioni verba, quæ perperdimus, ad deterrendum quemlibet ab immaniſſimo crimine hoſtilis tranſitus fluminis Rubiconis. Nam *qui in Deum, aut principem, parentes, aut patriam delinquit, ut qui patrios lares, focoſque, & Deos Penates, quique Deorum delubra, ſepulchra majorum prodere, phana peculari, parentes occidere non verentur, non vulgari pœna; ſed novis exemplorum modis afficiendos, Jura divina, & humana volvere* (57).

(56) Lucan. Pharſal. lib. 1. 625. &c.

(57) Alex ab Alex. Genial. lib. 3. cap. 5. l. 2 87.

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Perpenduntur ultima verba Sanctionis Rubiconianæ, ad ejus ingenuitatem oſtendendam.

SUMMARIUM.

1. P*Ræpoſitio* vè, *conjunctivè ſumpta, ſignificat* que, *ſeù et*.
2. Sanctio *in quo differat à Lege. Vox* Sanctio *inſcripta Legibus, eas innuebat eſſe quid ſacrum*.
3. *Quænam eſſent* Plebiſcita? *Sanctio Rubiconiana ſtatuta fuit in Comitiis, univerſo populo conſentiente*.
4. *Quid eſſent* Senatus conſulta? *In quibus Legibus exprimebatur vox Senatus conſulti?*
5. *Iterum de Plebiſcitis agitur, & Senatus conſultis: quid eſſent, & in quo differrent?*
6. *In Legibus condendis* Plebiſciti *auctoritas præibat auctoritati* Senatus conſulti.
7. *Summarium Sanctionis in ejus fine. Cur ibi dicitur* ultra hos fines, *ſi dictum fuerat*, citra *hunc amnem*?
8. *Ex his duobus adverbiis dignoſcitur, quam propriè Sanctio Rubiconiana concepta exiſtit*.
9. S. P. Q. R. *Monogramma erat Reipublicæ Romanæ Legibus apponendum*.
10. *Quæ ipſo Monogrammate obſignabantur, velut ſigillo, & nota legalitatis*.
11. *Vincentius Cæſenas reſpondet cuidam, qui Sanctionem Rubiconianam carpſerat*.
12. *Diluit & argumentum, quod non eſſet neceſſaria, quia id jam cautum erat aliis Legibus*.
13. *Subvertit & objectum, quod Cæſar non tranſierit à loco Sanctionis, nec eam legerit*.

Iden-

Digitized by Google

14. *Identitas Riconis cum antiquo Rubicone abundè probata remanet.*
15. *Sic & ſinceritas Rubiconianæ Sanctionis multimodè patefacta.*
16. *Hæc ſi legiſſent impugnatores Riconis, & Sanctionis præfatæ, diverſam ſententiam tenuiſſent.*
17. *Præſens Opus ſubjicitur inſignibus Eruditis, ut de contentis in eo judicium ferant.*
18. *Rogantur Eruditi, ut quæ dicta ſunt, benignè complectantur.*

ACcedens ad ſuum finem Sanctio Rubiconiana, exhibet has, quæ ſequuntur dictiones, SANCTIO PLEBISCI. SENATUSVE CONSULTI. Ideſt *Sanctio Plebiſciti, & Senatus conſulti*. Nam Ly *ve* adjectus dictioni *Senatus*, in hoc loco, & ſecundum ſubjectam materiam, eſt præpoſitio, ſeu particula, non disjunctiva, ſignificanſque, *vel*, ſive *aut*; ſed conjunctiva ſignificans et: ſæpius namque Romani antiqui ſcribebant *ve*, pro *que*, ſeù et: prout in eorum Legibus, decretis, & epitaphiis patet (1): Legiturque non ſemel apud Ciceronem(2): Ac ſignanter ubi declamavit, de Legibus loquendo: *Lex de actis Cæſaris &c. deve Dictaturà &c. deve Coloniis &c.* Et ita quoque pluries in legalibus hæc particula poſita reperitur (3). Imò in dubio ſemper ſumi ſolet pro copula (4).

2. SANCTIO. Hæc vox indicat denominationem, ſeu titulum, quo Juſſio præfata vocari debet: ut nempè non ſit dicenda Edictum, neque Conſtitutio, neque Decretum, vel Placitum, aut Præceptum; ſed *Sanctio*. Quamvis enim hæc omnia verba ſint velut ſynonyma, & ſignificativa Legis; habent attamen aliquam inter ſe diſtinctionem, & proprietatem, quæ faciunt unum ab altero aliquantulum diſcrepare. Ac propriè *Sanctio* vocatur *Lex cum terrore pœnæ* (5): taliſque proculdubio eſt illa, quæ penès Rubiconem patet

(1) Greter. in Judice cap. 19. verb. Ve.
(2) Vide Nizol. Theſaur. Ciceron. V. Ve.
(3) Leg. & ſi poſt tres ?. ſi quis caut. & leg. ſi quis ita ff. de iniuſ. rapt.
(4) Barboſ. tract. var. Diction. 414. n. 2.
(5) Vide Calep. V. Sanctio.

patet marmore inſculpta. In Legibus autem hujuſce ſpeciei ſolebat, vel in principio, vel in fine, exprimi hæc eadem vox *Sanctio*: prout videre eſt apud Janum Gruterum, Joannem Jucundum, & alios Antiquarios (6). Cujus vis erat, ut innueret, Legem ipſam eſſe quid ſacrum: Illoque perſpexit Cicero, dicens: *Sanctiones ſacratæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione Legis, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit conſecratur* (7).

(6) Gruter. Inſcript. Roman f. 508. & 509. Joan. Jucund. Inſcript. f. 2.

(7) Cicero pro Cornel. Balb. 61.

3. PLEBISCI. Ideſt Sanctio *Plebiſciti*. Erant Plebiſcita, inquit Sigonius, Leges illæ, *quas, ut ait Feſtus, plebs tributis Comitiis, ſine patribus, plebeio Magiſtratu, nimirum Tribuno plebis rogante, accepit: quibus tantum acceſſit roboris, ut quæ plebs ſciviſſet, ea omnes Quirites maximè poſt Legem, à Q. Hortenſio dictatore, paulo ante belli Tarentini tempora, latam, tenuerint* (8). Expreſſum igitur fuit in Sanctione Rubiconiana verbum *Plebiſciti*, ut innoteſceret, Legem illam, non fuiſſe clam, neque paucorum auctoritate latam; ſed in publicis Comitiis, & proponente Tribuno plebis, ac univerſo populo conſentiente, ſtatutam, & promulgatam. Ne arma tractantes illam attribuerent, prout fecit Cæſar, paucis Patriciis, quos velle Romæ, ac Romanis rebus pro eorum arbitrio dominari, exaggerabat apud Lucanum,

Detrahimus Dominos Urbi ſervire paratæ (9).

(8) Sigon. de Antiq. jur civ. Roman. lib. 1. cap. 5. f. 20.

(9) Lucan. Pharſal. lib. 1. f. 25.

4. SENATUSVE CONSULTI. Ideſt & *Senatus conſulti*. In Legibus, quæ promulgabantur ex Senatus conſulto, ſolebat exprimi, modò ſub initio, modò in medio, modò ſub finem, illius mentio: & hæc aut literis explicatis, *Senatus conſulti*: aut compendiariè notatis hac forma S. C. (10). Erant autem Senatus conſulta, ea, *quæ Senatus, Conſulibus maximè, aut Magiſtratibus illis, per quos haberi Senatus poterat, referentibus, decrevit. Quæ tanti ſemper in Republica ponderis, ac momenti fuerunt, ut merito partem magnam*

(10) Reineſ. Inſcript. Antiq Claſ. 7. n. 1. n. 4. n. 6. &c.

Ro-

Romani juris occuparint (11). Ideo autem in Sanctione Rubiconiana opus fuit mentionem fieri *Senatus conſulti*; ut ſciretur, eam non eſſe conſtitutam ex præpotentia, & facto paucorum in Republica prædominantium, ſed plena Patriciorum, Senatum componentium, deliberatione, ac decreto. Nedumque Plebiſcito, verum etiam Senatus conſulto, fuiſſe ſtatutam.

5. Sed dices, cur in Sanctione Rubiconiana prius memoratum fuit *Plebiſcitum*, quam *Senatus conſultum*? cum hoc potius, uti dignius, debuiſſet alteri, veluti minus digno præferri? Ecce ratio. *Erant Plebiſcita quæ rogatione tribunitia Legis condendæ cauſa plebs ſtatuebat*. Senatus verò conſulta propriè illa erant, quæ *Senatu jubente decernebantur ſine Lege &c.* Ac illa ſi plebis *tribuni probaſſent, & rata eſſe vellent, Legis vim obnuere* (12). Romani ergo *Leges vocaverunt rogationes, quas populus univerſus, Conſulibus, vel alio patritio rogante Magiſtratu, ut Dictatore, atque Interrege, centuriatis, aut curiatis Comitiis (unde etiam centuriatæ, & curiatæ dictæ ſunt) juſſit* (13).

6. Ex his itaque patet, quod in Legibus, & Sanctionibus publicis condendis, earumque urgenda obſervantia, præibat auctoritas *Plebiſciti* auctoritati *Senatus conſulti*. Quod connotaſſe videtur Cicero, cum protulit: *Tribunus plebis tulit ad plebem, vellent ne de ea rè quæri: quo plebiſcito decreta à Senatu eſt Conſuli quæſtio* (14). Bene igitur, proprie, ac imò propriiſſimè, in Sanctione Rubiconiana prius facta eſt mentio *Plebiſciti*, & poſtea *Senatus conſulti*, ut ſimul & debitus ordo ſervaretur, & univerſis pateret, Sanctionem ipſam eſſe ſacram, conſonis omnium votis conceptam, totius Romanæ Reipublicæ auctoritate ſtatutam, & promulgatam, vim denique habere Plebiſciti, & Senatus conſulti, exigentis inviolabilem obſervantiam.

7. ULTRA HOS FINES ARMA PROFERRE LICEAT NEMINI. Hæc verba gerunt vicem brevis reca-

(11) Sigonius loco mox citato n. 20.

(12) Alex. ab Alex. Genial. lib. 6. cap. 23. f. 995. &c.

(13) Carol. Sigonius ubi ſupra.

(14) Cicero de Finibus. 75.

Digitized by Google

recapitulationis, epilogi, anacephaleoſis, & ſummæ, ſæpefatæ Sanctionis: quem dicere poſſumus titulum, oculum, indicationem, ſummariumve illius; docens breviter, quid contineret. Iſtudque ſummarium, ſeu titulus, ætate noſtra ſolet ſupernotari Legibus, ante illarum initium; antiquitus vero exarabatur in fine. Argues tu vero: cur hic dicit *ultra* hos fines; cum ſupra dixerit, *citra* hunc amnem? En reſponſio. Verba illa *citra hunc amnem* pertinent ad ſubſtantiam Sanctionis: quæ cum fuerit lata Romæ, bene in Sanctione ſcriptum fuit, *citra* hunc amnem; quia tranſeuntes Rubiconem pedes ponebant *citra* illum fluvium, relativè ad condentes Legem Romæ: quippe qui Rubiconi erant ab Oriente, ut alibi notatum eſt (15).

(15) Vide ſupra cap. 26. n. 1.

8. At vero alia verba, *ultra hos fines*, non pertinent ad ſubſtantiam ipſius Sanctionis; ſed ad ejus titulum, & localem promulgationem, ſeu affixionem in margine Occidentali Rubiconis: quem qui tranſibant, ponebant pedes *ultra* illum, relativè ad marmor ſcriptum, continens ibi Legem præfatam. Ex qua diverſitate adverbiorum utrimque adhibitorum, *citra* in corpore ſubſtantiam Sanctionis continente: ac *ultra* in parte concernente ſolum illius titulum, & brevè ſum̃arium, ac promulgationem extraneam à ſubſtantia (quæ ſine ipſo ſum̃ario jam compleverat ſuam diſpoſitionem); bene diſcernitur optima proprietas, qua tota ſeries Sãctionis Rubicomianę cõcepta eſt.

9. S. P. Q. R. Ideſt *Senatus Populus que Romanus.* Hæ quatuor literæ, quæ erant veluti Monogramma, compendiariè continens nomen Reipublicæ Romanæ, ſolebant in Legibus, & Sanctionibus publicis exarari. Ac quidem apponi ut plurimum in fine, prout videre eſt apud Gruterum (16), & Reineſium (17). Interdum vero etiam in principio, uti legere eſt apud Joannem Jucundum, referentem binas Leges, alteram Appio Claudio, & Quinto Fabio; alteram verò Servio Fulvio Flacco, & Publio Calphurnio Piſone Conſulibus, promul-

(16) Gruter. Inſcript. Roman. f. 260. n. 4. f. 265. n. 1. f. 287. n. 1. &c.

(17) Reineſ. Inſcript. claſ. 3. n. 22. claſ. 4. n. 9. & alibi.

mulgatas (18). Quæ prætereà quatuor literæ apponebantur, etiam ubi alioquin jam reperirentur in corpore Sanctionis expreſſæ aliæ duæ P. R. ideſt *Populus Romanus* (19): eo prorſus modo, quo sè habet Sanctio Rubiconiana.

10. Operæ pretium verò erat Monagromma illud ſive quatuor illas literas in Legibus, & Sanctionibus publicis exarari, ut eſſent veluti taſſera, ſignum, nota legalitatis, & ſigillum, abbreviatis apicibus, ad modum ſphragidis continens nomen Romanæ Reipublicæ, ac poteſtatis, cujus auctoritate prodibant. Quo fortaſſe tetendit Cicero in ſua declamatione pro Flacco: *Lex tabulas obſignatas in publico poni vult* (20): ſic ut obſignatio fieret per præfati Monogrammatis impreſſionem. Et ex hinc quoque dignoſces, marmori Rubiconiano cuncta prorſus adeſſe requiſita, que nihilomninò deeſſe neceſſarium, per quod Sanctio in eo expreſſa ſculptoris arte, debeat rationabiliter genuina dici, & authentica judicari.

11. Placeat nunc & ſenſum Vincentii Cæſenatis audire, pro tuenda ſinceritate præfatæ Sanctionis contra quemdam, qui eandem carpſerat inurbane, inquientis: *Eſt argumentum contra veritatem Edicti, quoniam nullum Senatus conſultum imperat uni tantum Conſuli, ſed ambobus: & quoniam omiſit Proconſules, Prætores, Tribunos, Præfectos, Centuriones. Reſpondeo, vetaſſe Senatum Populumque Romanum nedum ambobus Conſulibus, ſed ſingulis, ne flumen tranſirent: ideoque in ſingulari numero cuique Conſuli vetare oportebat. At cur non prohibuit Proconſulibus, Prætoribus, & id genus aliis, dum Imperatori cuique probibuit* (21)? Et quidem optimè, ducto argumento à majori ad minus. Nam certè permiſſum non fuit Officialibus ſubalternis, vel minoris dignitatis, quod inhibitum fuit ſupremis, nempè Conſulibus, & Imperatoribus militum.

12. Proſequitur ut & aliud objectum diluat, ac

Y y pro-

(18) Ioan. Jocund. Antiq. Inſcript. f. 183.

(19) Gruter Inſcrpt. Roman. f. 255. n. 5.

(20) Cicero pro Flacco 150. à.

(21) Vincent. Cæſen. de Rubicon. antiq. ſect. 3. cap 8. f. 44.

proſternat. *Eſt ſecundum argumentum quia abſque illo Edicto, Legibus cautum erat, nè armatas è Provincia educerent copias. Eſto id eſſet. At ergo non erat incidenda Lex? Imò ergo incidenda ejus memoria in loco præſertim adeò opportuno. Illuc enim ſolum copiæ terreſtri itinerè tranſire poterant. Ex reliquis Provinciis, non niſi navibus. Reſpiciebatque inſuper tranſitus Galliam: cujus arma ſemper plurimi fecerunt Romani, adeoque non niſi magnis exercitibus petebantur; ut timerentur etiam juſto metu exercitus, qui inde revertebantur.* Vide hic adglomerata plura motiva, propter quæ aderat juſta cauſa promulgandi Sanctionem, ſeu Edictum Rubiconianum in loco, ubi adhuc patet marmore inſculptum.

13. Reſpondet itidem tertio argumento ſubdens: *At nemo Scriptor dicit, ejuſmodi Edictum à Cæſare conſpectum, & lectum. Sed neque nos dicimus, Cæſarem pertranſiſſe per locum, ubi erat Edictum, ſed infra verſus Mare. Neque etiam Scriptores ſingula memorant. Non eſt ergo, cur edictum, cui favet plurium ſæculorum antiquitas, (præſertim in Civitate, vel à Civitate minimè ambitioſa, quæ vulgare nomen Piſatelli in publicis Scripturis poſuit: cum in ejus arbitrio eſſet, ſtatuere, nè alio, quam Rubiconis nomine in illis appellaretur: cum præſertim ſupra Emiliam, extra territorium retineretur antiquum nomen, vel antiqui nominis magnum veſtigium)*; debeat in dubium rationabiliter revocari (22). Sed jam nos fuſius hæc, & alia Objecta ſubvertimus, quæ in poſterum conticeſcere oportebit, nec os loquax coram eruditis viris amplius aperire, niſi nova velint redargutione percelli.

(22) Idem Vincent. loco. citat.

14. Concludendo igitur præſentem lucubrationem, nè in majorem excreſcat molem, dicimus, quod *Identitas fluminis Riconis*, ſive Piſatelli, cum antiquo Cæſaris Rubicone; adeò firmiter probata eſt, non minus efficacibus rationibus, quam auctoritatibus Scripto-

rum

rum, & reſponſionibus ad omnes Objectiones, Mendacia, & Ineptias, quæ in oppoſitum propoſitæ, vel proponibiles ſunt; ut vix quidquam ulterius valeat deſiderari. Nec quiſquam in futurum poterit de hac veritate dubitare, niſi qui vel ſit inperſuaſibilis, incapax ve rationis; vel cui placeat abſque ullo pudore veritatem agnitam contumaciter impugnare. Cum talis autem qualitatis hominibus eſt ſuperfluum inſtituere ſermonem.

15. Quo verò ad *ſinceritatem Sanctionis* Rubiconianæ, jam itidem nedum ineluctabilibus argumentis, & auctoritatibus illam probavimus; verum etiam diluendo quidquid contra ingenuitatem ejus, ex quatuor diſtinctis capitibus valet excogitari. Nempè *Primò* ratione *ſubſtantiæ* in ea contentæ. *Secundò* ratione *modi*, quo fuit promulgata. *Tertiò* ratione *identitatis* marmoris, cui reperitur inſculpta. *Quartò* ratione *Styli*, *&* *Elocutionis*, qua compoſita eſt. Cumque favore ipſiuſmet Sanctionis perorent alta, & uniſona voce, veritas hiſtoriæ, ſubſtantia, modus, identitas, & elocutio præfatæ; nec non teſtimonia plurium Scriptorum, ac antiquitas multiplicum ſæculorum; quinimò & duarum penè chyliadum; neſcimus quid ultra poſſit deſiderari, ut pro authentica, & genuina debeat reputari?

16. Omnia iſta hic in unum conſerta, ſi legiſſent impugnatores *Identitatis* antiqui Rubiconis, cum fluvio Ricone, ſeù Piſatello; veroſimiliter, & ſeniori quidem conſilio, in contrariam ſententiam deſcendiſſent. Si pariter quæ de *Sanctione Rubiconiana* hic diximus, noviſſent, vel attentè perpendiſſent, Janus Gruterus, Antonius Auguſtinus, Philippus Cluverius &c. non ita facile, cauſaque indiſcuſſa, & non audita defenſione tam eximiæ memoriæ; iſtam inter ſuppoſititias Inſcriptiones amandaſſent, abſque redditione ſufficientis rationis adeò feſtinati, & inconſulti judicii: vel reſpectivè ſola inhæſione tenuiſſimis ratiunculis, quibus illam falſam, & barbara elocutione conceptam,

 Uni-

Digitized by Google

præcipiti ſententia perperàm pronunciarunt.

17. Univerſa verò, quæ hucuſque nos protulimus, tam de *Identitate Rubiconis* cum Ricone, quam de *ſinceritate Sanctionis* eidem flumini adpoſitæ, libentiſſime ſubjicimus purgatiſſimo inſignium Eruditorum judicio, quibus Orbis ſcientificus hodiè abundat: ut ipſi bene perpenſis rationibus, auctoritatibus, & motivis, quibus innititur ſermo noſter, sè sè judices conſtituant cauſæ, quam tuiti ſumus, & de illa ſuam proferant in ſenſu veritatis ſententiam. Inſignium, inquam, Eruditorum. Nam de hac rè dare non poterunt adequatum judicium ſcioli quique ſuperficiales, & levi tincti literatura: qui neſciant allegare probationes intenti ſui. Et equidem probationes adeò efficaces, ut conticeſcere faciant oppoſitum.

18. Poſtremò Eruditos omnes hæc lecturos, enixè rogamus, ut quidquid in præſenti labore literario ad elucidationem utriuſque nobiliſſimæ controverſiæ mox indicatæ, congeſſimus, grato animo excipiant, ac benigno complectantut, affectu. Ipſi excuſent, ſuppleant, emendent propria doctrina, ſi quid forte invenerint minus apte conſertum: ſuamque faciant clareſcere magnitudinem, non tam peritia, qua excellunt, quam humanitate, qua præſtant. Laudent denique Operantis propoſitum, optantis veritati deſervire; ſi eorum præconio dignum non judicabunt, Opus, quod hucuſque oculis perluſtrarunt: meliora ipſi daturi, ſi præſtantiora neceſſaria eſſe cognoſcent.

PRO-

Digitized by Google

PROSTHESIS.

De Flumine SAPI Cæſenæ proximo.

CAPUT XXVIII.

Agitur de Flumine *Sapi*, & de illius Prærogativis, ac de Portu Auguſtali ejuſdem.

SUMMARIUM.

1. *CÆſenæ adſtant hinc inde* Rubico, *&* Sapis, *duo flumina, unum alio præclarius.*
2. *Sena Strabonis eſt eadem ac Cæſena.* Sapis *oritur, ubi Tiberis, & Maricula.*
3. *Oppida, Caſtra, & loca Sapi propinqua: nec non Sarſina Plauti patria memorantur.*
4. *Alia Oppida, Caſtra, Turres &c. eidem flumini Sapi proximæ innuuntur.*
5. *Plures minores amnes recenſentur, augentes curſum fluminis Sapis.*
6. *Nobiliate affecit ejus undas Catena S. Vicinii Epiſcopi Sarſinæ, natans ſuper illas.*
7. *Item ejus tractum honorificarunt ſua frequentia S. Romualdus, & S. Petrus Damiani.*
8. *Nec non S. Rocchus, & Ven. Bartholomæus Cacciaguerra Capucinus.*
9. *Marmora elaborata, in planitie apud Sapim propè Sarſinam detecta, quid indicent?*
10. *Piſces quales nutriat Sapis, Valliculas hinc inde habet, atque colles fertiles.*
11. *A via Æmilia uſque ad mare findit vaſtam planitiem omnium frugum uberrimam.*

Sapis

12. *Sapis exhibet aquas multis, & magnis Piſtrinis, atque Lacunis maceratoriis.*

13. *Sapis eſt idem ac Iſapis. A Plinio memoratur. Et Lucanus de illo canit.*

14. *Auguſtus Portum in Oſtio Sapis conſtituit, ubi manebat Claſſis Imperialis ſuperi Maris.*

15. *Binas Claſſes nauticas habebant Imperatores, ad tuendum Orbem Romanum.*

16. *Oſtium Sapis faciebat Portum apud Ravennam in Oppido Claſſis. Et hoc unde ſit dictum?*

17. *Claſſis Oppidum ter fuit invaſum, & demum à Luitprando Rege Longobardorum devaſtatum.*

18. *Portus Sapis dictus amœniſſimus, & eminentiſſimus, ac à quibus cuſtodiendus, quando &c.*

19. *Ex mutatione Portus Sapis, moralitatem caducitatis rerum flavius Blondus deducit.*

20: *In Oſtio Portus Sapis, Turris erat, & Pharus omnium maximus, quos haberet Imperium.*

21. *Controverſia de finibus ad Sapim inter Cæſenates, & Ravennates, quando ſopita?*

22. *Sapis prope finem alveum mutavit. Olim etiam tranſibat ſub Ponte S. Martini.*

PEreffluunt hinc inde propè Cæſenam duo flumina *Sapis*, & *Rubico*: quorum unum eſt alio præclarius; & utrumque plenum fama, celebritate, atque honore. Locuti ſumus huc uſque de *Rubicone*, ab Orientali parte interluente agrum Cæſenatem. Nunc ſermonem aliquantulum habeamus de *Sapi*, ſeù *Iſapi*, lambente fere mænia ejuſdem civitatis à regione Occidentali. De ambobus equidem unà ſimul breviter Strabo facit mentionem, ubi memorat Cæſenam ſub nomine *Senæ*, Urbis primariæ Gallorum Senonum (1). Gradatim enim perambulans elocutione, à Placentia uſque ad Ariminum, ac enumerans loca intermedia, denique pronunciat: *Forum Cornelium, Faventia, Sena Iſapi flu-*

(1) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. in Appar. part. 1. & poſt libr. 4. f. 156.

fluvio, *&* *Rubiconi propinqua*. *Hæc proxima Arimino* (2).

2. Intermedia igitur civitatibus Faventiæ, atque Arimini, *Sena* eſt in ſenſu Strabonis. Inter utramque autem hanc civitatem nulla alia occurit Sena, quam Cæſena (3). Et ideò in recentiore impreſſione ipſiuſmet Geographi legitur: *Tunc Faventia*, *ac Cæſena ad Iſapin fluvium*, *&* *Rubiconem* (4). Iſapis autem eſt idem prorſus flumen, ac Sapis (5) ut eſt in confeſſo apud omnes Geographos (6). Oritur ab altiore jugo Apennini (7) haud procul ab Archipresbyterali Eccleſia S. Mariæ de Vineola Diœceſis Sarſinatenſis. Ubi pariter propinquam originem ſortiuntur, *Maricula*, ſive *Marecia*, flumen properans verſus Ariminum: & ſolemniſſimus Tiberis, interluens Romam. Quæ ſanè tria flumina tenue habere initium ſcias: ſed & memorare quod Seneca perorabat: *Aſpice Rhenum*, *aſpice Euphratem, omnes denique alios amnes: quid ſunt ſi illos illic, unde affluunt*, *æſtimes* (8)?

3: A ſua ſcatebra montana uſque ad mare Adriaticum Sapis ambulat 40. circiter mille paſſibus. Et per ejus decurſum, præter multa Caſtra, Vicos, Populationes, & Oppida hinc inde ſita ſuper adjacentibus montibus, ac per contiguas valles; propius ad ejus ripas occurrunt ordinatim, ab initio uſque ad finem, Oppidum *Balnei* populo affluens, ubi vena erumpit aquæ calidæ, ad ſanandos morbos arteticos, & habituales proficuæ. Item numeroſum Oppidum *S. Petri in Balneo*, crebris per hebdomadas nundinis frequentatum. Inde civitas antiquiſſima *Sarſinæ*, Romanorum Colonia, & Municipium: de cujus incolis, & obtemperantibus olim ei populis, Quirites ter ſolemniter triumpharunt, ut infra videbimus (9): & hac de ipſa rè jam alibi quoque diximus (10). Sequitur caſtrum *Sapigni*: alluſive ad quod Plautum dicitur cantitaſſe:

Sarſina mè genuit, *nimium propinqua Sapigno*.

Suc-

(2) Strabo Geograph. lib 5. juxta impreſſ. antiq.

(3) Vide ſupr. cap. 2. n. 4.

(4) Strabo loc. cit. juxt. impreſſion. Pariſienſ. ann. 1620.

(5) Paul. Merul. Coſmogr. par. 2. lib 4. cap. 11. f. 730.

(6) Ferrarius. Ortelius Baudrand. & alii Geograph. V. Iſapis & Sapis.

(7) Paul. Merul. & Philip. Ferrar. locis cit.

(8) Senec. de benefic. lib. 3. c. 29.

(9) Vide infra cap. 19 n. 17.

(10) Braſch. de famil. Cæſen cap. 28. n. 4.

Digitized by Google

4. Succedit Oppidum *Fori Saraceni*. Poſtmodum Vicus *S. Damiani*. Deinde locus *Riverſani*, ubi eminet alta turris, pluries hoſtilibus invaſionibus oppugnata. Ex hinc adeſt civitas *Cæſenæ*. A qua deinde uſque ad mare, (ubi ſe Sapis idem exonerat, inter Cerviam, & Ravennam) nullum eſt Oppidum, neque Caſtrum; vel aggregata hominum Populatio, ſive Vicus frequens incolis habitantibus unâ ſimul. At adſunt nonnullæ Turres campeſtres, tuitivæ commorantium per adjacentem territorii tractum. Ac potiſſime Turris, *del Moro* appellata, Emiliæ viæ adhærens, ac etiam nuncupata Turris Epiſcopi (11) haud longe ab alia magna Turri, quæ S. Mauri vocatur. Nec non adſunt plura palatia ruralia civium Cæſenatum, ad æſtivandum accommoda. Denique ſunt innumeræ domus ruſticæ, per vaſtam planitiem, illiuſque amplam extenſionem diſtributæ, atque ruriculis plenæ, ibidem toto anni tempore permanentibus, qui exercendæ terræ operam navant.

(11) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. lib. 13. f. 600.

5. Augent aquas fluminis Sapis plures minores amnes, atque torrentes, in illud perfluentes: hique præſertim ſunt *Para, Fanans, Anſsa Burtella, Borellus, Cæſaula, Cercla*: nec non alia fluenta, quæ collatis undis illum faciunt immodicè tumeſcere, ac præcipuè hyemali, & pluvioſo tempore. Qua ſane undarum aggregatione ſe non parum reddit infeſtum agro Cæſenati, per illud interſecato ab occidua urbis parte. Ad hocque præjudicium arvis contiguis perſæpè inferri ſolitum, proſpexit modulatio Muſæ Italicæ Franciſci Berlingherii, pro modo ſui temporis accinendo:

Poi vedi Cervia, e quel fiume ſonoro
Sapi vocato, e Savio hoggi ſi noma
Ch'inſieme ſeco il ſuo danno deploro (12).

(12) Franc. Berlingher. Geograf. cap. 4. lib. 3.

6. Nobilitate affecit aquas ipſius fluminis veneranda *Catena* ferrea, quam diù collo aligatam ſponte portavit, mortificationis, & pœnitentiæ intuitu *S. Vicinius Eremita*

mita

Digitized by Google

mita, & poſtea Epiſcopus Sarſinæ. Quam cum pius quidam latro quandoque clàm ſubripuiſſet, ut ad ſuam patriam devotionis ergò transferret; itinere aggreſſo tota quidem nocte perambulavit, ſed mane facto, ſe adhuc ad Pontem, Sarſinæ propinquum invenit: & ne furtum detegeretur, Catenam ipſam in idem flumen projecit, ut in illo demergeretur. Aſt è converſo Ferrum idem prodigiosè natavit, radios lucis cohærentèr emittens. Quo portento compunctus pius ille latrunculus, patratum facinus dolenter confeſſus eſt. Et Clerus Sarſinatenſis ipſam ſacram Reliquiam, è flumine reverenter detractam, ad Cathedralem Sarſinæ reportavit (13): ubi adhuc religiosè aſſervatur: quotannis die 28. Auguſti feſto S. Vicinii ſolemniter circumfertur, ægrisque imponitur, & energumenis potiſſimè redditur ſalutaris.

(13) Ex vita S. Vicinii Epiſc. Sarſin.

7. Honorificarunt quoque frequenter tractum hujuſmet fluminis *D. Romualdus Abbas* Camaldulenſis, ultrò, citròque pergens à patria ſua Ravenna ad Oppidum Vergareti, parùm ab ipſo Sapi diſtantis in diœceſi Sarſinatenſi: ubi apud Eccleſiam S. Michaelis Archangeli eremiticæ vitæ operam dedit (14), & adhuc in adnexa illi Eccleſia S. Alexii aſſervantur duæ parvæ molæ lapideæ, quibus fama eſſe eundem Sanctum fuiſſe ſolitum conterere fabas, & legumina, ſuum ad victum neceſſaria. Item *S. Petrus Damiani*, & ipſe Ravennas, Cardinalis, ac pridem Eremita, ultrò citròque progrediens à patria ad ſuam Eremum Ogri, ſitam in monte ipſiusmet nominis, ad initium fluminis Sapis, propè Plebanam Eccleſiam Vineolæ, prædictæ diœceſis Sarſinatenſis. De qua Eremo extat epiſtola S. Leonis Papæ IX. ſcripta præfato S. Petro, ubi ait inter cætera: *Eremum, quæ dicitur Ogri, in Saxeno videlicet territorio conſtitutam, tibi Petre Damiani Priori ejuſdem Eremi, tuiſque ſucceſſoribus adjudicamus* (15).

(14) Ex vita S. Romualdi.

(15) S. Leon. PP. 9. ep. 18. Labbe. tom. 9. Concil. f. 1001.

8. Denique *S. Rocchus* Gallus, Roma rediens diuturnè moratus eſt Cæſenæ (16), ibi ſerviens infirmis

(16) Ex vit. S. Rocchi Confeſ.

in Xenadochio:& habitabat, ut ferunt, in humili domo prope Pontem Sapis, ubi nunc eſt Eccleſia, ipſius Sancti nomini dedicata, cum Conventu Fratrum tertii Ordinis S. Franciſci. De quo Sancto viro, & ejus Eccleſia Hiſtoricus noſter (17). Sed & frequens iter habuit per latera hujuſmet fluminis Ven. *Bartholomæus* Capucinus, opinionem Sanctitatis adeptus apud ſuos: qui ex præclara familia de Cacciaguerris natus eſt, patricia Cæſenate(18), commorante verò ut plurimum in RiverſaniCaſtro, eidemque dominante ſub Comitatus titulo, donec prorſus defecit. Quod Caſtrum ſupereminet ipſimet flumini Sapi.

(17) Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 15. f. 713.

(18) Zachar. Bover. Annal. Capucin. to. 2. an. 1592.

9. Propè pontem Saxeum, olim ſubſiſtentem, nunc dirutum Sarſinæ, in loco, qui dicitur *Campo dei giovenchi*, parva quædam planities adeſt, Sapi conjuncta: ubi pluries inventæ fuerunt, & ſæpè adhuc deteguntur Statuæ marmoreæ, ac fragmina columnarum, toreumata, epiſtylia, intercolumnia, lapidariæ inſcriptiones, & alia nobilia profanæ antiquitatis emblemata, indicantia, ibidem Ethnicorum tempore fuiſſe vaſtum aliquod ædificium, deorumve delubrum, aut ſepulchra Magnatum, ſeù alia monumenta conſpicua, jam deſolata, & obruta terræ: quæ proculdubio ſine ingenti ſumptu ab initio elaborari non potuerunt, illucque transferri, & collocari. Decus verò inferunt flumini Sapi, crepidinem ejuſdem planitiei lambenti; & abſumendo terram, antiquitatis illa rudera detegenti (19). Tametſi etenim ignoretur, à quo, quando, & ad quid marmora illa fuerint ibi locata; magnificentia tamen ipſorum patefacit, ad illuſtre aliquod opus, aut opera pertinuiſſe, quæ ſicut loco, ſic & adiacenti quoque flumini prærogativam honoris, & notam conferunt dignitatis (20).

(19) Braſch. de Ænil. Cæſenat. cap. 28. n. 7.

(20) Vid. Philip. Antoninus antiquit. Sarſin.

10. Ab exordio, uſque ad finem, aquæ Sapis producunt, nutriuntque piſces plurium ſpecierum, ac ſignanter Mullos, & Anguillas grati ſaporis: Nec non ali-

alicubi Tructas,dapſiles epulas convivantium. Sed & ipſæmet aquæ temporibus æſtivis proficuæ ſunt illis,

Candida, qui in nitido flumine membra rigant (21). (21) Pontanus.

Valliculæ item hinc inde illi adjacentes, ac montes, & colles,inter quos decurrit, à ſua ſcatebra uſque ad Cæſenam, arboribus, & herbis conſitæ ſunt: & pro diverſitate locorum vitibus, atque oleis, ligniſque pomiferis abundant,& ſegetes producunt optimæ qualitatis. Adſunt & opaci receſſus ad venationes idonei, & arva paſcuis opportuna. Denique locis in pleriſque

Sunt juga gratorum nemorum, & viridantia ripis.

Nec non montes, & colles adſunt, fodinas ſulphuris exhibentes.

11. Tranſgreſſa poſtmodum Via Æmilia,quæ interſecat civitatem Cæſenæ; Sapis uſque ad mare, per duodecim circiter mille paſſus itineris vaſtam findit,& frondoſam, uberrimamque planitiem, tam obtutui gratam, & amænam, quam omnium terræ frugum feracem, frumenti, vini, mellis, canabis, lini, hordei, fabæ, cunctorum denique cerealium proventuum. In montana parte alicubi flumen iſtud per ſuum decurſum, ditionem Pontificiam diſterminat à Florentina: & alibi provinciam Romandiolæ ſejungit ab Urbinate. Sed & ubi vergit ad finem, poſt diviſum Cæſenatem agrum à Ravennate, ſucceſſive ſejungit Ravennate ipſum à Cervienſi. Sed prius lambit vallem S. Victoris, productricem optimi vini. De quaTheophilus Folengus, ſub nomine Merlini Cocaii, accinens, cuidam ſolemni convivio adfuiſſe dulciſſima vina, ſubjungit:

Hic mancum Cæſena tuæ vindemia Vallis abfuit.

12. Denique Sapis miniſtrat aquas innumeris lacunis, macerando lino, & canabi deputatis. Nec non permultis ædificiis hydraulicis,ad pannos cōtundendos, & ad triticum proterendum erectis. Ac talibus equidem ædificiis, ut inter Moletrinas plurimæ adſint, binas, & reſpective ternas, ac quaternas molas frumen-

 tarias

Digitized by Google

tarias in eodem domicilio continentes. Præcipuè autem ſuis undis alit quatuor ingentia Piſtrina Civitati Cæſenæ adjacentia: nunc ad conſortium peculiare plurimorum civium pertinentia, olim verò propria familiæ de Malateſtis, dominatricis ejuſdem urbis: cujus poſtremus Princeps, Dominicus, dictus Malateſta Novellus, perforato monte, incile, uberes, & nunquam intermiſſas ducens aquas iiſdem molis frumentariis, excavandum curavit, magno Civitatis beneficio (22). Quod accidit circa Domini annum 1450. Sed & magis vaſto adhuc ædificio ſimili frumentario, continenti ſimul multas molas proterentes triticum, exhibet aquas: quod ſitum eſt in loco Matelicæ, ſpectatque ad Principem Pamphilium Romanum. At ad alia tranſeamus.

(22) Scip. Claram. Hiſtor Cæſen. lib. 16. f. 737.

13. De flumine Sapi ſic effatur Paulus Merula: *Qui Savius nunc temporis, Iſapis eſt Straboni, Sapis Plinio, & Silio Italico libr. 8. Ex Apennino rapidiſſimè delapſus, cadentibus imbribus agros finitimos haud mediocriter infeſtat. Cæſenæ muros ferè adluit* (23). Et inter Scriptores antiquiores, Plinius idem illud conſtituit proximum Rubiconi, verbis, quæ ſubſequuntur: *Octava Regio Italiæ &c. fluvius hic Rubico, quondam finis Italiæ: ab eo Sapis* (24). Lucanus quoque indicans tum originem, tum decurſum plurium fluminum ex Apennino hinc inde fluentium, ita metricè modulatur (25)

(23) Merula Coſmogr. par. 2. lib 4. cap. 11. f. 730.

(24) Plinius Hiſtor. Natur libr. 3. cap. 15.

(25) Lucan. Pharſal. lib. 2. f. 43.

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminaque in gemini ſpargit divortia ponti.
In lævum cecidere latus veloxque Metaurus,
Cruſtuminumque rapax, & junctus Iſapis Iſauro.

14. Ingenti prærogativa decoravit hoc flumen Octavianus Auguſtus, Romanorum primus poſt Cæſarem Imperator: qui ejus in oſtio Portum conſtituit, ubi Suetonio *Tranquillo teſte*, *Claſſem ad tuendam Oram Illyricam tenebat* (26). Porrò hac de rè Delecampius in annotationibus Plinii, ait: *Sapis per Candiam vallem Ravennæ proprinquam fluens, Portum olim faciebat commo-*

(26) Raph. Volater. Geograph. lib. 4. f. 25.

mo-

modiſſimum: in quo Auguſtus Claſſem inſtituit, qua Adriaticum mare cuſtodiret (27). Cæſares profectò duas majores Claſſes maritimas ad tutelam orbis Romani ſine intermittentia ſuſtentabant: alteram apud Ravennam in ſupero mari, ſeù Adriatico; & alteram apud Miſenum in freto infero, ſeù Tyrrheno (28): quarum utraque præſto eſſet, ad continendas in obedientia regiones omnes Romano Imperio ſubjectas: & ad quoſcumque motus populorum, atque inſultus hoſtium, ſi fortaſſis emergerent, protinus comprimendos.

(27) Delecamp. ad Plin. lib. 3. cap. 15. V. Sapis.

(28) Tacit. Annal. libr. 4.

15. De utraque Claſſe ita Vegetius: *Apud Miſenum, & Ravennam, ſingulæ legiones cum Claſſibus ſtabant, nè longius à tutela Urbis abſcederent, & cum ratio poſtulaſſet, ſine mora, ſine circuitu, ad omnes mundi partes pervenirent. Nam Miſenatium Claſſis Galliam Hiſpanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo. Claſſis autem Ravennatium Epiron, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Ciprum petere directa navigatione conſueverat* (29). Claſſis autem hæc poſtrema ex 250. navibus erat compoſita (30): & ita dicebatur, non ex eo quod preciſè apud Ravennæ civitatem permanet; ſed quoniam conſiſtebat in loco, per tria circiter milliaria diſtante ab urbe Ravennate.

(29) Vegetius lib. 4 cap 3.

(30) Jornandes de rebus Geticis cap. 29. Juſt. Lipſius de magnit. Roman. lib. 1. cap. 5. & 31.

16. Cui ſanè loco inditum fuit nomen *Claſſis*, per metonymiam, exprimentem contentum pro continente. Illudque nomen ſemper exinde habuit, retinetque adhuc etiam ætate noſtra, deductum à præfata Claſſe maritima navium Imperialium, olim ibi ſolitarum jugiter permanere: ubi & paulatim creverat ingens Oppidum, ad modum civitatis populo plenæ, propter concurſum negotiatorum, affluentiam artificum, copiam denique hominum, rei armamentariæ, nauticæ, militari, ac mercatoriæ operam dantium. Quod Oppidum deinde, mutato rerum Italiæ ſtatu, ac regimine, itidem paula-

tim

tim defecit. *Et nunc ut Fabius ait* (apud Jornandem) *quod aliquando Portus fuerat, ſpatioſiſſimos hortos oſtendit, arboribus plenos: verum de quibus pendeant, non vela, ſed poma* (31).

17. Claſſis Oppidum Adriatico mari adhærebat. Cui, & Ravennæ, interjacebat aliud Oppidum, Cæſarea nuncupatum: ita ut Ravenna ipſa ſimul cum hiſce binis Oppidis una Civitas eſſe videretur (32). Ter autem armis Longobardorum Claſſis plexa fuit: ſcilicet anno 578. quo Faroaldus I. Spoletanorum Dux, cum Longobardorum exercitu illam invadens, divitiis nudam reliquit. Regreſſa ad Smaragdum Exarcham quievit. Inde anno circiter 712. Feroaldus II. Spoleti Dux, eam rurſus invaſit: ſed Grimoaldi Longobardorum Regis juſſu fuit Romanis iterum reſtituta (33). Denique verò idem Rex, & Ravennam obſedit, & Claſſem deſtruxit anno 725. (34): vel, ut aliis placet, circa Chriſti annum 741. (35). Hic igitur erat Portus, & Portus Auguſtalis Romanorum Cæſarum, quem conſtituebat flumen Sapis: tunc non illuc fluens, quo nunc, (mutata extrema ſui alvei parte) recta decurrit in mare Adriaticum, ad locum, qui ab ejus nomine dicitur *il Savio*; ſed ſiniſtrorſum ſuis tendens aquis ad vallem, ſeù ſtagnum Candiani prope Ravennam: & inde progrediens ad mare præfatum, ubi haud longè erat olim dictum Oppidum *Claſſis* & adhuc extant illius rudera, ſive reliquiæ (36).

18. Portum hunc Sapis fluminis apud Claſſem, vocavit *amœniſſimum* Portum Jornandes (37): & Portum *Eminentiſſimum* Auctor Spicilegii Ravennatis hiſtoriæ (38). Cujus cuſtodiam, *Portus Sapis* inquam, aſſignatam fuiſſe Foropompilienſibus, tradit Angellus Ravennas, quando inſtabat metus, nè Juſtinianus II. Imperator nauticum exercitum mitteret, quo invaderet Æmiliam furore hoſtili: aliis Adriatici littoris partibus aſſignatis aliis populis Romandiolæ, ut illas contemporaneè à Græcorum inſultibus tuerentur (39). Aſt de Portu Auguſtali Sapis, audi-

(31) Jornandes de Reb. Geticis cap. 29.

(32) Hieron. Rubeus Hiſt. Raven. lib. 4 f. 157.

(33) Paul. Diac. de Geſt. Longob. lib. 1. cap. 13. lib. 3. cap. 18. lib. 6. cap. 44.

(34) Idem lib. 6. cap. 49. Anonim Mediolan. Tabub. Chorograph. Ital. medii ævi Sect. 16. n. 83. ap. Murator. to. 10.

(35) Spicileg Raven. Hiſt. apud Murator. Rer. Ital. to. 1 par. 2. f. 576. §. Circa.

(36) Rubeus Hiſt. Raven. lib. 1. f. 13. & 14.

(37) Jornandes de Rebus Getic. cap. 29.

(38) Spicileg. Raven. loc. cit. §. Laudatur ap. Murator.

(39) Andr. Agnel. lib. Pontificat. par. 2. In vit. S. Felic. cap. 3.

di Flavium Blondum, deſcribentem littus Adriaticum, procedendo ab Oriente ad Occaſum: & ſeria moralitate ſuum inſpergentem eloquium: *Prima poſt Sapis oſtia in Adriatici littore loca deſcribi digna, ſunt parva Candiani, ſive vallis, ſive ſtagni oſtia. Documenta prudentibus, rerumque peritis futura; quæ in rebus humanis omnia fluxa, omnia ſunt caduca.*

19. Poſt quod morale præludium ita proſequitur Blondus ad rem noſtram. *Sapis fluvius, quem octavo milliario deſcriptum* (40) *poſt terga liquimus, ad annum nunc plus minus ſexcenteſimum* (41) *ipſam illabebatur Candiani vallem, efficiebatque Portum in primis Italiæ celeberrimum: quo, ſicut Suetonius Tranquillus, Vegetiuſque, & plerique vetuſtiores ſcripſerunt, Octavius Auguſtus primus Romanorum Imperator Claſſem inſtituit, qua ſinum Adriaticum, Illyricum, Dalmatiam, Græciam, Pontum, Armeniam, Aſiam, Ægyptum, & omnem Mediterranei maris oram tueretur* (42). Flumen igitur Sapis Auguſti ætate, ac regnantibus primis Imperatoribus, fluebat ad locum, retinentem adhuc nomen *Claſſis*, prope Ravennam, & ibi conſtituebat magnificum, totoque celeberrimum orbe Portum Auguſtalem Cæſarum Romanorum.

(40) Ab Oſtio Sapis uſque ad Claſſem ſunt 8. milliaria: & hinc ad Ravennam milliaria 3.

(41) Ideſt circa Chriſti ann. 800.

(42) Flav. Blond. Ital. illuſtr. Region. 6. Romandiol.

20. Proſequitur deinde Blondus ubi ſupra: *Scribitque Plinius, in ejus Portus oſtiis turrim fuiſſe, Pharum omnium maximum, quos Romanum ubique habuit Imperium.* (Superabat ergo Pharum Alexandriæ (43) cui locus fuit inter ſeptem mirabilia Orbis terrarum). *Et brevi ab inſtituto in eo portu factum eſt, ut à navalibus turmis, convenientibus undique mercatoribus, Civitas ibi ſit ædificata, & quidem opulentiſſima: de qua Helius Spartianus in Didii Juliani vita ſcribit* (44). Oſtium igitur fluminis Sapis conſtituebat Portum Auguſtalem Claſſis maritimæ Cæſarum. Ex quo ingens decus proculdubio eidem flumini accedit, & civitati quoque Cæſenæ, cui proprius pereffluit, ac per cujus territorium

(43) Nizol. Theſ. ling. latin. V. Pharos du Mortier. Etymolog. Sacr. eod. verb.

(44) Blondus ubi ſupra

torium

torium decurrit, intrans in mare quinque mille paſſibus poſt Cerviam ad occaſum (45).

(45) Vinc. Coronel. Atlant. Venet. to. 1. Idrograf.f.94.2.m.

21. Ibi cum olim controverſia de finibus emerſiſſet inter Cæſenates, & Ravennates; anno 1287. Cæſenæ Præturam exercente Ferdinando Columna Romano, Ravennæ verò Guidone Polentano, *compoſita tandem* eſt *inter Ravennates, & Cæſenates de finibus, ex parte præſertim Sapis, Cerviam verſus controverſia &c. pęna librarum mille conſtituta Civitati non acquieſcenti Arbitrorum ſententiæ*: qui fuerunt Auguſtinus Cambis pro Ravennatibus, & Peppus Zoffoli pro Cæſenatibus. Agnoſcente utraque Civitate *nedum tutiorem eſſe pacem, ſed etiam ad tuenda privilegia, & priſtinam adminiſtrationis libertatem, utilem eſſe, ſi concordes, & unitæ forent* (46).

(46) Scip.Claram. Hiſtor.Cæſen.lib. 10.fol.537.

22. Nec mireris, quod Sapis extremitatem ſui alvei commutaverit, non amplius flexo itinere verſus Ravennam tendens, ad conſtituendum ut prius Portum Auguſtalem in loco Claſſis; ſed properans recto, & breviori tramite ad mare, in loco, qui dicitur *il Savio*. Nam rerum humanarum viciſſitudines, rationes temporum, & voluntates Principum id feciſſe pluribus fluminibus notum eſt (47). Et ipſemet Sapis non ne ubi proximior eſt Cæſenæ, ibi quoque aliam particulam ſui alvei commutavit? Nam antiquitus lambebat mænia civitatis, tranſibatque, ut ferunt, ſub Ponte adhuc ſuperſtite, S. Martini appellato, à vicina urbana æde ſacra ejuſdem nominis: quæ in vetuſtioribus monumentis appellatur *Eccleſia S. Martini prope Pontem fluminis* (47). Nunc verò aliquanto longe inde tranſit ſub alio Ponte, qui adhæret Eccleſiæ S. Mariæ de Branzalia: illuc forte traductus, vel nè nimia proximitate ſubverteret ipſa mænia civitatis: vel ut locum daret canali, aquas miniſtranti quatuor magnis Piſtrinis, olim Principis Cæſenæ, nunc ſocietatis Molendinorum (49).

47) Vide ſupra cap.14.n.12.& 13.

(48) Manzonius Chronol. Cæſen. .18r. Vide infra cap.30.n.3.

49) Vide infra cap.30.n.3.

C A-

CAPUT XXIX.

De Tribu Sapinia, & Præliis militaribus initis apud Sapim.

SUMMARIUM

1. *R*Egio, *quam præterluit Sapis, ante Senonum tempora erat pars Umbriæ* Trans-Apenninæ.
2. *Tempore Romanorum dicta fuit* Tribus Sapinia. *Populi cultiores dividebantur in Tribus.*
3. *Una ex 35. Tribubus Romanorum erat* Sapinia, *dicta à Sapi. Una erat & Bojorum, itidem ſic appellata.*
4. *Tabula Geographica Italiæ antiquæ Tribum Sapiniam refert ad Sapim.*
5. *Vetuſta inſcriptio L. Vallonii exhibet expreſsè Tribum Sapinam.*
6. *Caius Oppius cum P. Æmilio Conſule miſſus contra Bojos per Tribum Sapiniam, ex Livio.*
7. Bobium *Epiſcopatus Sarſinæ dictum. Contra Boios Romani iverunt per Tribum Sapiniam.*
8. *Epiſcopus Sarſinæ aliquando dictus Epiſcopus* Sapinenſis: *& quandoque Bobienſis.*
9. Sapinia Tribus *interdum ſignificans Diœceſim Sarſinæ, quam findit Sapis.*
10. *Tribuum Romanarum nomina non apud omnes uniformia ſunt: & cur?*
11. *Sapinia Tribus juncta erat Pupiniæ. Honor Cæſenæ à dicta Tribu accedit.*
12. *Senones anno V. C. 489. obſederunt Aretium, prælioque fuderunt Romanos.*
13. *Romani per fines Aretinos, & per Sapis flumen venerunt contra Senones.*
14. *Hi obviam hoſtibus occurrentes per tractum Sapis, ingenti ſtrage affecti ſunt.*

Digitized by Google

15. Romani, *Senonibus Gallis victis, per Sapim flumen pervenerunt uſque ad Cæſenam.*

16. *Apud idem flumen accidit magnum hoc prælium. Eutropius Cæſenam in Piceno collocat.*

17. *Romani ter triumpharunt de Saſſinatibus victis: præliaque contigerunt apud Sapim.*

18. *Galli Boii gravem cladem intulerunt Romanis, prælio inito apud idem flumen.*

19. *Cæſenates anno* 1235. *profligarunt Ravennates, & alios, quos proſecuti ſunt uſque ad Sapim.*

20. *Apud Riverſanum initum certamen anno* 1295. *inter Cæſenates, & Feretranos.*

21. *Comes Provinciæ, quem Cæſenates tuebantur, obſeſſus ab hoſtibus caſtrametatis apud Sapim.*

22. Ubi & *anno* 1302. *caſtris poſitis Monteſeltrius, & Fagiolanus, omnia ferro vaſtarunt.*

23. *Ob occurſum Picinini, & Sfortiæ ad Sapim, prælium imminebat anno* 1435.

24. *Plura prælia diverſis temporibus inita ſuper Ponte Sapis, dicto S. Martini.*

TRactus ille terræ, ſeu regio, quam præterluit Sapis flumen, priuſquam Romanorum poteſtati ſubeſſet; imò & antequam illam præcedentèr occuparent Galli Senones expulſis Umbris; erat pars *Umbriæ Trans-Apenninæ* (differentis à Cis-Apennina propendente verſus mare inferum, ſivè Tyrrhenum): & *ad mare ſuperum, ab Ravennatium agris ad Æſim uſque pertingebat: nobiliora hoc ſitu amplectens loca:, Sarſinam, Ariminum, Senam* (1). De quibus Umbris hæc metro protulit Silius Italicus (2):

Cavis venientes montibus Umbri.
Hos Æſis, Sapiſque lavant, rapiduſque ſonanti
Vertice contorquens undas per ſaxa Metaurus.

Gallorum Senonum poſtea, & ſucceſſivè Gallo-Boiorum quoque dominio prorſus everſo; hocque eodem terræ

(1) Pauli Merul. Coſmogr par. 2. lib. 4. cap. 23. f. 1084.

(2) Silius Ital. lib. 8. de Bell. Punic.

terræ tractu poteſtati Romanæ Reipublicæ ſubjugato; regio ipſa, quam adluit Sapis, novam faciem, & denominationem accepit (3).

2. Dicta fuit namque *Tribus Sapinia*, ſeù cauſam dedit nomini Tribus Sapiniæ, ita nuncupatę à flumine Sapi, quæ una extitit ex xxxv. Tribubus Romanorum (4). Notum eſt Eruditis, populos magis cultos, & ſtudioſos bene ordinati regiminis obeundi, ſuam ditionem conſueviſſe in plures partes, ſivè Tribus dividere. Sic Iſraelitici populi regnum duodecim Tribuum diviſio partiebatur (5). Athenienſibus inerant decem Tribus (6). Totidem Thuriis (7). Octo Corinthiis (8). Duodecim Heliis (9): & ſic de aliis: quos inter Gallo-Boii (qui ex Gallia in Italiam tranſgreſſi, Pado trajecto inhabitandam ſuſceperunt Flaminiam) diviſi erant in 120. Tribus, prout memorat Plinius (10). Natio denique Romana, conſtante Republica, diviſa fuit in xxxv. Tribus.

3. De hoc numero Tribuum Romanarum conſtat ex Cicerone (11), Plutarcho (12), Valerio Maximo (13), Tito Livio (14): ac ex magis recentibus fusè apud Alexandrum ab Alexandro (15), & Raphaelem Fabrettum (16). Inter ipſas autem Romanas Tribus, una fuit appellata *Sapinia*, ſeù Sapina, nomen accipiens à noſtro flumine Sapi (17). A quo itidem denominationem obtinuit Caſtrum Sapigni, ſuperius memoratum, & adhuc noſtra ætate ſubſiſtens, haud procul à Sarſina (18): & Portæ Sapiniæ olim titulum aquiſiſſe fertur Januam illam urbis Cæſenæ, quæ Sapi proxima eſt, & in præſentiarum Porta fluminis nuncupatur: in qua etiam civitate via erat, appellata de Sapignis (19). Denique una pariter ex 120. Tribubus Gallorum Boiorum Sapinia meruit appellari, prout notat idem Alexander ab Alexandro his verbis: *Apud Boios Tribus Sapinia fuit* (20): utique à flumine Sapi dicta: cujus circumpoſitæ regioni gens Gallo-Boica proculdubio dominabatur.

(3) Claram. Hiſtor. Cæſen. lib. 3. f. 118.

(4) Philip. Antonin Antic di Sarſin. cap 2 f. 12. & cap. 6. f. 63.

(5) Exodi cap. 24. n 4 & cap. 59 n. 14

(6) Pauſanias lib. 1. Plutarc in Solon.

(7) Diodor. Siculus libr. 12.

(8) Alex. ab Alex. Genial. libr. 1. cap. 17 f 68.

(9) Idem & cum eo Tiraquel. ibi.

(10) Plinius libr. 3. cap. 15. ad fin.

(11) Cicero Orat 10. in Rullum sec act. 3. in Verrem.

(12) Plutarc. in Tiber. Gracc.

(13) Valer. Maxim. libr. 2. cap. 4.

(14) Titus Livius Decad. 1. libr. 1. Decad. 3. lib. 9. & Decad 5. lib. 5.

(15) Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 17.

(16) Fabret. Inſcript. cap. 5 à fol. 395.

(17) Philip. Antonin. Antic. di Sarſin. cap. 2. f. 12 c 6. Fabret. loc. cit. & f. 359. n. 88.

(18) Maur. Verdon. delle Tribu n. 26.

(19) Chronic. Cæſen. M. S. fol. 17. Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 13. f. 556.

(20) Alex. ab Alex. loc. cit. & ibi Tiraquel. f. 68.

Digitized by Google

4. In recenter procuſa tabula Geografica Italiæ antiquæ (ac impreſſa initio primi Tomi magni Operis cui titulus , *Rerum Italicarum Scriptores* , collecti ab egregio viro Ludovico Antonio Muratorio) delineata exiſtit *Sapinia Tribus* , & equidem ibi præciſe, ubi flumen Sapis decurrit: ut in dubium non valeat rationabiliter revocari, quin ſortita ſit nomen ab ipſo flumine. De qua etiam regione topica , ſive tractu Romanæ Tribus , quæ Sapinia vocabatur, ita loquitur Scipio Claramontius : *Iter Appii Conſulis fuit per Tribum Sapiniam . Eſt hæc vallis, cum adjacentibus Montibus, quam findit Sapis prope Sarſinam , & Cæſenam alluens , in paulo antiquioribus noſtris chronicis eodem nomine vocata* (21) .

(21) Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 3. fol. 418.

5. Antiquiſſimum item lapidem,continentem , non compendiariè , ſed explicatum , & expreſſum nomen Tribus Sapinæ , fas eſt intueri apud Fabrettum : qui & in adjectis ibidem notis tuetur veracitatem hujuſmodi Romanæ Tribus : & Lapis ita sè habet (22) .

(22) Fabret. Inſcript cap. 5. n. 88. f. 359. f. 395.

L. VALLONIO L. F. SAPINA
LIBERIO SPOLET.
EQV. SINGUL. VIXIT.
ANN. XLIX. MENS. X.
L. VALLONIUS. L. F. SAPINA.
VALENS. T. F. C.
IN. FR. P. XI. IN AGR. P. XIV.

Ideſt *Lucius Vallonius Valens* , *Lucii Filius* , ex Tribu *Sapina*, *Teſtamento fieri curavit* monumentum iſtud *Lucio Vallonio Liberio Spaletio*, *Lucii Filio*, ex eadem Tribu *Sapina*, *Equiti ſingulari* : qui *vixit annos* 49. & *menſes* 10. Ac monumentum ipſum habebat extenſionem adjacentem *in fronte pedum* 11. & introrſum *in agro pedum* 14.

6. Sed tollit omnem ambiguitatem Titus Livius , recen-

Digitized by Google

recenſens, quod cum Gallo-Boii provocaſſent indignationem Romanæ Reipublicæ, miſſus eſt contra illos P. Æmilius Conſul: qui adjuncto ſibi Caio Oppio expeditionem ipſam ſuſcepit: & *C. Oppium præfectum ſocium tumultuaria manu per Umbriam, quam Tribum Sapiniam vocant, agrum Boiorum invadere juſſit* (23). Tribus ergo Sapinia erat in antiqua Umbria, quæ dilatabatur trans flumen Sapim,& amplectabatur nedum Cæſenam, ſed &Sarſinam,ac Ravennam (24). Rebuſque ita sè habentibus conſtat ipſam Tribum Sapiniam non aliundè ſic dictam fuiſſe,quam à flumine Sapi, per eandem jugitèr decurrente: Idque comprobatur etiam ex ſequenti ponderatione, quæ verbis Livii conſentanea eſt.

7. A permultis jam ſæculis uſque ad noſtram ætatem, ſubſiſtit parva regio, quam interſecat Sapis, & *Bobium* appellatur: complexiva plus quam centum Caſtrorum, in circuitu Sarſinæ poſitorum, & olim Epiſcopo ejuſdem urbis etiam in temporalibus ſubjectorum (nunc verò partim ei,partim aliis conlimitaneis dominantibus quo ad jura laicalia obtemperantium) retento nihilominus per ipſum Epiſcopum titulo Comitis Bobii (25). Hanc autem regionem traduxiſſe nomen *Bobii* à Gallis Boiis, illam antiquitùs poſſidentibus, refert Philippus Antoninus ejuſdem civitatis Hiſtoricus, & communis Sarſinatum traditio: apertiſſimeque inquit Paulus Merula: Eum *regionis tractum, unà cum civitate* (Sarſinæ) *nunc vulgo Bobium vocant, tamquam Boium, ſeù Boiorum agrum* (26). Conſonant & Flavius Blondus (27), Leander Albertus (28), ac Michael Angelus Baudrand (29). Igitur Gallo-Boii, contra quos per Tribum Sapiniam C. Oppius profectus eſt juxta Livium, adſtabant flumini Sapi: adeòque & ab hoc flumine ipſa Tribus Romana nomen accepit.

8. Sed & Epiſcopus Sarſinæ antiquitus appellatus invenitur Epiſcopus *Sapinenſis*, à Tribu Sapinia contentiva Diœceſis Sarſinatis, & Comitatus Bobii, pertinen-

tis

(23) Titus Livius libr.31.c.2.

(24) Vid. ſupr. in hoc cap.n.1.

(25) Ughel. Ital. Sacr.to.2.in Epiſc. Sarſin. Anton.Antic.Sarſin.cap.8.

(26) Merul. Coſmogr.par.2. lib.4. cap.33.f.1237.

(27) Blond.Hiſtor. Dec.2.lib.1. f.152

(28) Leand. Albert. Ital. in Romandiol.f.304.

(29) Baudrant. Geographia v.Bobium.

tis ad Eccleſiam Sarſinatenſem. Atque ita *Joannes* Epiſcopus *Sapinenſis* memoratur à Luitprando Ticinenſi velut unus ex Epiſcopis, qui Conventui Vaticano interſuerunt, convocato per Othonem Imperatorem contra Joannem Papam, vitiis, ut contendebatur, non immodicis deturpatum (30). Quemadmodum & propter dictum *Bobii* Comitatum, Antiſtiti Sarſinæ ſubordinatum, perpluries in antiquis hiſtoriis, Præſul Sarſinæ nominatus, & ſubſcriptus reperitur titulo *Epiſcopi Bobienſis* (31). Et quidem eo tempore, quo Epiſcopus alterius Bobii Lombardiæ, ſuffraganeus Metropolitanæ Januenſis, nondum fuerat inſtitutus, & erectus.

(30) Luitpr. Ticin. Hiſtor. lib. *6*. cap. *6*.

(31) Philip. Antonin. Ant. Sarſ. f. 15. 16. Ughel. to. 2. in Epiſ. Sarſin. n. 3. Concil Roman. an. 861 ap Murat. rer. Ital. to. 2. f. 206

9. Adhuc & notandum, quod de Martino Epiſcopo Sarſinæ, qui ſedit anno 1052. hæc quidam eſt modulatus carmina per Ferdinandum Ughellium relata in ſua Italia ſacra (32)

(32) Ughel. to. 2. in Epiſc. Sarſin. n. 12.

Dum moderatore meritò Sapinia *gaudet*.
Martino concors tota ſubeſſe Tribus,
Schiſmata Romanam vexarunt plurima Sedem.

Quæ verba *Sapinia Tribus* Epiſcopatum Sarſinæ ſignificant, ejuſque Diœceſim, à Sapi diviſam in duas partes, & contentam in antiqua Sapinia Tribu, una ex 35. Tribubus Romanorum, à Tito Livio memorata decad. 4. ubi recenſet, quod Romani Duces ad Gallos Boios debellandos miſſi, per Tribum Sapiniam tranſierunt (33). Adeò pro certo ſemper fuit habitum, à flumine Sapi nomen obtinuiſſe Tribum Sapiniam.

(33) Philip. Antonin. Antic. Sarſin. cap. 2. f. 12.

10. Neque negotium faceſſit, quod ab aliquibus in numero xxxv. Tribuum Romanarum non recenſeatur Sapinia. Nam conſtans, & uniformis prorſus non eſt apud omnes Auctores elenchus nominum earumdem: diſſonantiaque inde profluxit, quod nonullæ ipſarum erant binomines (34). Nonnullæ quoque propter cauſas, quæ intercurrerunt, progreſſu temporis nomina mutaverunt: prout Ulpia, Elia, Flavia, Aurelia, quæ aliud nomen ſuperinduerunt, à priori diverſum.

(34) Raph. Fabret. loc. cit. f. 396.

Tra-

Digitized by Google

Traditque Dio, quod in honorem Julii Cæſaris, Romani *unam Tribum, ſorte ad hoc ipſum electa, Juliam cognominaverunt* (35). Fortè igitur contigit, quod etiam Tribus Sapinia, ſeù Sapina, vel quandoque nomen mutavit, vel bicipi nomine fuit ſolita nuncupari, & idcircò non conſtanter intèr Romanas Tribus à cunctis Scriptoribus recenſetur.

(35) Dio. Hiſtor. lib. 44.

11. Maurus Verdonius Cæſenas egregius antiquarius, in Opuſculo Italico typis impreſſo, quod de Romanis Tribubus exaravit, opinatur, Tribum Sapiniam fuiſſe conjunctam Pupiniæ (36). Conjunctam, inquam, in jure, loco, ac tempore admiſſionis ad exhibenda ſuffragia; non verò conterminam in propinquitate finium incolatus. Nec diſſentire videtur Fabrettus, generalitèr de ſæpe fatis Tribubus, minimè conſtantèr, & uniformitèr nominatis, concludens, earum *ſuffragia ſemper* xxxv. *numero fuiſſe, quamvis plura fuerint Tribuum nomina, vel aliæ nomine diverſæ, ad ſuffragandum quidem, ſed cum aliqua ex primitivis admiſſæ ſint* (37). Utcumque res sè habuerit, nobis ſufficit auctoritas Livii, & antiquus Lapis mox memoratus, ut veritas Sapiniæ Tribus non valeat rationabilitèr in dubium revocari. Et interim refluit in magnum honorem civitatis Cæſenæ, quod flumen Sapis nomen dederit uni ex xxxv. celeberrimis Tribubus Romanorum (38).

(36) Verdon. delle Tribu n. 26. pag. 18.

(37) Fabret. In ſcrip. cap. 5. f. 397

(38) Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 5. f. 165.

12. Nunc de prælìis eloquamur initis apud Sapim. Galli Senones hic fuerunt gravi clade à Romanis conterriti, anno Urbis Conditæ 479. ante Chriſtum 274. Sexto Cornelio, & Marco Curio Conſulibus. Ab Aretinis namque laceſſiti Senones ipſi Copias in Etruriam duxerunt, & eorum urbem valida obſidione cinxerunt. Quo Romæ audito, miſſus eſt Lucius Lentulus Conſul cum expedito exercitu in adjutorium obſeſſorum. Romanis verò advenientibus obviam, occurrerunt Senones obſidione dimiſſa. Tunc animis incitatis conſertus fuit acerrimus conflictus, haud procul ab Aretio: cladeſque ma-

magna illata eſt Quiritibus, ipſo quoque Conſule in ea trucidato. Qua victoria contenti Senones, ratique difficilem adhuc futuram expugnationem Aretii, ad ſua reverſi ſunt, ductis Cæſenam, tunc Senam, innumeris captivis.

13. Ad hos redimendos Roma venerunt Legati: quos ipſimet Senones, irâ nondum depoſitâ, calcatoque jure gentium, ferocitèr interemerunt. Romani proindè geminatam injuriam ulturi, & cladis receptæ, & cædis Legatorum ſuorum; collecto numeroſo agmine militum, ex Aretino agro, per Apenninum in Senones irruperunt, Marco Curio Conſule Duce, per viam, *quam Sapis Cæſenæ flumen curſu ſuo findit. Hæc cum priùs inter montes triginta ferme millia paſſuum arctetur, ad Cæſenæ, tum Senæ urbem, in planitiem aperitur, quæ eſt pars, & propè terminus ejus, quam maximos campos vocat Polybius, nunc autem Lombardiæ planitiem vulgo dicimus* (39). Quæ ſanè via tum facilior, tum brevior, tum expedita magis aditum aperiebat, parabatque inceſſum proficiſcentibus ex tranſapennino tractu Aretino ad oppoſitum ciſapenninum ſpatium, ubi Sapis decurrit, & ſita eſt Cæſena, tunc Sena, Metropolis Senonum invadenda.

(39) Scip. Claram. Hiſtor. Cæſen. lib. 2. fol. 92.

14. Audito Romanorum illapſu, Senones ipſi venientibus occurrerunt forti bellatorum acie, per latera ipſiuſmet Sapis fluminis ducta: ubi plures valles ſunt pugnarum capaces, tum in declivi collium, tum in planitie protenſa. Confertiſque cum hoſtibus armis, pugnatum eſt utrinque atrocitèr: donec demum Senones ingenti ſtrage proſtrati ſunt (40). Fuitque clades iſta Senonica, penes fluvium Sapim accepta, ita exitialis, & dira, ut Eutropius illam comparandam duxerit excidiis paſſis per Aſdrubalem ad Metaurum, & per Quirites ad Traſimenum, ac deindè ad Cannas. Loquens enim de primo, inquit, *fuit hoc prælium penes Metaurum fluvium, ubi Aſdrubal victus eſt; ut Traſimenus lacus, ubi exer-*

(40) Idem loc. cit. & in Apparat. par. 1. fol. 11.

citus

citas Romanus, ut Caeſena Piceni Civitas, ut vicus ille Cannenſis (41). (41) Eutropius.

15. Fuſius de illo, ac de ſubverſione Senonum loquitur Polybius, poſt prælium Aretinum exitiale Romanis, & Senonibus ipſis proficuum, ſubdens: *Marcus Curius Conſul ſtatim Legatos in Galliam*, (ideſt in regionem, quam incolebant Galli Senones) *ad redimendos captivos mittit: qui cum eo perveniſſent; violato jure gentium à Gallis* (Senonibus) *interficiuntur. Quo ſcelere indignati acriter Romani, novo delectu habito penetrare in Galliam aggrediuntur. Sed parum proceſſum erat, cum eis Senones occurrerunt. Hos collatis ſignis è veſtigio aggreſſi ſuperant, magnam partem interficiunt, ſi qui ſuperfuerant, ſedibus fugant, regione potiuntur: novam ipſi in urbem Coloniam inducunt: eam veteri nomine, quod primò à Gallis habitata fuerat, Senam appellant* (42) Senam, inquam, Sarſinæ, ac Arimino proximam, de qua ſupra dictum eſt (43). Senam, de qua protulit Strabo, *Sena Sapi fluvio, & Rubiconi propinqua* (44). Senam denique, nunc per protheſis figuram appellatam Cæſenam. (42) Polyb. Hiſt. lib 2. (43) Vide hic ſup c. 29 n. 1. (44) Strabo Geograf. lib. 5

16. Apud Sapim ergo adluentem Cæſenam, tunc Senam, accidit hoc memorabile certamen inter Senones, & Romanos. Nec quidquam refert, quod Eutropius vocat Cæſenam civitatem Piceni. Nam uti vir Græcus, vel minus exactè locutus eſt, vel non omninò conſcius fuit, qualis, & quanta eſſet extenſio cujuslibet ex provinciis Italiæ. Sivè conſideravit Picenum lato modo, uti protenſum uſque ad fines antiquorum Umbrorum. Quemadmodum etiam Livius poſuit Ariminum in Piceno. Et Silius Italicus flumen Sapim in Umbria collocavit, canens de Umbris: *Hos Æſis, Sapiſque lavat* (45). Ac certiſſimè Senonum ſubverſiva clades non in Piceno accidit, regione *ſexta* Italiæ; ſed in diſtrictu illo Æmiliæ Viæ, qui provinciam Romandiolæ componit, & *octava* regio Italiæ dicitur à Plinio, ſpecificè ponente in ea (45) Sil. Ital. lib. 8.

Digitized by Google

Cæſenam civitatem, & flumen Sapim : atque addente : *In hoc tractu interierunt Boii &c. Item Senones, qui ceperant Romam* (46).

17. Silendum quoque hic non eſt,quod Romani ter triumphum egerunt de aliis accolis fluvii Sapis, nempè de Sarſinatibus (47), quorum tunc Umbri vires augebant. *Saſſina* verò, inquit Sigonius, *eadem quæ Sarſina eſt, Umbriæ Oppidum* antiquæ (48). Sarſinates autem, attenta ratione ſitus eorum urbis, vel non, vel vix aliter vinci potuerunt, quam præliis initis per tractum fluminis Sapis, ut cuilibet locum intuenti patere poteſt. Ergo in Faſtis Capitolinis habetur *Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blaſio Coſ. de Saſſinatibus an.* 483. (49). Deindè quadriennio poſt : *D. Junius D. F. D. N. Pera Coſ. an.* 487. *de Saſſinatibus* 5. *Kal. Octob.* Et ſucceſſivè *N. Fabius C. F. M. N. Pictor. Coſ. an.* 487. *de Saſſinatibus* 3. *Non. Octob.* (50). Itaque de Sarſinatibus prius triumphum egit anno Urbis Romanæ conditę 483. Cneus Cornelius Blaſio Conſul Lucii filius, Cnei nepos. Poſteà de iiſdem, rurſus proruentibus ad arma, ibidemque debellatis,iterum triumpharunt, anno ejuſmet Urbis conditæ 487. Unus poſt alium, Decimus Junius Pera,Decimi filius, & alterius Decimi nepos, die 27. Septembris. Ac Numerius Fabius Pictor, Caii filius, & Marci nepos, die 5. Octobris. Numquid autem ex his non ingens decus refluit in flumen Sapim, apud quod incolunt Sarſinates ?

18. Et quoniam ex Plinio mox memorato didicimus, in hoc tractu interiiſſe *Gallos Boios*, non omittendum id, quod inter ipſos, & Romanos ad flumen Sapim evenit. Cum ipſimet Galli Boii feciſſent incurſiones adverſus ſocios Quiritum ; hi armis propulſandos eſſe duxerunt infeſtatores. Idcircò Æmilius Conſul, nec non Caius Oppius, ſive Appius, ſociorum præfectus bellum ipſis inferendum aggreſsi ſunt. Preivit Appius, & primo quidem proſperè cum Boiis pugnavit, illoſque popula-

(46) Plin. Hiſtor. natural. lib. 3. cap. 14. & 15.

(47) Philip. Antonin. Antich. Saſſin. fol. 20.

(48) Sigon. in Faſt. & Triumph. Rom. ad an. 483. f. 106.

(49) Sigon. loc. cit. Vaillant. Numm. antiqu. in fam. l. Cornel. n. 53.

(50) Gruter. Inſcript. Roman. f. 297. Sigon. ubi ſup. ad an. 487.

pulatus eſt. At rurſus conſerto prælio, *à Gallis oppreſſus, interemptus eſt ipſe, & ejus milites uſque ad ſeptem millia occiſi. Reliqui milites ad Conſulem, qui per medios montes ducebat exercitum, confugere. Iter tum Appii, & Conſulis fuit per Tribum Sapiniam* (51). Contigitque hoc prælium circa annum urbis conditæ 555. ante Chriſti ortum 198.

19. Recentiora modò aliquot referamus. Anno Æræ Chriſtianæ 1235. Ravennates, Foroliviences, Britinorienſes, & Foropompilienſes conjunctis armis adverſus Cæſenates hoſtiliter irrupere, ac uſque ad villam Calcinariæ proceſſerunt quidquid poterant ſubvertentes. Rè compertâ, protinus Cæſenates forti agmine aciem hoſtium aggreſſi, eos nedum retuderunt, ſed & ingenti clade affecerunt, ac ſuperſtites in fugam verſos proſecuti ſunt uſque ad Sapim (52). Eos, inquit Rubeus, *multis cæſis, tandem in fugam conjiciunt; quo factum eſt, ut trium fermè millium paſſuum ſpatio ad templum Rhodæ rejecti, non ante finem fugæ dederunt, quam ad Sapim amnem ſit ventum. In eo prælio Scalacta Ubertus Florentinus, Forolivii Prætor, Guido Poſta, Guido Comes, multique præterea nobilitate inclyti ceciderunt. Britinorianus, Foropompilianusque Prætores, & Ravennatum militiæ flos, capti* (53). Prælium hoc initum fuit die 16. Auguſti (54).

20. Cum itidem adverſus Ildebrandinum Epiſcodum Aretinorum Comitem, ideſt Præſidem Romandiolæ pro Summo Pontifice, inſurrexiſſent Ravennates, Imolenſes, Faventini, Forolivienſes, Cervienſes, & Foropompilienſes; hi omnes coadunatis militum ſuorum cohortibus, una ſimul anno 1292. ad obſidendum eundem Præſidem perrexerunt, qui ſe tutum fecerat in civitate Cæſenæ. Iſdemque *cum univerſo exercitu caſtrametati ad flumen Sapis, Cæſenam, & in ea Comitem obſedere* (55). Præſto adfuit Ildebrandinus Malateſta Dux clariſſimus illorum temporum, cum bellatorum forti

(51) Scip. Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 3. f. 118.

(52) Annales Cæſenat. ann. 1235. apud Murator. tom. 14. Rerum Italic.

(53) Hieron. Rubeus Hiſtor. Ravenn. ad an. 1235

(54) Claram Hiſt. Cæſen. lib. 18. fol. 303.

(55) Chron. Cæſen. M S. f. 107.

Digitized by Google

manu : eratque ſævum prælium conſerendum apud Sapim, niſi Præſes omni ſpe deſtitutus obtinendi ſuppetias opportunas ab Apoſtolica Sede tunc vacante, cedendum duxiſſet fortunæ adverſæ ſpontaneo receſſu ab urbe Cæſenæ : ſive, ut in Annalibus noſtris dicitur, *verecunde receſſit de civitate* (56).

(56) Clementin. Hiſtor. Arimin.

21. Supereminet item flumini Sapi Caſtum Riverſani, à Cæſena vix tribus mille paſſibus diſtans, quod anno 1295. militaribus copiis invaſit Guido toparca Montis Feretri, illudque fortitèr expugnavit, non tamen arcem (57). Accurrit Malateſta dux militiæ Cæſenatis, & ancipiti prælio cum aggreſſoribus decertavit. Sed ſuperveniente hoſtibus novo bellatorum ſubſidio, Malateſta, proſecutioni ſuſcepti operis impar, neceſſario retroceſſit (58). Sicque copiæ Cæſenates ad patriam ſunt regreſſæ: quarum pars tamen Riverſani arcem intravit. Eam verò Feretranus machinis urgere non diſtulit. Factumque demum eſt, ut obſeſſi, non tam vi, quam & fame, ac ſibi fatigati, ſesè obſeſſori dedid erint (59).

(57) Claram Hiſt. Caſen. lib. 9. f. 337 uſq; ad 340.

(58) Idem loc. cit. lib. 10. f. 374. & 376.

(59) Annal. Cæſen. ann. 1292. die 17 Junii.

22. Ad hæc anno 1302. die 22. Octobris Fridericus Monteſeltrius, & Ugutio de Fageola, dudum expulſi ab urbe Cæſena, fautoreſque audaciſſimi factionis Ghibellinæ, quam ipſa civitas horreſcebat, bellicoſo agmine congregato, eandem civitatem hoſtili obſidione circumvallarunt (60) : proùt latius in Annalibus Cæſenatibus enarratur (61). Eratque prope diem apud Sapim flumen atrox prælium conſerendum, ſi Cæſenæ præfectus muneri ſuo ſatisfeciſſet. At iſte, infidus, *neque irruptionibus ut mos eſt, compeſcuit hoſtem, neque velitationibus animavit Cives, neque Caſtris ſubjecti ſubſidia miſit. Unde hoſtes cum caſtrametaticis, & ultra Sapim eſſent, libere, à nemine impediti, igne, & ferro omnia vaſtarunt.* Proxima item Caſtra occuparunt, Montem S. Mariæ urbi adiacentem cæperunt, Civitatis ſuburbia vexaverunt : & de illa expugnanda diffidentes, ad invaden-

(60) Chron. Cæſen. M. S. f. 177.
(61) Annal. Ceſen anni 1302

vaden-

vadendum Portum Cæſenaticum tranſierunt(62). Idem deinde Monteſeltrius anno 1308. auctus copiis Forolivienſium, Imolenſium, Faventinorum, invaſurus Cæſenam venit uſque ad Sapim: ubi ex adverſa ripa Cohortes ordinatas Cæſenatum videns conatus hoſtium repulſuras, cito abivit, flexo itinere, ad vineta vallis S. Victoris inproviſo excurſu vaſtanda: indeque Forolivium redivit (63), poſtquam cum ſuis aſſeclis ipſimet amæniſſimæ valli S. Victoris *dederunt in multis locis vaſtum* (64).

23. Proſtremò *apud Turrim Epiſcopi prope flumen Sapis* die 31. Maii 1356. exercitum poſuerunt Galeottus Malateſta, & Malateſta Hungarus: quem tamen citò abſcedentes aliò tranſtulerunt (65). Deinde penès idem flumen in ultimo limine fuit eventus prælii protinus ineundi anno 1435. inter Nicolaum Fortibrachium, aliàs Picininum, ſtrenuum ductorem exercitus Philippi Mariæ Ducis Mediolani, venientem ex Lombardia, ut in Apuliam properaret: ac Franciſcum Sfortiam bellicoſum pariter Ductorem alterius exercitus, quo ſibi Marchiam Anconitanam ſubjugaverat, & intendebat competitori tranſitum impedire. Ex Piceno namque Sfortia occurrens hoſti uſque ad Cæſenam, ſe ſtitit in margine Orientali præfati fluminis Sapis: quo & ad Occidentalem oram appropiavit Picininus ductor equitum quatuor millium. Cumque jam imminere videretur certamen; iſte poſtremus Dux, vel viribus impar adverſario; vel nolens exponere sè, ſuoſque dubio eventui conflictus bellici, retroceſſit: & ſic evanuit omne prælii periculum (66). Quod ſanè mirum. Quippe Picininus non erat ſolitus declinare certamina, ſed ea potius libenter amplecti (67).

24. Plura itidem prælia conſerta fuere ſuper Ponte S. Martini appellato, qui Portæ flumentanæ adhæret civitatis Cæſenæ: ſub quo Sapis flumen olim decurriſſe ſuperius notatum fuit. Primum prælium contigit anno

1314.

(62) Scip. Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 11 f. 435.

(63) Idem lib. 11. f. 445. Chron. Cæſen. M.S. f. 183.

(64) Annal Ceſen. ann. 1308. die 18. April.

(65) Iidem Annales anno 1456.

(66) Chronic Ariminen. ann. 1435. Claram Hiſt. Cæſ. lib. 16. f. 722.

(67) Paul. Jovius in vita Nicolai Picinin.

1314. aliud anno 1325., & aliud anno 1333. quę fuſiùs deſcribit Scipio Claramontius in ſua hiſtoria Cæſenæ, à Lectore pro ſuo libito perluſtrandus(68). Quartum verò evenit anno 1377. cum permulti Cæſenates (viribus deſtituti, quibus repentinæ, ac proditoriæ immanitati numeroſiſſimarum cohortium Brittanicæ militię, à Cardinali Gebennenſi clam, & ex improviſo intrà civitatem introductarum, & omnia cædibus fædantium) fracta eadem Porta Flumentana, ſecedere nixi ſunt. At ſuperveniente Britonum parte, abeuntes *furo tutti aſſaliti ſul Ponte fuori di detta Porta, e vi fù grande battaglia: e quaſi tutti quelli, che uſciro di Ceſena furono morti, che pochi ne camparo*. Sic Nereus Donatus in Chronico Senenſi (69). Quintum prælium prȩcedenter initum Guelphos inter, & Ghibellinos anno 1263. inferiùs memorabimus (70).

(68) Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 12. fol. 48. & 516. ac l. 13 f. 542.

(69) Chronic. Cæſen. ann. 1377 in tom. 15. Rer. Ital. Murator. f. 453. B

(70) Vide infra cap. 30. n. 3.

CA-

CAPUT XXX.

De Pontibus Fluminis Sapis. De Eccleſiis ab eo disjectis. Et de Inſcriptionibus antiquis apud illud repertis.

SUMMARIUM

1. *PONtes neceſſarii ſunt ad flumina tranſeunda. Super Sapim plures olim extabat Pontes.*
2. *Oppido* Fori Saraceni *Pons ineſt validus, fluminis Sapi ſuperinſidens.*
3. *Hoc flumen olim tranſibat ſub* Ponte, S. Martini *dicto, & Cæſenæ adhærenti.*
4. *Pons de* Branzalia *ex ligno renovatus eſt anno* 1397. *& cujuſnam ſumptibus?*
5. *Pons idem ex lapide conſtructus eſt, & quandonam? Varii ejus eventus uſque ad ruinam.*
6. *Loco ſaxei diruti* Pons lignus *fuit ſuffectus, qui & ipſe corruit: jamque lapideus eſt ſuſtinendus.*
7. *Pons* Matelicæ *dictus, memoratur; & alius, cui titulus,* il Ponte del Savio.
8. *Pons & aderat olim* S. Gervaſii, *Caſtellis, & præſidio militum communitus.*
9. *Eccleſiæ S. Laurentii, S. Michaelis, & S. Nicolai à Sapi flumine disjectæ.*
10. *Necnon Eccleſia S. Mariæ de Molendinis, pertinens ad* Fratres Carmelitas.
11. *Multæ Inſcriptiones antiquæ apud Sapim repertæ fuerunt Civitati Sarſinæ adſcriptæ.*
12. *Inſcriptio F. Manilii Ruſi Cæſenæ poſita, & apud Sapim flumen eruta.*
13. *Explicatur eadem Inſcriptio. Et quid ſignificent verba* delicium eorum.

Epi-

Digitized by Google

14. *Epitaphium Sejæ Marcellinæ urnæ marmoreæ inſculptum, exiſtens apud Cæſenam.*
15. Seja *num ſit nomen? Fœminæ antiquæ rarò utebantur pronomine.*
16. Marcellina *num poſitivè, vel dimitivè ſit dicta, & undè ejus origo?*
17. *Nomina matrum quandoque ad filios transfuſa. Viventes interdum ſibi ſepulchra parabant.*
18. *Celebre Annibalis effatum*: Cum potui, nolui: Cum volui, non potui.
19. *Homines quandoque aliquid faciunt, ut conſtet, ſe potuiſſe illud peragere.*
20. *Sejæ monumento inſcriptum eſt*, quod voluit, & potuit: quod potuit, & voluit.
21. *Expenditur, quænam potuerit eſſe ſignificatio præfatorum verborum?*
22. *Epitaphium erectum blandæ Catellæ ab hero, profitente, ſe illi poſuiſſe, quod potuit.*
23. *Datur alia interpretatio ſignificativa verborum*: quod voluit, & potuit &c.

RAtio humani commercii neceſſarios facit eſſe Pontes: per quos pervia fiant flumina; intranſibilia propter copiam aquarum. Alioquin vel nullatenùs, vel ſine ingenti circuitu perveniri non poſſet quò recto tramite per Pontes patet acceſſus. Unde Quintilianus: *Si rectum limitem rupti torrentibus Pontes inciderint, circuire cogemur* (1). Flumini Sapi nonnulli hodiè inſident Pontes; & adhuc plures olim ſuperextitiſſe noſcuntur. Apud *Sarſinam* aderat Pons lateritius, quem dudum aquarum impetus deſolavit: fitque illius memoria in vita S. Vicinii (2). Sacra item ædes erecta propè locum, qui dicitur *Rio torto* in antiquis ſcripturis vocatur *Eccleſia S. Mariæ de Cella ad Pontem Iſchii*; unde oportet in ejus vicinia ſupereminuiſſe Pontem eidem flumini. E conſpectu quoque *Riverſani* ſuus erat Pons, ut ferunt, conjungens utram-

(1) Quintilian. l. 2 cap. 13.

(2) Vide ſupra cap. 18. n. 6.

Digitized by Google

utramque partem territorii ejuſdem Caſtri trans, & cis curſum Sapis protenſi. Quem itidem Pontem alluvio aquarum ſubvertit. Simile infortunium paſſus eſt Pons olim exiſtens in Villa Marturani; per quem tranſivit Præſes, à Roberto Rege Neapolis miſſus ad regendam Romandiolam nomine Pontificio: qui primò Cæſenam ingreſſus eſt per Portam Ravennianam, Octobris menſe anni 1310. (3)

(3) Scipio Claram. Hiſt. Cæſ. lib. 12. fol. 468.

2. In præſentiarum verò adhæret Oppido *Fori Saraceni* ſaxeus Pons, illud nectens cum eleganti Eccleſia ſita ultrà ripam ejuſdem fluminis: facilemque præbens acceſſum frequentiæ circumſtantium populorum ad nundinas ordinarias, quæ qualibet feria ſexta, & ad extraordinarias, atque ſolemniores, pluriès per annum ſolitas in eodem Oppido celebrari. Quodque ponderari meretur; cum Sapis flumen ibi quandoque propter nivium colliquationem, vel exuberantiam pluviarum taliter intumeſcat, ac tantam ducat aquarum copiam, ut ipſiusmet Fori partem, præſertim inferiorem, non ſemel inundaverit; adhuc tamen idem Pons vim ipſiuſmet fluminis inconcuſsè coercet, ac undarum impetum, & excreſcentiam non formidat.

3. Subſiſtit & adhuc magnus Pons lapideus, in multos fornices diſtributus, S. Martini nuncupatus, & immediatè conjunctus mœniis Civitatis Cæſenæ, illiuſque Portę per antonomaſiam *Fluminis* appellatæ: ſub quo Sapim antiquitùs inceſſiſſe ſuperiùs notatum fuit (4). *Pons Sapis*, & Eccleſia *S. Martini propè Pontem fluminis* memoratur uſque ab anno 1186. in diplomate Letonis Epiſcopi Cęſenatis, edito favore Canonicorum ſuę Cathedralis (5). Quo ſuper Ponte, firmo equidem, prolixo, & amplo, plura prælia, & conflictus hoſtiles contigerunt; ſuperiùs recenſiti (6). De uno illorum refert Scipio Claramontius, quod anno 1263. gravis pugna inita eſt Cęſenę inter Guelphos, & Ghibellinos. Horumque factio pręvalens *totam Civitatem ultrà Pontem, omneſque illius*

(4) Vide ſupra c. 28. n. 22. & c. 29. n. 24.

(5) Mauzon. Chronol Cæſen. f. 181.

(6) Vide ſupra cap. 29. n. 24.

 vias

(7) Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 9. f. 328

vias percurrit (7). Pontem nempè S. Martini. Nam Pons de Branzalia tunc nondum extabat.

(8) Vide ſup. c. 28. n. 22.

4. Ex cauſis ergo ſuperiùs recenſitis (8) flumen Sapis, quod ſub prȩfato S. Martini Ponte pergebat, aliò ſubinde traductum fuit, ut memorat fama: nimirùm ad illud rectum iter, quod modò habet aliquantò remotiùs ab urbe Cȩſenȩ, inter Eccleſias hinc inde S. Mariȩ de Branzalia, & S. Rocchi: ubi anno 1397. elaboratus fuit Pons ligneus innixus ſublicis, de quo Hiſtoricus Cȩſenas: *Tum Pons Sapis propè Civitatem renovandus erat: onus ejuſmodi ita fuit inter Cives, & Ruſticos de more diviſum, ut ligna omnia, & eorum delatio ad Ruſticos pertinerent (erat enim tunc Pons ligneus): at pecuniæ in ferrum, & in mercedem operarum omnium erogatio ad Cives ſpectaret, qui eam inter ſe per æs, & libram, vel per familias colligerent* (9). Hic erat eo tempore Pons fluminis Sapis recto itinere properantis prope Cæſenam.

(9) Claram. lib. 15 f. 696.

5. Verùm quoniam iſte Pons propter aquarum impetum, ſine quotidiano ſumptu, & reparatione minimè poterat ſuſtineri; Andræas, dictus Malateſta de Malatȩſtis Cȩſenȩ Princeps anno 1404. ſuperſtruere incœpit eidem Pontem lapideum, adjutus ȩre alterius Andreæ de Bagnarola dicti, qui hȩreditatem ſuam ad hoc opus moriens delegavit (10). Pontemque ipſum per id tempus inchoatum, extulit ſucceſſivè, ac perfecit Malateſta Novellus, Andreȩ Malateſtȩ nepos, & mediatus in Principatu ſucceſſor (11). Qui ſanè Pons antiquitus erat ſolitus Conductori locari (12). Anno verò 1563. bini ex quinque magnis illius arcubus cecidere: ad quos reſtruendos Pius PP. IV. Civitati Cȩſenȩ mille aureos condonavit (13). Poſt alios circiter annos 80. iterùm proruere ob immanem fluminis exundantiam. Quos parùm provida cura prȩſidentium huic operi, ſolis ligneis fulcris, & adminiculis, inopportunè ſupplevit. Undè factum eſt, ut denique anno 1684. inundantis aquȩ impetu, nedum arcus illi adſcititii, ligneique corruerint; verùm etiam pila

(10) Chron. Cæſen. M. S. fol. 56. & 224

(11) Claram. loc. cit. lib. 16. f. 737.

(12) Ex Indice Scriptur. Communit. Cæſen. n. 146.

(13) Ex eodem Indice n. 174.

Digitized by Google

la ingens lateritia, intermedia, & primaria Pontis eoſdem ſuſtinens, ac deſtituta robore laterali, ſubverſa fuerit, & ſolo prorſus ęquata.

6. Quoniam verò ſinè ingenti auri profuſione, quę deterruit ęrarium Civitatis, nec vetus Pons tutò poterat reparari, nec alius coęqualis ex integro ędificari; prevaluit in publicis Comitiis opinio, quod aliquanto inferiùs à loco delapſi lateritii Pontis, alius novus ligneus excitaretur. Exitus tamen acta probans oſtendit, non benè utilitati publicę tunc fuiſſe conſultum. Nam poſt innumeras quotidianas, & propemodùm indeſinentes expenſas, in eo nedùm ędificando, verùm etiam dietim fulciendo, muniendo, ſuſtinendo, & reſtaurando erogatas, contigit, ut Sapis immani nuper incremento auctus aquarum, illum irreparabilitèr deſolaverit anno 1727. Jamque de novo conſtruendo Ponte apud Optimates Cæſenæ agitur, quo & Civium commodo, & itinerantium expedito inceſſui opportunè provideatur. Huicque ſalutari operi complendo Sanctiſs. D.N. Clemens PP. XII. nunc felicitèr regnans, munificentiſſimum ſubſidium quinque millium aureorum, hactenùs, me humillimè ſupplicante, donavit.

7. Magnificus itidèm Pons lapideus Sapi fluminis ſupereminet in loco, qui dicitur *Matelica*, commodùm acceſſum, & receſſum exhibens tum cõfluentibus ad vaſtũ Piſtrinum ibi ſitum, & pertinens ad inclytam familiam Romanam de Pamphiliis; tum incolis adjacientium hinc inde pagorum: & generalitèr cunctis ultrò citroque permeantibus, ut brevi, ac tuto itinere proficiſcantur ad ſua negotia complenda. Sed & inferiùs alius Pons reperitur uniens viam Ravennatem cum Cervienſi, quam interſecat Sapiis. Pons, inquam, dictus *il Ponte del Savio*, propè oſtium, quo idem flumen intrat in mare Adriaticum, inter Cerviam, & Ravennam: ubi & commodum eſt diverſorium, ſive taberna meritoria, in qua & hoſpites

Digitized by Google

recipiuntur; & ad celeritatem itinerantium, publicique tabellarii, equi mutantur.

8. Memoria denique Pontis *S. Gervaſii* ſuperinſidentis flumini Sapi, habetur in antiquis monumentis (14): cujus mentionem facit Claramontius noſter (15), necnon Hiſtoricus Ravennas, recenſens, quod anno 1236. Faventini, Forolivienſes, & Cæſenates junctis armis territorium Britinorienſe, & Foropompilianum, incendiis, & vaſtitate pervaſerunt: indeque inferiùs deſcendentes, inquit, *Ravennatum villas æqua ſtrage percurrunt, donec ad S. Gervaſii Pontem, quo propè mare jungitur Sapis, ventum eſt. Illud Ravennates duobus Caſtellis, & præſidio munierant: ſed præter opinionem excurrentibus eo Cæſenatibus, Faventiniſque, ii, qui præſidio erant, & longè pauciores, quam pro numero hoſtium, Ravennam fuga elapſi ſunt. Hoſtes diſturbato Ponte, Caſtelliſque, Domum præda onuſti rediere incolumes* (16).

(14) Chron. Cæſ. M.S. fol 97.
(15) Claram. Hiſt. Cæſen. lib. 8. f. 307
(16) Hieron Rub. Hiſt. Ravenn. ad an. 1236.

9. Quoad Eccleſias à flumine Sapi disjectas, memoria eſt, quod quatuor ſaltèm Cæſenę proximas deſolaverit: videlicet Eccleſiam *S. Laurentii* (olim ſitam in ſuburbanis hortis, nunc ad Epiſcopum pertinentibus, propè quartum Piſtrinum Societatis Molendinorum) ubi Monachi Camaldulenſes cum ſuo Abbate degebāt. Item Eccleſiam dictam *S. Michaelis*. Necnon aliam, appellatam *S. Nicolai*. De quibus tribus Eccleſiis ita Hiſtoricus Cęſenas: *D. Laurentii templum ad Sapim fuit translatum &c. ibique in egregiam molem extructum, & Camaldulenſibus Monachis, unà cum multis redditibus ſub Abbatiæ titulo aſſignatum. At juſſu Pontificio fuit Abbatia Cæſenati Epiſcopo in perpetuum anno* 1460. *&c. unita. Cumque Sapis partem Eccleſiæ demolitus pro ſua inconſtantia eſſet: in eundemque ſtatum ſacram D. Michaelis Ædem adduxiſſet; utraque fuit juſſu Petri Vicentini Epiſcopi ſublata. Quod idem proximis annis de D. Nicolai Eccleſia, Antiſtite Odoardo Gualando, cōtigit &c. & ibi ad rei memoriā*

co-

columna erecta (17). Præfatum D. Laurentii templum corruere incœpit anno 1490. (18).

(17) Claram. Hiſt. Cæſen lib. 5 f. 16.
(18) Chron. M S. Cæſen. f. 136.

10. Quarta demùm erat *Eccleſia S. Mariæ de Molendinis*, poſita in fine viæ, quæ tendit à Porta Ravennatę, ſivè Trovæ, inter Molatrinas publicas à ſiniſtris, & Ceſaulam à dextris, ad flumen Sapis. Eratque ſita aliquantò ultrà ultimum Piſtrinum: non multùm ampla, ſed elegans, & gypſeis toreumatibus, atque auro comptis ornata, B. Virgini Annunciatæ dicata, & pertinens ad Fratres Carmelitas. Magnus confluebat ad illam populi concurſus diebus feſtis, & multò major diebus anni ſolemnioribus. Ad illam ego, cum eſſem puer, multotiès acceſſi: à qua Sapis adhuc aliquantulùm diſtabat. Sed quoniam nullus de illo repellendo ſategit, omne ſpatium terræ paulatim abſorbuit: ac ſuper auctus quandoque ingenti aquarum copia, nocturno tempore partem ipſiusmet Eccleſiæ proſtravit, quæ deinde fuit penitùs deſolata.

11. Propè hoc flumen denique pluriès reperta ſunt marmora continentia Inſcriptiones antiquas, Ethnicorum tempore concinnatas. Multaſque referunt Philippus Antoninus, Janus Gruterus, Raineſius, ac Fabrettus, attribuentes illas urbi Sarſinati (19); quæ quoniam ſita eſt in colle propinquo Sapi; fit ex conſequenti, earum plurimas inventas fuiſſe in locis adjacentibus eidem flumini. Sat autem ſit illas hic innuiſſe, apud Auctores ipſos intuendas ab antiquariæ rei ſtudioſis, pro eorum libito. Nec enim pręſens opus tam immenſi numeri ſaxearum Inſcriptionum capax eſt. Vna non omittenda, extans apud Eccleſiam Parochialem S. Egidii de Sorbano, haud longè à Sarſina ſitam, & eidem flumini ſupereminentem. Quę inſcriptio ſcalpro inſculpta cernitur peramplæ tabulæ marmoreæ quadrangulari: continetque literis maximis, ac diligenter elaboratis, hęc bina verba dumtaxat: *Oſſa Saturninæ*. Ad aliquam itaque præclaram fœminam hoc marmor pertinuiſſe oportet. Sed quænam ea fuerit, gnoratur.

(19) Braſch. de Famil. Cęſen cap. 28. §. 5. num. marginal. 15.

12. In

12. In ripa quoque Sapis effoſſam fuiſſe fertur ſubſequentem ſaxeam Inſcriptionem: quæ deinde ad Civitatem Cæſenæ translata fuit: ejuſque meminerunt Cæſar Briſſius (20), & Maurus Verdonius (21) ambo Cæſenates,& eruditi. Cui tabulæ ſcalptoris arte ſuperinſerta ſunt hæc verba:

(20) Cæſar. Briſſ. Relat. di Ceſena a Clem. VIII. pag. 34.
(21) Verdon. delle Tribu n. 13. p. 11.

T. MANILIO C. F. HOR. RVFO
SEXTILIAE P. L. DATAE VXORI
SEXTILIAE P. L. PRIMIGENIAE
ANNORVM XIII.
DELICIVM EORVM
DATA
D. S. P. F. C.

Senſus illius eſt: *Tito Manilio Caii Filio Rufo Tribus Horatiæ: Sextiliæ Datæ Publii Libertæ uxori ejus: & Sextiliæ Primigeniæ Publii Libertæ, annorum tredecim delicium eorum; Data de ſua pecunia faciendum curavit.*

13. Videlicet quædam mulier, nomine *Data*, ſuis ſumptibus, ſive de propria pecunia, erigi curavit ſepulchrum, ſive Inſcriptionem hanc Tito Manilio Rufo, filio Caii, qui erat ex Tribu Horatia. Necnon Sextiliæ Datæ, Publii Libertæ, ac ejusmet Manilii Rufi vxori. Pariter & Sextiliæ Primigeniæ, quæ itidem erat Liberta ipſiusmet Publii, agebatque annum ætatis tertium decimum, quando fuit morte ſublata:& vivens erat delicium prædictorum jugalium Titi Manilii Rufi, ac Sextiliæ Datæ. *Delicium* eſt vox exprimens blanditias teneræ ætatis. Pueruli namque, ac adoleſcentuli utriuſque ſexus, grati parentibus, & dominis, qui de ipſis valde ſibi benè complacebant; affectu tenero appellari ſolebant *delicium* eorum,& quidē hoc ipſomet verbo generis neutri *delicium*, nedum ſi maſculi, verùm etiam ſi fœmellæ (22).

(22) Fabret. Inſcript. cap. 1. fol. 43. C. & ſeq. Reineſ. eod. tit. claſ. 18. n. 37.

14. Se-

Digitized by Google

14. Secus itidem flumen Sapis detectam fuiſſe memoria eſt urnam funeream, traductam poſteà ſuper collem S. Mariæ de Monte, ubi Conventus extat Monachorum Caſſinenſium. Cui urnæ ſuperſcriptum erat hoc epitaphium à Grutero relatum in ſua lapidea collectione(23).

(23) Gruter. Inſcript. Roman. fol. 706 n. 5.

SEIA . T. F. MARCELLINA SIBI ET
VIBENNIO MARCELLINO FILIO
VIVA POSVIT.
QVOD VOLVIT.ET .POTVIT.QVOD POTVIT ET VOLVIT

Clara ſunt verba hujus Inſcriptionis. Non admodum tamen clara eſt ſignificatio verborum, præſertim quoad lineam inferiorem literis minoribus exaratam. Exponantur ergo ſigillatim una poſt aliam cunctæ dictiones, ut ſatisfiat curioſitati ſimul, & eruditioni Lectorum.

15. SEIA T. F. ideſt *Seia Titi Filia*. Scito, quod *Seia* nomen eſt, non prænomen. Tum quia *rarenter mulieres prænominibus utebantur* (24): prout notum eſt eruditis (25): tametſi revera nonnullis quoque fœminis quandoque prænomen haud defuiſſe inveniatur (26). Tum quia *Seius*, & multò magis *Seia* inter antiqua prænomina non recenſentur à Sigonio in unum collecta(27) Neque inter ea, quæ Sigonianis adjunxit ſtudioſa ſedulitate Fabrettus (28). Tum denique quia ſi hoc in marmore teneret locum prænominis, vox *Seia* deberet eſſe conjuncta voci *Marcellina*, non interjecta ſiglis T. F. nempè *Titi filia*. Rarumque eſt exemplum, quod nomen fœminæ ſubſequatur paternum nomen.

(24) Alexan. ab Alex. Genial. l. 1. cap. 9 in fin.
(25) Braſch. de famil. Cæſen. cap. 2. n. 12.
(26) Gruter. in Indic. c. 19. §. Prænomen mulieris.
(27) Sigon. de Nomin. Roman.
(28) Fabrett. Inſcript. cap. 1. fol. 22. & ſeq.

16. MARCELLINA. Cognomen eſt juxtà morem antiquum, quod nunc promiſcuè quoque dicitur, nomen proprium, & perſonale alicujus. Et quia priſcis illis ſæculis decurrentibus pluriès accidebat, quod filiæ *ultrà primum, & gentilitium nomen, paternum cognomen diminutiva forma aſſumerent* (29); poſſet quiſque rationabiliter opinari, hanc mulierem dictam fuiſſe Marcellinam

(29) Idem cap. 3. n. 327. f. 172.

dimi-

diminutivè à patre, vel ab aliquo ſuorum antenatorum, cui nomen perſonale ineſſet, Marcelli: Nomen, virtutis, fortitudinis, & gloriæ plenum, utpotè à Marte deſcendens, bellorum, & bellantium tutelari (30). Verùm & prudènter judicari valet, quod hæc fœmina ſortita ſit nomen Marcellinæ ad placitum ſuorum genitorum, abſq; ullo reſpectu ad etymologiam, vel ſignificationem ejuſmet nominis.

(30) Urſat. Monument. Patavin. l. 1. ſect. 3. f. 92.

17. SIBI ET VIBENNIO MARCELLINO FILIO VIVA POSVIT. Quid ſibi velint hæc verba, non eſt operæ pretium explicare, cum de ſe pateant. Dumtaxat providum erit attendere, Vibennium hunc filium, nomen Marcelli ſortitum eſſe à denominatione materna: quod frequenter occurrit in antiquis elogiis: ubi nedum nomen proprium, & perſonale matris inditum filio; ſed etiam nomen gentilitium matris transfuſum in filios, eſt ſæpè ſæpiùs reperire (31). Tametſi viderentur à rigore Romanorum jurium deviare, qui ſic ſe gerebant (32). Hæc autem fœmina, dum adhuc in vivis exiſteret, ſibi, & filio ſuo præparavit monumentum, in quo poſt mortem, eorum corpora conderentur. Uſitatiſſimum verò fuit apud Ethnicos, quod adhuc dum viverent ſibi ſepulchrum poſt funera occupandum pararent: ut certò certiùs manifeſtant innumera marmora per Epigrammatographos recenſita (33).

(31) Vid. Fabret. Inſc cap 4. f. 319.
(32) Alexan. ab Alex. Genial. lib. 5. cap. 5. f 630.
(33) Fabret. Inſc. cap. 2. a f. 90. &c.

18. QVOD VOLVIT. ET POTVIT. QVOD POTVIT. ET VOLVIT. Hic eſt nodus Epitaphii. Nam etſi clarus ſit ſenſus verborum; difficile tamen eſt divinare intimam ſignificationem eorum; & cur fuerint præſenti marmori inſculpta. De Hannibale refert Plutarchus, quod cum illatà Romanis jam tertia exitiali clade apud Cannem, poſſet Romam feſtino gradu properare, illamque imparatam, & perterritam ſuæ potentiæ ſubjugare; Capuæ antiquæ dilitiis implicatus, ibi contra prudentiæ militaris optimum documentum, tamdiù conſtitit, donec Romam poſteà progreſſus, viribus reſtauratam,

tam; eam victricem expertus eſt, quam ſibi propoſuerat ſinè ambiguitate vincendam. Pœnitens tunc, tametſi ſerò, patrati erroris bellici, protulit illud memorandum epiphonema: *Cum potui, nolui: cum volui, non potui*(34).

(34) Vide Plutarc. in Annibal.

19. Mulier cujus hic eſt ſermo, ſuo, & filii monumento inſcribi fecit totum oppoſitum: *Quod voluit, & potuit: quod potuit, & voluit.* Hocque non ſinè gravi aliqua ſignificatione feciſſe, quiſque prudens debet rationabilitèr judicare. At quænam fuerit iſta ſignificatio, quis tutò poterit ariolari? diſplicet hominibus obſiſtentia, ſi quam fieri ſuis propoſitis experiuntur. Unde Perſius (35).

(35) Perſius.

Cur mihi non liceat, juſſit quodcumque voluntas?

Et idcircò interdùm aliquid faciunt eo ſolo titulo, ut conſtet, ſe illud & potuiſſe ſimul, & facere voluiſſe. Reineſius exhibet Inſcriptionem, ubi de quodam legitur: *Quod potuit hoc monumento facere, fecit animo libes*(36).

(36) Reineſ. Inſcript. claſ. 2. n. 82.

20. Quidam alius apud Gruterum profitetur: *Vixi quemadmodum volui*(37). Alius ibidem ait: *Feci quod volui monumentum* (38). Ità in rebus facultativis, exercitium libertatis proprii arbitrii ſe habere inſinuabant, qui talia lapidibus funereis inſcribebant. Seja ergo Marcellina quoque tantundem voluit oſtentare, quia protulit in ejus cophyno ſepulchrali: *Quod voluit, & potuit: quod potuit, & voluit*. Sed circa quemnam actum facultativum exercuit plenitudinem ſui arbitrii? Hoc opus, hic labor eſt, verum ſenſum ſui propoſiti divinare: cum ad innumeras res meri beneplaciti, liberæ voluntatis, abſolutique prorsùs arbitrii, ſinè difficultate poſſet extendi. Tamen recta ratio dictat hoc, quod ſcriptum fuit, nonniſi concernere aliquid, relationem habens ad ipſummet monumentum.

(37) Janus Grut. Inſcr. f. 920. n. 9.
(38) Idem Gruter. f. 1127. n. 1.

21. Fortè quo tempore conditum fuit iſtud epitaphium, nondùm inoleverat mos, quod homines in vivis adhuc exiſtentes, ſibi monumenta erigerent ſepulchralia: vel non niſi gravibus ex cauſis id facerent, benè pon-

Ddd de-

men,ad pręſentis Sapinę Inſcriptionis elucidationem adducta, conjecturalitèr tantùm dicta ſint , non aſſertivè . Nec locum habeant , niſi donec aliquis doctior Archæographus meliorem interpretationem Lectoribus exhibuerit .

FINIS

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
RERUM NOTABILIUM

Prior numerus paginam: poſterior numerum marginalem ſignificat.

A

ACademia. Principis eſt erigere Academias publicas: & alia de illis. 163.21. Privatas Eruditi ex ſe poſſunt erigere. 162.21. Ac ſe facere uniri alteri Academiæ, ſub quo titulo malunt. 163.20. Ariminenſis unita Arcadicæ. Ibi, & ſ.164.23. Hæc unio non præjudicat Riconi. 165. 25.26. Tituli plurium Academiarum Italiæ. 164.22.

Aemilia via V. *Via*.

Aeſis flumen olim finis Italiæ. 10.17.ſ.49.8. ſ.79.15. Inter Romanos, & Gallos Senones. 11.18.ſ.79.15.

Albertus Leander dicit errare ſumentes Luſum pro Rubicone. 46.11.ſ.48. 5.

Alea jacta eſt, dictum Cæſaris. 106. 24. ſ.124.20.&c.

Annus. Quot menſium, & dierum Romulus, & quot Numa conſtituerit. 100.3. Intercalatio cur, & à quibus fieret. 101. 13.15. Malè peracta num confundiſſet menſes, vel ferias. 104.20.21. Cæſar correxit annum. 101.14.&c. ſ.102.17. Qua inſertione dierum. 101.15. ſ.104.20. Quo anno id fecerit. 102.16.&c. Quiſnam fuerit annus confuſionis. 101. 15. ſ.102. 17. ſ.104.21. Gregorius PP. XIII. iterum annum correxit. 103.18. Quo anno Cæſar tranſiverit Rubiconem. 95.3. &c. ſ.99.9. Quo anno fuerit occiſus. 102.16.

Antiquitas multum prævalet. 288.20.ſ.327. 22.ſ.333.5. Rebus antiquis eſt ſuus honor ſervandus. 284.10.ſ.303.1. Quæ quia mutantur, non ex præſentibus inferendæ. 72.1.ſ.193.11.ſ.196.17.

Antoninus Philippus in Piſatello Rubiconem agnoſcit. 48.6. Ejus verba de Cæſare tranſituro hunc fluvium. 103.19.

Antonius Auguſtinus Piſatellum eſſe Rubiconem ſentit. 41. 19. ſ. 50. 9. Impugnat Sanctionem Rubiconianam. 50.9. ſ.286. 13. &c. Refellitur. 312.18. ſ.326.21. &c. ſ.339.18. ſ.351.19.

Apruſa, ſive Pluſa, vel Luſus fluvius, non eſt Rubico Cæſaris. 18.3. Ex Strabone 19.4. Ex Plinio. 22.7.&c. ſ.24.15. ſ.159.13. Ex Leandro. 46.1. Ex Antonino. 48.6. Ex Ariminenſibus. 159.13. Ex Matthæo Bruno. 268.19. Ex aliis 23.11.&c. Ex Geographis 22.9.&c. ſ.29.24. Ex aliis motivis, & Scriptoribus. 61.4. ſ.149.15. ſ.158.12. Male Titus dat ei nomen Rubiconis. 169.32.&c Male Coronellus notat ſitum ejus. 160. 16. Differt ab Aveſa. V. *Aveſa*. Nunquam fuit finis Italiæ. 81.18. &c. Nec item finis territorii Ariminenſis V. *Ariminum*. Valde diſtat a Ceſena. 64.9. Non eſt puniceus. 87.8. Nullum habet piſtrinum. 215.10. Non adeſt ei Pons magnificus. 206.14. 15. Non claudit Triangulum Polybianum. 253. 10. &c. Nullo titulo eſt dignior Ricone. 204. 11. ſ.217.13. ſ.218. 16.17. Quo magis magnificatur, eo minus eſt Rubico. 204.10.

Argumentum: negativum nil probat. 212. 14. ſ.264.10. ſ.336.12. A majori ad minus afficit. 351.17. ſ.371.11.

Ariminum. Ejus prerogative. 80.17. Urbs fortis. 135.13. ſ.138.18. Prima Civitas occurrens Cæſari trans Rubiconem. 137.16. ſ.139. 19. Colonia. 48. 6. Fines ejus ultra Luſum. 64.8. ſ.80.16. ſ.81.18. ſ.231.18. Uſq. ad Piſatellum. 48. 6. ſ.65. 10. ſ. 80 16. ſ.268.18. Quantum diſtet ob Oſtio Luſi. 78.13. ſ.81.19. A loco quo Luſus interſecat Æmiliam. 80.17.19. A Ricone. 143.4. Ariminenſium querelæ de nimia propinquitate hoſtibus. 80.17. Epitaphium de allocutione Cæſaris. 283. 8. Academia unita

Digitized by Google

unita Arcadicæ. 164.23.&c.Antiqui Ariminenſes non in Luſo, ſed in Piſatello agnoſcebant Rubiconem. 41.19. *ſ.* 56.10. *ſ.* 62.6. *ſ.* 89.11. *ſ.* 149.15. *ſ.* 159.12.13. &c. *ſ.* 224.4. *ſ.* 231.18. *ſ.* 268.19.20. Quomodo Rubico fluat apud Ariminum. 267.16. &c. Deſcribitur per unicum flumen ſui nominis. 263.8. Hocque ubi incipiat. 252.7. Cæſar clàm præmiſit milites Ariminum. 132.9. *ſ.* 135.13. *ſ.* 129.19. *ſ.* 148.14. Qua hora illud occupaverit. 115.2. *ſ.* 116.5. *ſ.* 119.20. *ſ.* 126.24. &c. *ſ.* 137.16. Non occupaſſet, niſi nocte adiiſſet. 138.18.19. Uti contigit Ramberto Malateſtæ. 139.18. &c. Non diſceptatur modo cum Ariminenſibus, quis ſit Rubico. 212.2. *ſ.* 223.2. Privilegium Friderici I. Imperatoris eis datum, favet Riconi. 64.8. *ſ.* 160.15.

Arioſtus: ejus carmina de Junipera Malateſta. 238.1. Verificabilia etiam de Ricone. 240.5.6.

Arioviſtus, ejuſque Milites velociſſimi. 145.7.

Arnus flumen terminus olim Italiæ. 11.17. &c. Ubi nam incipiat. 252.7.

Aſdrubal cæſus ad Metaurum præliare debebat ad Rubiconem. 14.24. Alia de eo. 145.7.

Aſteſanus Antonius, ejus carmina de Rubicone. 205.11.

Aveſa, ſive Apeſa amniculus diverſus ab Apruſa. 21.8. &c. *ſ.* 23.13. *ſ.* 160.14. *ſ.* 169.33.

Auguſtus Nili foſſas deterſit. 287.17. Oſtium Sapis fecit portum auguſtalem. 382.14.

Aurora, ſive crepuſculum matutinum quantum duret. 143.4. Eſt prima lux. 150.7. Poſt eam non ſequitur nox, ſed dies. 137.16. Stella Veneris ejus prodroma. 125.23. Sub Auroram tenebræ intenduntur. 125.22. *ſ.* 129.2. Cæſar non pervenit ad fluvium Rubiconem ſub Auroram, ſed orto jam Sole. 119.11. &c. *ſ.* 121.13. &c. *ſ.* 123.18. *ſ.* 128.1.2.3.

Auſpicia quotuplicia fuerint. 243.12. Quando ex pullis, quando ex avibus captarentur. 246.18.19. Cæſar contemnebat auſpicia. 244.14. Uti Proconſul ea non habebat. 245.15. Ejus ætate abierant in deſuetudinem. 244.14. Poterat ea ubique, ac omni hora ſumere. 247.20. An tranſiturus Rubiconem auſpicia captaverit. 123.18. *ſ.* 125.22. *ſ.* 244.13. *ſ.* 245.15.16. V. *Oſtentum*.

B

B*Altiæ* Mons, & ejus incolæ. 251.6. Non facit angulum. *Ibi*. Flumina ibi prope incipientia. 252.7.

Baudrand. Ejus ſenſus de Rubicone. 38.13. Ac de Sanctione Rubiconiana. 289.24.

Bellum, & bellicæ res. V. *Miles*.

Benedictus Cæſenas quis fuerit? Favet Riconi. 52.13. &c.

Bergomas Jac. Philippus, ejus ſenſus de Rubicone. 32.3.

Berlingherius Franciſcus poeticè favet Riconi. 51.12.

Blondus Flavius quis fuerit, & quid ſentiat de Rubicone. 32.2. *ſ.* 37.11. *ſ.* 73.3. De Sanctione Rubiconiana 289.21. *ſ.* 306.6.8. *ſ.* 318.4. De flumine Sapi. 385.19.

Bobium. V. *Boii Galli*.

Bocaccius Joannes in Piſatello Rubiconem agnoſcit. 49.7.

Boii Galli Senonum ſucceſſores. 11.18. Fines inter eos, & Romanos. *Ibi*, & *ſ.* 39.16. *ſ.* 79.15. Diviſi erant in 120. Tribus 289.2.3. Bobium Sarſinæ ab illis dictum. 391.7. Miſſus contra eos Romanus Conſul per Tribum Sapiniam. 391.6.7.9. *ſ.* 396.18. Victi a Romanis, novo prælio victores ſuperarunt. 397.18. Boii debellati. 322.13.

Bonacbinus Ambronus dominator Portus Cæſenatici. 52.14.

Bononia. Eſt ibi turris declinans à perpendiculo. 177.4.

Bractius Alexander quis fuerit? Favet Piſatello. 46.2.

Briſſius Cæſar. Ejus ſenſus de Sanctione Rubiconiana. 318.5.&c.

Brunus Matthæus diſtinguit Apruſam a Rubicone. 268.19.

C

C*Æſar* elocutione ſuperabat alios Oratores. 332.2. Aſtronomiæ peritus 101.14. Sæpe habebat in ore, ſi violandum eſt jus &c. *ſ.* 54.17. Severus erat exactor diſciplinæ militaris. 146.9. Contemnebat auſpicia. 244.14. Suos Milites blande vocabat Commilitones. 345.5. Correxit annum depravatum. 101.14. &c. *ſ.* 102.17. &c. Longa itinera brevi tempore exple-

p'ebat. 145. 7.9. Quoddam flumen ſulcivit. 183.18. Præerat Galliæ 7.10. Aliiſq. 2. provinciis 95.3. f. 111.25. Titulo Proconſulis 245.15. Quot annis ei præfuerit. 8.11. f. 95.3. Fines Galliæ in Italia quinam eſſent 11.18. V. *Fines*. Uſque ad Rubiconem erat intra ſuam provinciam 127.23. f. 132.9. f. 152 21. Arma movit contra Patriam ſub prętextu negati ſibi 2. Conſulatus 95.3. f. 97.6. f. 309.12. Romani noluerunt cum eo paciſci. 97.7. f. 111.33. Quot Legiones ſub ſe haberet in Gallia 95.3.5. f. 111.33. Illis ibi relictis venit Ravennam: quas inde ad ſe acceſſivit. 111.33.34. Ravennę repauſavit. 135.13. Illuc venerunt Tribuni Plebis Roma pulſi 96.4. f. 97.5. Tunc ipſe erat corpore male affectus 116.5.6. f. 118.8. f. 131.6. Tamen bellum Patriæ inferre aggreſſus eſt. Qua hora diſceſſerit Ravenna verſus Rubiconem. 114.1. f. 116. 4.6. f. 123. 19. Via occulta diſceſſit 105.23. f. 114.5. &c. Viam in itinere amiſit 105.24. f. 114.1. f. 106.1. f. 118.9. f. 123.19. Quo in loco 325. 15. Pervenit ad Rubiconem orto jam Sole. 116.4. f. 119.10 f. 121.13. f. 123.19. f. 125. 23. f. 128.1 &c. f. 136.15. f. 140.20. f. 146. 27. f. 152.18. Mulis tractus in vehiculo illuc proceſſit 107.26. f. 116.5. f. 118.8. f. 162. 19. Quot peditum cohortes haberet ad Rubiconem. 107. 6. &c. 111.33. f. 122.17. f. 162.10. Quot equites 107.26. &c. 111.33. f. 122.17. f. 162.19. Iuſſum ei fuerat, ut dimitteret exercitum. 95.3. &c. f. 97.8. f. 309.13. &c. f. 318.3. &c f. 33 .13 Per aliquot horas conſtitit apud Rubiconem 119.10. &c. f. 122.17. f. 125.23 f. 1 0.5. &c. f. 133.11. f. 136.15. f. 161.18. Dubius an transiret 308.10. &c. Ibi vidit oſtenta 12. 20. f. 106.24. f. 124.20. f. 129.2. f. 131.6. f. 142. 12 Dormivit 131.6. &c. An Auſpicia ſumpſerit. V. *Auſpicia*. Super colle Cæſaris cum amicis conſultavit, an tranſeundum 110. 32. f. 134.10.12. Quo anno tranſiverit Rubiconem. 95.3. &c. Quo Menſe 99.10. &c. f. 103.19. f. 105.22. Quo die Menſis. 99.11. f. 103.18. f. 104 22. Qua hora 116.4. f. 125.23. f. 136.15. f. 140.20 Quo in loco: vel circa Villam Ruffi. 108.28. f. 144.5. f. 147.12. f. 207.16. Vel per Pontem viæ Æmiliæ. 108.28. f. 109.30. f. 111. 32. f. 147.12. An tranſiverit Cæſena 109. 30.32. f. 235.27. f. 323.15. Illius iter non fuit littorale 7.10. f. 9.13. f. 105. 23. &c. f. 109.30. f. 117.6.7. f. 197.18. f. 235.26. &c. 336.12. Ubi protulerit, jacta ſit alea 106. 24. f. 124.20. &c. Rubicone tranſgreſſo concionem habuit ad Milites. 122.16. &c. f. 135.15. f. 283.8. Qua die, ac hora Ariminum occupaverit. 115.2. &c. f. 116.5. f. 119.20. f. 126.24. &c. f. 137.15. f. 138. 18.19. Tenui exercitu, qui mox auctus eſt, patriam oppreſſit 112.33. &c. f. 146.10. Volebat videri ejus defenſor 362.15 f. 364. 18.19. Titulum ſumpſit Imperatoris 15. 26. An fuerit Dictator f. 162.19. Una Tribus ab ejus nomine dicta eſt 393.10. Potuit 2. horis a Rubicone Ariminum pervenire. 145.8. Conſecravit Rubiconi gregem equorum. 13.22.

Cæſena eſt in 8. regione Italiæ. 395.16. Non in Piceno. 304.14. Sed in antiqua Umbria 388 1. f. 391.6. Dicta Sena a Gallis Senonibus 20.5. f. 395.15. Eſt Sena Strabonis 19.4. &c. f. 171.37. f. 264.9. f. 395.15. Cæſa eſt ab amniculo, & ager ejus a 2. fluminibus. 40.17. &c. 42.21. f. 262.5. Cæſar eam commiſerat regendam fido amico 110. 31. Idem adiens Rubiconem an tranſiverit Cæſena 109.30. &c. 111.32. f. 235.27. f. 323. 15. Inſcriptiones antiquæ apud illam. 468. 12. 14. Ipſam laudat Torſanus 42.21. Statuta ipſiuſmet quam antiqua 178. 6. f. 230.17. S. Rocchus ibi moratus eſt. 279.8. Territorii illius fertilitas 381. 11. Hoc pluries fuit ſubverſum 389 22. f. 325.18. Nunquam pervenit ad Luſum 60. 5. Societas Molendinorum 381. 12. f. 386.22. Cæſena pro ſuo habet Rubiconem. 176.1. f. 212.3. Eique deputat Officiales. 213.5. Mutavit partem illius alvei 74.6. Cæſenates condiderunt Portum Cæſenaticum. 75.7. Pro Piſatello intelligunt, & cultiores dicunt Rubiconem 230.16. &c. f. 231.18. Contendunt de finibus cum Ravennatibus. 385.21. Eos, & alios prælio vincunt 397.19. Cæſena obſeſſa a Ghibelinis 393.22 Exercitus ibi prope caſtrametati 397.19. &c. Alia V. *Ariminum*. V. *Pons*.

Cæſenaticus Portus conditus a Cæſenatibus 75. 7. Litteris Marinum ibi creſcit 77. 10. f. 107. 18.19. Locus ille olim dicebatur *Ad Novas* 41.19 f. 74.5. f. 75.7. f. 78. 13. Bonachinus dicti Portus dominus 52. 14. Invaſus a Ghibelinis 390.22. Illuc olim fluebat Rubico. 52.14 f. 72.3. f 73.3. Optaretur illuc ex Cæſena duci canalem navigabilem 178 7.

Calepinus quantæ ſit auctoritatis 38. 12. f. 318.

Digitized by Google

f.318.3. Ejus ſenſus de Apruſa 22.10. De Rubicone. 37.12. De Sanctione Rubiconiana.317.3.
Centenaria vim habet veritatis, & melioris tituli allegabilis 305.3.
Chalcedonii dicti incolæ terræ Cæcorum. 180.10.
Cicero ſategit avertere periculum belli civilis 100. 12. Suadebat annui petitioni Cæſaris 97.5. Indigitat quo die hic tranſiverit Rubiconem 99.11. Cicero titulo Imperatoris quandoque potitus 340.21.
Citatio: illius defectus eſt inſanabilis: 166.26.
Claramontius Scipio ſcripſit pro Ricone 56. 10.f.90.14.
Claſſis Oppidum unde dictum, & plura de eo. V. *Ravenna*.
Claudius Nero Conſul ex Apulia feſtinus occurrit Aſdrubali ad Rubiconem.14.24. f.145.7.
Clemens PP.VIII. dubius an tranſiret Rubiconem.12.19.f.185.23.f.220.20.f.319.6.
Chiverius Philippus qualis fuerit.24.14. Pro Sena intelligit Cæſenam 19. 5. Male confundit Apruſam cum Aveſa.21.9.f.23. 23. &c. Favet Riconi.39.15. f.41.19. f.86. 5. f.88.11. f. 287.18. Quem dicit finem Italiæ. 21.18. f.39.16. Carpit Sanctionem Rubiconianam.39.15. f.287.17. &c.
Cognomen ſumitur etiam pro nomine 409. 26. Antiquitus cognomina non erant 18.23.
Cohortes ex quot militibus coaleſcerent 112.33. f.347.9.10. Quot haberet Cæſar ad Rubiconem 107.26. f.111.33. f.348.11. Hæ ſtationem per arva ſuſceperant 134. 12. Alias Cæſar a Lucretio recepit 112.34.
Collis Cæſaris prope Rubiconem ubi Cæſar cum ſuis egit, an idem fluvius eſſet tranſeundus. 110.32. f.134.12. Eccleſia illius loci dicta de Rubicone.62.4.
Coloſſeum exiſtens Veronæ.177.4.
Concio. Cæſar ad Milites concionem habuit 122.16. &c. f.136.15. f.283.8. Epitaphium de illa.283.8. Quomodo milites aſſiſterent concioni Ducis.137.15.
Confinia locorum. V. *Fines*.
Conſul. Apex dignitatum erat Conſulatus 352.19. Negatus Cæſari dedit anſam ejus bello contra patriam. 96.5. f.97.7. Differentia unius anni in Conſulatibus. 96. 4. Conſules erant ſubditi legibus 337.14. f.339.19. f.352.19. f.331.11. Quo tempore deſignarentur, &c. 98.8. Sortiebantur provincias pro bellis. 339.17. f.350. 15.16. f.353.22. Poterant leges ferre 281.3. f.333. 6. Quandonam evaderent Proconſules 350.15. Vox *Cos*. tam 1. quam 2. Conſules ſignificat. 339.18. &c. Quando nam huic voci abbreviatæ fuit *N*. addita 338. 17. Conſules obvii Aſdrubali ad Rubiconem.141.24.
Coronellus Vincentius inſubſiſtentia ſcribit de Rubicone 156.7. f.161.16. &c. f.158.11. Malè ſtatuit locum Sanctionis Rubiconianæ. 156.7. 8. Plura male aſſerit de Ricone, de Luſo, de Cæſare. 157. 9.10. Refutatur. 158.11. &c. f.160.16.
Corius Bernardinus; ejus ſenſus de Sanctione Rubiconiana.319.7.
Crepuſculum matutinum V. *Aurora*.
Cruccius perperam quæſivit Rubiconem circa Ariminum.43.24. f.195.15. f.198.20.
Cyrus Perſarum Rex diviſit Gyndem in 160. rivulos.190.12.

D

Danubius recipit 60. flumina. 190. 5. In decurſu nomen Iſtri ſumit. 13. 21. f.191.6. Pons ei erectus a Trajano 208.17. Rex Perſiæ, cur ex illo ſumeret hauſtum aquæ. 216. 11. Tentata Multaviæ traductio in Danubium.192.12.
Delicium in antiquis inſcriptionibus quid ſignificet.408.12.13.
Denominatio fit a digniori. 25.17. f.78.12. f.193.11. V. *Titulus*.
Deſiderius Longobard. Rex, & ejus lex ſpuria.284.9.
Dictator poterat leges ferre. 333.6. Suberat legibus 337.14. f.352.20. Cæſar an, & quantum fuerit Dictator. 162.19. Verbum Dictator in Sanctione Rubiconiana non eſt.162.19.
Dies. Qua die Cæſar tranſiverit Rubiconem. 99.11. f.103.18. f.104.22.
Dignus. Nec hominum dignitas à proceritate æſtimatur, nec fluminum à prolixitate. 25.18. Denominatio fit a digniori 25.17.
Doglionus, quid ſentiat de Apruſa. 22.11.
Dolus nulli debet patrocinari.166.26.

Ec-

Digitized by Google

E

ECcleſia. Variæ Eccleſiæ dirutæ a flumine Sapi.406.9.10. Eccleſia S. Martini in Rubicone 60.2. S. Mariæ Rubiconis de Calexidio. 62.5.
Edictum quodnam ſit, & quanta ejus vis. 281.3. V. *Lex*.
Elocutio non ſemper alienis auribus metienda: eſtque diverſa in hominibus. 331. 2. Ex ea ſola non infertur aliquid eſſe ſuppoſititium. 332.3.4. Qualis debeat eſſe in legibus.333.5.
Entius Rex Sardiniæ captus in prælio, & in carcerem detruſus.136.14.
Enunciativa, unica, vel incidenter facta, ſive ad inſtantiam alicujus, vel vigente dubio rei enunciatæ, quanti afficiat 165.25.
Equus. Cæſar dicavit Rubiconi gregem equorum: qui &c.13.22. V. *Euphrates*.
Euphrates parvus eſt in ſuo initio.277.2. olim ſolus intrabat in Sinum Perſicum.194.12. Nunc junctim cum Tigri.196.16. Lucullus taurum imolavit Euphrati.13.22. Cur Calipha Ægypti mitteret illuc equum ad bibendum. 216.11.
Exarchæ Græci dominantes Romandiolæ. 228.13.
Exercitus V. *Miles*. V. *Cohortes*.

F

FAcultativi actus. Eorum non uſus non præjudicat non utenti.230.17.
Federicus I. Imper. ſuo privilegio dato Ariminenſibus, favet Riconi 64.8. *f*.160.15.
Ferrarius Philippus quis fuerit. 36.9. Senſus ejus de Rubicone.36.8 &c. De Apruſa. 22.10. De Sanctione Rubiconiana 318.4.
Fines, & confinia locorum ex variis rebus conſtant 4.3. &c. *f*.204.11. *f*.257.18. Cur ſtatuantur. 253.11. Fines Terræ promiſſionis, Exarchatus, Angliæ &c. 4.14. Fines Romanæ potentiæ quales. 10.16. *f*.79.14. &c. *f*.81.18. Rubico finis Italiæ.11.17. &c. *f* 39.16. *f*.49.3. *f*.79.15. V. *Rubico*. Finis inquam Italiæ, non autem Romanæ ditionis. 313.21.
Flaminia Provincia. V. *Ravina*.
Flumen an differat ab Amne.357.2. Non eſt majus alio, quia ſit prolixius 5.6. *f*.25. 18. *f*.218.16. *f*.266.15. Timauus eſt brævis 218.16. Gyndes diviſus in 160. rivulos 192.12. Flumen non eſt quod caret aquis 176. 2. Et alveo, ac ripis. 179. 9. Eſt perenne tametſi æſtate areſcat.185.21. Debet habere initium, & finem, ac oſtium 188.1. *f*.192.7. Flumina ſolent eſſe limites inter ditiones. 5.5. &c. Eſſe poſſunt limites quamvis parva. 4.4. &c. *f*. 5.6. Magna flumina parva ſunt in ſuo initio. 377. 2. Eſt flumen etiam illud quod intrat in alio 190. 5. 6., & perdit in eo nomen. 76.9. *f*.191.6.7. Nomina indecora fluminum 229.14. Non eis præjudicant. 225. 6. Nomina hominum a fluminibus deſumpta 28.22.23. Non tollenda fluminibus ſua nomina. 170. 34. Interdum nomen mutant. 13.21. *f*. 191.6. *f*.227.11. Aliqua mutaverunt partem alvei. 190.12. *f*.194. 12. &c. *f*. 384. 17. Difficultas militum in tranſeundo flumina.12.19. *f*.123.17. Aquis turgida non tranunda nocte 129.3. Illa tranſiturus deponit calceos.136.15. In omnibus vadunt beſtiæ ad bibendum 216. 12. Fabula, quod flumina cernantur in Luna. 209.20. *f*.216.12. *f*.264.8. Et quod a 150. annis dilataverint alveum 250.16. &c. Taurus imolatus Euphrati: & Equi dicati Rubiconi. 13. 22. Auguſtus Nili foſſas deterſit, aliaque ſimilia. 183. 17.18. Omnia flumina alicubi muniuntur aggeribus. 183.17.
Forolivium a Livio Salinatore nomen habens. 284.9.
Frizzolus Laurentius ſe dicit accolam Pruſæ, non Rubiconis. 249.1. &c.

G

GAleria Vaticana. V. *Pinacotheca*.
Gallia utraque commiſſa regimini Cæſaris. 8.11. *f*.95.3. Ciſalpina quouſque ſe extenderet in Italia. 11. 18. f. 126. 23. *f* 205.11. Rubico Galliæ Italicæ finis. 8.12. *f*.11.18. *f*.79.14. &c. *f*.82.20. *f*.204.11. Durante Dominatu Gallorum in Italia. 322. 13. A Rubicone ad Apenninum erat Gallia Ciſalpina. 11.17. *f*.81.18. *f*.205.11. Cujus triangulum Polybianum differt a Straboniano. 252.8. Galli Boii, & Galli Senones. 11.18. *f*.79. 15. *f* 171.37. &c. Eorum profligatio. 322.14. V. *Boii*. V. *Senones*.

Garilianum flumen in decurſu mutat nomen.191.6.
Geographi quo ordine res notent.25.17. Tabulæ inſigniores Italiæ memorantur.168.30. ſunt uniſonæ circa Rubiconem.23.12. *ſ*.47.3.*ſ*.68.17. *ſ*.70.29. Claromontana, & Villania. 169.33.34. Fit mentio Anticathonum, & hominum fictorum, ubi ſint. 214.7. Alia.V.*Coronellus*. V.*Gallia* V.*Titus*.
Grotius Hugo, ſenſus ejus de Sanctione Rubiconiana. 317.2.
Gruterus Janus impugnat Sanctionem Rubiconianam, & alias inſcriptiones Romandiclæ, favetque Deſiderianæ.283. 7. &c.

H

HAnnibal expectans fratrem in Apulia deluſus fuit. 14.24. Ejus celebre dictum, *cum potui, nolui*.410.18.
Henricus II. Anglus brevi tempore longum iter explens.145.7.
Hiſtoria. Aliæ leges Poeſis, aliæ Hiſtoriæ 239.4. Poetæ poſſunt aliquanto declinare ab Hiſtoria. *Ibi*.
Holſtenius Lucas qualis fuerit.40.18. Monet Villanium de errore circa Rubiconem 40.18.&c.*ſ*.89.11.
Hora, qua Cæſar diſceſſit Ravenna: qua tranſivit Rubiconem: qua occupavit Ariminum. V.*Cæſar*. Quot horarum tunc eſſet nox.103.20.*ſ*.117.7.

I

IActa ſit alea, verba Cæſaris, ubi prolata.106.24.*ſ*.124.20.&c.
Imperium, Quid olim, & quid modò ſignificet Imperatoris titulus. 15.26. *ſ*.340.20.21. Erat major dignitas militaris, non regia.352.20.Pompejus,Metellus, Cicero &c. titulo Imperatoris decorati. 340. 21. Leges Romanæ præcipiebant Imperatori militum. Ibi, & *ſ*.352.20. *ſ*.371.11. Imperium Romanum initium habuit apud Rubiconem. 15. 26. Incæpit in Cæſare 341.22.Olim tenebat duas claſſes maritimas. 382.14.15.
Ineptiæ 12. propoſitæ contra Riconem, & confutatæ 223.2.*ſ*.232.20.*ſ*.235.26.*ſ*.238.1.*ſ*.241.7.*ſ*.243.11.*ſ*.249.1.*ſ*. 251.5. Ineptæ nugæ ſilentio prætereundæ. 243.10.
Inſcriptiones antiquæ. Illarum auctoritas 336.12.Diverſitas ſtyli earum.336 4. Repertæ apud Sapim. 380.9. *ſ*.407.11. Exiſtentes Cæſenæ. 408.12.14. Erecta catellæ 410.22. Ethnici viventes parabant ſibi monumenta. 410.17. Chriſtiani quandoque utebatur inſcriptionibus revulſis Ethnicorum. 328.25. Delecium eorum in Inſcriptionibus quid ſignificet.408.12.13. De inſcriptione Rubiconiana. V.*Sanctio*.
Inſpectio ocularis omnem probationem ſuperat. 177.3. Chalcedonii cur dicti incolæ terræ cæcorum.180.10.
Intercalatio. Vide *Annus*.
Italia dicta etiam aliis nominibus. 9. 14. Separata a Sicilia freto Siculo.177.4. A quo ad Rubiconem,& Arnum erat. Italia. 11. 17.*ſ*.81.18. Dividebatur enim olim in duas partes. 8.11. Rubico erat ejus finis 10.15.*ſ*.11.17.*ſ*.39.16.*ſ*.49.8.V.*Fines*.Lingua Italica quando incæperit 227. 10. *ſ*.228.13.
Itinerarium Hieroſolymitanum numerat diſtantias locorum à Ravenna ad Ariminum.41.19.*ſ*.76.8.*ſ*.78.13.&c.*ſ*.143.4.
Junipera Eſtenſis. V. *Arioſtus*.

K

KAvina Petrus Maria, ejus ſcriptio de ſignificatione Faventiæ.170.35. Male interpretantur Strabonem.171. Perperam dat Luſo nomen Rubiconis. 171.37. Subvertit honorificentias finitimarum urbium 171.36.

L

LÆlius ad omnia facinora promptus favore Cæſaris. 364.19.20.
Leander Albertus.V.*Albertus*.
Legiones ex quot militibus conſtarent. 112.33.*ſ*.347.10. Quot ſub ſe haberet Cæſar in Gallia. 95.3.*ſ*.97.5.*ſ*.111.33. *ſ*.348.11. Quaſdam ibi reliquit pergens Ravennam 111.33.*ſ*.348.11. Tres recepit a Domicio. 112.34.
Lex, leges. Naturalis eſt inſita hominibus 313.20. Pœnalis non afficit quos non nominat. 338.15. Nec res quas non expreſſit

Digitized by Google

357.3. Leges 12. Tabularum, Pontificales, & Augurales. 353.22.23. Incidebantur æri, vel marmori in loco publico. 320. 8. &c. Quo ſtylo conceptæ. 333. 5. Verbis imperativi temporis. 353. 22. 24. Quandonam lex eſſet quid ſacrum. 368.2. Quinam magiſtratus leges ferre poſſent 333.6. Quid eſſent Plebiſcita, & Senatus conſulta. 368.3.4. Cujus juſſu leges promulgarentur. 333.6. &c. Opus erat conſenſu populi, & approbatione Senatus 336.11.f.352.19. Obſignatio legum qualiter fieret. 371.10. Centuriatæ, & Curiatæ leges, unde dictæ. 369.5. Exprimebant quandoque pluribus, quod poterat paucioribus. 338. 16. f. 357.4. Præcipiebant etiam Conſulibus.337.14.f.339.18. f.352. 19.f.371.11. Imperatoribus militum. 340. 21.f.352.20. Dictatoribus. 337. 14. f. 352. 20. Diverſis Magiſtratibus. 337.14.Leges renovari poſſunt.312.18.f. 314.22. Pænales vocare debent prævaricatores in culpam. 360.10.12. Duplex pœna Romæ fuit in uſu. 362. 14. Titulus legis ubi ponendus. 370.7. In legibus S.C. quid ſignificet 368.4. Quid S.P.Q. R. 370.9. Lex, Edictum, Sanctio, Decretum &c. velut Synonyma.367.2. Variæ leges 313.19. f.314. 22.f.320.8. f.337.14.16. f.339.19. f.340. 21. f. 352.20.22.23.24. f.358.4. f. 359.8. f.361.11.14. Omiſſum in legibus habetur pro prætermiſſo. 213.4.

Livius Salinator contra Aſdrubalem ad Rubiconem, & Metaurum.14.24.

Loydius in Piſatello agnoſcit Rubiconem 43.23.

Luna. Fabulantes in ea cerniflumina, 209. 20. f.216.12. f.264.8. Homines. 214.7.

Luſus fluvius, de eo vid. *Apruſa*.

Lux. Ad lucem, & prima lux quid ſignificet 120. 12. &c. f.128.1. f.137.16. &c. f.150.17. V. *Aurora*.

M

M*Aginus* Jo: Antonius in Ricone Rubiconem agnoſcit. 47.3.

Malateſta familia dominatrix Cæſenæ, & Arimini Riconi dat nomen Rubiconis.63. 7. f.240. 5. Junipera Malateſta, de qua Arioſtus. 238.1.f.240.5. &c. Rambertus Malateſta tentat Ariminum. 138.18. Piſtrina 4.hujus familiæ 382.12.Alia de Malateſtis.398. 20.&c.f.404.5.

Manutius Aldus: ejus ſenſus de Sanctione Rubiconiana 38. 14. Ex illa ſtatuit regulam Ortographiæ.306.7.f.344.3.

Mare: littus ejus alicubi quotidie creſcit.77. 10. &c. f.197.18.19.f.206.15.f.219.19.

Medicina docet, corpus tabidum quo magis nutritur, eo magis infici.204.10.

Mendacium inſpectione oculari convincitur 277.4. Diſſolvitur dicendo, quod eſt mendacium. 201.5. Qui ei nititur, paſcit ventos. 176.3. Malignæ mentis eſt. 229.14. f.232. 19. Peccat & qui mentitur, & qui mendacia non refellit 175.1. Mendacia 12. contra Riconem. 176. 1. f.179.9. f 184. 91. f. 188.1. f. 192. 8. f. 195.15. f. 200.1. f.203.7. f.205.12. f. 210.1. f.213.6.f.217.14.

Menſis quo Cæſar tranſivit Rubiconem. 99. 10. f.1.13.19. f. 105. 22. Quibus menſibus ille interpoſuerit correctionem anni. 101. 5. f.102.18. f. 104.21. A Gregorio XIII. cui menſi adhibita fuerit correctio.103.18.

Merula Gaudentius in Piſatello Rubiconem agnoſcit. 43.24. f.198.20.

Merula Paulus quis fuerit. 25.7. &c. Ejus ſenſus de Apruſa. 22.10.De Rubicone. 35. 7. De Sanctione Rubiconiana. 307. 8. f. 311.17.

Miles, & res militares. Arma ſunt membra Militum. 135. 14. Armatus quis dicatur 349.13. Quæ olim eſſent ſigna militaria 346.7. Hæc, arma, & comeatus neceſſarii in bellis.358.6.8. Sacramentum militare qualiter, & quando exhiberetur. 123.18. Ac eis concio haberetur.137.15.Docebantur celeriter ambulare. 144.6.7. Poterant 2.horis 12. milliaria explere, 145.8. f.147. 11. Novi milites cujus ætatis conſcriberentur, & ubi tyrones pugnarent. 343.11. Commilitones milites honorarii. 345.5.6. Quot pedites, quot æquites uno ſub vexillo. 347.8.9. Quid Manipularis, quid Turma legionaria ſignificet. 246,7.8. Pugnaturi egent requie. 133. 9. f. 135. 13. Milites quænam onera ferrent. 135. 14. f.144.6.Cautela in tranſitu fluminum. 12. 19. f.123.17. f.129.3. f.136. 15. Minora officia militaria. 351.18. Majus omnium Imperatorium 352.20. Conſules præerant bellis. V.*Conſul.* Interdum quoque Proconſules, Prætores, & Proprætores. 350. 15. &c. Cæſar graviſſimus exactor diſciplinæ militaris. 146.9. V. *Cohortes*. V.*Legiones*.

Morerius Ludovicus in Ricone Rubiconem agnoſcens.50.10.

Munſterus; ejus ſenſus de Rubicone. 38.14.

N

NArſes deſtructor Gothorum, ejuſque Pons. 208.19.

Negativum argumentum nihil probat. 222. 4. *f.* 264 10. *f.* 336.12.

Nilus olim unico oſtio intrabat in mare. 192.12. Auguſtus ejus foſſas deterſit. 183. 17. Rex Perſiæ cur ex illo ſumeret hauſtum aquæ. 216. 11.

Nizzolius Marius: ejus ſenſus de Rubicone. 37. 11.

Nomen habere decorum, vel indecorum parum refert. 224. 5. 6. Similitudo nominum facit unum ſumi pro alio. 29. 24. Nomina quandoque obſoleſcunt. 224. 5. Dandum eſt nomen cui res ineſt ſignificata per nomen. 226.7. Minor amnis perdit nomen in majori. 76. 9. *f.* 190. 5. &c. Flumina quædam nomen mutant. 191. 6. Nomen filii diminutivè ductum à Patre, vel Matre. 410. 16. 17. Piſatelli nomen an ſit indecorum. 225. 7. Etymologiæ nominum malè deductæ. 216. 8.

Ad Noves quid connotet. V. *Caſenaticus* portus.

O

O. Hujus literæ loco V. pluries adhibita. 334.8.

Obeliſcus Vaticanus erectus à Sixto Quinto. 177.4.

Objecta diluenda ſunt reſponſis. 94. 1. Ne videantur prævalere. 223. 1. Oppoſita Riconi. 94. 2. Ex diſtantia ab Arimino. 114. 1. &c. Ex ſanctione Rubiconiana. 153.1. &c. Ex Vincentio Coronello. 157. 9. &c. Ex Academia Arcadica. 162. 20. Ex Tabula Titana. 166.27. Ex Petro Maria Kavina. 170. 35.

Ogri Eremus data S. Petro Damiani. 379.7.

Omiſſum in legalibus habetur pro prætermiſſo. 213.4.

Ortelius Abraham quis fuerit, & ejus ſenſus de Rubicone. 33.4.

Oſtentum. Aruſpicibus deferenda erant oſtenta. 383.23. Cæſar tranſiturus Rubiconem vidit oſtenta. 12. 20. *f.* 106. 24. *f.* 124. 20. &c. *f.* 129. 2. *f.* 131. 6. *f.* 243. 12. Hæc cerni non poſſunt, niſi clara ſit dies. 125. 22. *f.* 129. 2., V. *Auſpicia*.

P

PAdus recipit in ſe 30. flumina. 190. 5. Pars ejus æſtate areſcit. 185. 21. Anemo traductus in Padum. 194 13. Eridanus imago cæleſtis. 216. 12.

Parapegmata quid eſſent. 320.8.

Patria defendenda, non oppugnanda. 364. 18. Delinquens contra Patriam ſeverè puniendus. 365. 21.

Pœna conciliat legibus obedientiam. 360. 10. *f.* 362. 12. Quandonam faceret leges eſſe ſacras. 367.2. Duplex pœna apud Romanos erat Commonitionis, & Animadverſionis. 362.14. Major omnium pœna erat adjudicari hoſtis P.R. 362. 15.

Pœnates Dii unde dicti: Aſportare illos immane crimen erat. 363. 16. Gravi pœna dignum. 365. 21. Obſidentes urbes evocabant illos, ut abirent. 364. 17.

Peritus. De rebus judicare debent ij, qui ſunt ipſarum periti. 327. 22. *f.* 332. 3.

Perottus, ejuſque ſenſus de Cæſenæ nomine. 40. 17.

Petronius Arbiter, illiuſque carmina de Cæſare apud Rubiconem. 106. 24. *f.* 124. 20.

S. Petrus Damianus incola eremi propè Sapim. 370. 7.

Philippus Rex Macedoniæ breui tempore longum iter explens. 145.7.

Pinacotheca Vaticana, & ejus elegantia. 67. 16. &c. Inſtaurata, & correcta ab Vrbano VIII. *f.* 300. 4. Carpta à quodam ſuſurrone. 69. 18. Dat nomen Rubiconis Piſatello: addita ſanctione Rubiconiana. 67. 16. *f.* 282. 5. 6. *f.* 305. 4. Conſonatque cum præcipuis tabulis Geographicis circa Rubiconem. 70. 20.

Piſatellum Caſtrum. 65. 10. Piſatellus fluvius. V. *Rubico*.

Plebiſcita quid eſſent. 363. 3. An prævalerent Senatus Conſultis. 369. 5.

Plinius: ejus verba de Rubicone, & Sapi. 20.7. *f.* 24. 15. *f.* 41. 19. *f.* 38. 13.

Pluſa fluvius idem ac Luſus: V. *Apruſa*.

Poeta poteſt aliquanto deviare à veritate. 240. 4 Aliæ leges Hiſtoriæ, aliæ Poeſis. 239. 4. Poetæ dicti Nugaces. 239. 3.

Pompejus titulo Imperatoris militum potitus. 340. 21. Obſtitit Cæſari petenti 2.

Con-

Digitized by Google

Conſulatum. 97. 5. 6. Delinitus à Cicerone. *Ibi*, & f.100. 12. Conſternatus ob tranſgreſſum à Cæſare Rubiconem. 96. 4. f.99.11. Alia 359. 7.

Pons. Fluminibus neceſſarij ſunt Pontes. 402. 1. Lex Martia fecit eos exiguos. 208. 18. Rubico per Ponticulum fuit à Cæſare tranſeundus. 7. 9. f. 110. 32. f.162. 19. f.206. 14. Cur Ponticulus diceretur. 111. 38. f.208. 19. Duo Pontes adfuerunt Rubiconi. 207. 16. Plures Sapi. 401. &c. Pons non exiſten. dignior non eſt exiſtente. 209. 20. Per quem Pontem Cæſar tranſiverit Sapim, & per quem Rubiconem. 108. 27. f.109. 130. Fluvio Luſo non adfuit Pons magnificus ad viam Æmiliam. 206. 14. &c. Memorantur diverſi Pontes magnifici. 208.17. f.256. 16. Pons S. Martini propè Cæſenam. 386. 22. f. 403. 13. Præliaque ibi facta. 399. 24. f.403. 3.

Populus; quæ perſonæ veniant hoc nomine. 336.11.

Prænomen raro habebant fæminæ antiquæ. 409. 15.

Prætores, ac *Proprætores*, eorumque officium. 350. 16. f.362. 13.

Proconſules, & munus illorum. 350. 15.

Propinquus, & *Proximus* V. *Vicinus*.

Poſſibile non attendendum, ſed veriſimile. 116. 4. f.150.18. Proponitur eventus poſſibilis 142. 1.

Pulchritudo non dat eſſe rebus ab ea non dependentibus. 224. 5.

Puniceus color quinam ſit. 84. 2. V. *Rubico*.

R

R*Avenna* eſt in antiqua Umbria. 388. 1. f.391. 6. Olim aderat Mari. 220. 19. A duobus fluminibus circumdatur. 189.4. Quam diſtet à Rubicone. 118. 7. Et à Luſo. 124.19. Ex Gallia Cæſar venit Ravennam. 97. 7. Ubi repauſavit. 35. 13. Tribuni plebis illuc illum adjerunt. 944. 6. Qua hora inde diſceſſerit iturus Rubiconem. 114. 12. f.116. 4. f.117. 6. Exarchæ per 185. annos reſederunt Ravennæ. 228. 13. Canalis Candianus Ravennæ. 179.7.8. Sapis olim fluebat in portum Ravennæ. 194. 23. f.382. 14. Ubi Imperatores tenebant Claſſem navium. 383.14. A qua Oppidum Claſſis nomen habuit. 383. 26. f.385. 20. Pluries à Longobardis plexum. 384. 17. Ravennates prælio victi à Cæſenatibus. 397. 19. Controverſia de finibus inter eos. 386. 21.

Rigo: plures homines hoc nomine vocati. 27.21.&c.

S. Rocchus Cæſenæ commoratus. 379.8.

Roma. Romanæ potentiæ fines. 10. 16. &c. Perveniebant ad Hiſpaniam. 313. 21. Diviſio in 35. Tribus. 389.2. &c. Imago Romæ objurgantis Cæſarem. 131.6. f.310.14. f.317. 2. Cum quo Senatus noluit paciſci de poſtulatis. 97. 7. f.111. 33. Juſſeruntq; ut exercitum dimitteret. 95. 3. f. 97. 5. Nec quiſquam armatus Rubiconem tranſiret. 308. 10 f. 309. 13. &c. f.312. 17. f.318. 3. &c. Non poterat quis eundem Magiſtratum intra decennium rurſus obire. 353. 22. Regimen ex democratico in monarchicum vertit Cæſar. 13. 25. Romanum Imperium initium habuit apud Rubiconem. *Ibi*. P. R. ideſt Populus Romanus. 335.10. Monogramma Romanorum S. P. Q. R. 370. 9. 10. Alia V. *Imperium* V. *Lex*. V. *Miles*.

S. Romualdus propè Sapim Eremiticæ vitæ addictus. 378. 7.

Rota Romana: ejus Deciſiones de Rubicone, quoad mutaverit partem alvei. V. *Rubico*.

Rubico flumen multæ famæ. 3. 1. Finis erat Italiæ. 8.11. &c. f.10.17. f.29. 16. f.79. 14. f.82. 20. f.85. 3. f.205. 11. f.253. 10. f.257. 10. f.289.21. Non finis Romanæ potentiæ, ſed Romanæ Provinciæ. 313. 21. f.322.13. Cæſar ei dicavit gregem equorum. 13.22. *Ibi* conſeri debebat prælium, quod initum eſt ad Metaurum. 14.24. Non eſt quæſtio præſens, ad quem pertineat, ſed quis ſit Rubico. 212. 2. f. 235. 27. f. 263.7. Nec iſta nunc diſcutitur inter Cæſenates, & Ariminenſes, ſed inter Viros eruditos. 212.2. f.223. 3. Vſque ad 1560. nemo dubitavit, quin Rico, ſivè Piſatellus ſit identicus Rubico Cæſaris. 17. 1. f. 230. 17. Et ita res eſt. 6. 8. f.13. 21. f.26. 20. &c. Idque patet ex Strabone. 19. 4. f. 171. 37. f.198. 20. Ex Plinio 21. 7. &c. Ex Ptolomæo. 79. 15. Ex nomine Riconis. 26. 20. f. 231. 10. Ex Scriptorum conſenſu. 31. 1. &c. f.46.1. &c. f.158. 11. Ex Poetis. 51. 12. Ex Scriptoribus omnium Nationum. 56. 19. f.87. 9. Ex poſſeſſione denominationis. 59. 1. Ex factis Principum Malateſta-

Digitized by Google

teſtarum . 63. 7. Ex privilegio Federici Imper. 64. 8. Ex factis Pontificum . 66. 13. 15. Ex oſtio, quo fertur in Mare. 72. 1.&c. Ex titulo Finis Italiæ. 79. 14. Ex epitheto punicei . 84. 1. Ex 8. tabulis Geographicis . 168. 30. &c. Penè 70. rationes illi favent. 91.15. Supra Flaminiam dicitur *Rico* , infra *Piſatellus*. 6. 8. *f.*13.21. *f.*27. 21. *f.*169.32. *f.*228.12. *f.*231.19.*f.*269.21.*f.*289. 21. Dicitur *Piſatellus* à Caſtro ejuſdem nominis . 228. 12. 13. 14. Nec hoc eſt nomen indecorum . 225. 7. &c. *Rico* dicitur à Rubicone, non à nomine hominis . 27. 21,22. Eſt parvus fluvius. 6.8.*f.*49. 7.*f.*51. 11.*f.*204. 10.&c.*f.*261.3.*f.*357.2. Per quot milliaria decurrat. 6. 8. Recipit in ſe plures rivos . 201. 4. Et duos fluvios . 76. 9. *f.*78.11.&c.Unde dicatur puniceus. 13.21. *f.*84.1.&c. Habet aquas proprias . 177.3.5. Perennes, & abundantes. 41.19.*f.*184.19. *f.* 185. 21. 24. Miniſtrat aquas multis piſtrinis , & lacunis . 184.20.*f.*215.9.10. &c. *f.*220. 20.*f.* 261. 2. Eſt fluvius naturalis . 201.2. Binos habens fontes initiales . 186. 24.*f.*189.2. Initium, & finem. 188. 2. Alveum , & ripas . 179.9. &c. Latitudo ejus alvei, & alluvionis. 185.22. *f.*203.8.*f.*257. 18. Partem alvei mutavit. 72.2.&c. *f.*193. 11. Olim recta fluebat in mare ad Taliatā. 73. 3. &c.*f.*195.14.*f.*196.17.*f.*232.20. Ubi eſt portus Cæſenaticus . 52. 14. *f.*65. 12. *f.*72.1. 3.*f.*143. 4.*f.*193. 11. 14.*f.*219. 18. *f.* 232. 20.*f.* 242. 9. Nunc alibi intrat in Mare . 192.9. Impugnatores ejus illum deprimere nituntur.114.8. Quo magis dicitur parvus,eò magis eſt Rubico. 204. 10. *f.*261. 4. Perperam Luſo tribuitur nomen Rubiconis . V. *Apruſa* . Nullo titulo eſt eo inferior , ut eſſet Finis Italiæ . 217. 16. 258. 20. *f.* 260. 2. Eſt illo aptior ad claudendum triangulum Polybianum . 254. 12.&c. Eſt & dignior fluvio Sabiniano . 193. 10. Quem recipit in ſe,non ab eo recipitur . 189.3.*f.*191. 7.9.*f.*196. 16. Uſque ad Rubiconem Cęſar erat intra ſuam Provinciam, poteratque armatus procedere . 125.23.*f.*132.9.*f.*352.21.Hæſit dubius an illum tranſiret . 133.11.*f.*308. 10. &c. Quo anno , menſe , die , hora . & loco ipſum tranſierit. V. *Cæſar* . Tunc Rubico turgebat aquis : equiteſque præivere , ut ſternerent vadum peditibus. 12.19.*f.*122. 17. *f.*129.3.*f.*136. 15.*f.*322.13.*f.*348.11. Cæſar tranſivit per ponticulum . 162.19. Qui ſuperarat fluvio . V. *Pons* . Cæſenatum eſt identitatem Rubiconis in Ricone tueri . 176. 1. Cujus deputant Officiales . 213. 5. Rudiores Piſatellum , cultiores Rubiconem vocant . 230.16.17. Diſtichon ei adpoſitum . 3.2.*f.*84.1. Quod torqueret Tiberim . 267. 17. Ala. V. *Sanctio* .

S

Sabellicus quid ſentiat de Rubicone . 33. 4.*f.*37.11.

Sanctio Rubiconiana . 39.15. Verba, quibus concepta eſt.272.Pyramis illam continens 328. 24. Ubinam ſita ſit . 85. 5. *f.* 156. 7. *f.*271. 1. De ea Paulus Merula. 281. 4. Nizolius.30.11.*f.*281.4. Aldus Manutius. 38. 14. Volaterranus. 37.12.*f.*281.4. Blondus. 32.2.*f.*37.11.*f.*281.4.*f.*189.20. Morerius. 51. 10. Torſanus . 42. 22. Picta eſt in Pinacotheca Vaticana . 68. 17.*f.* 282. 5. Impugnatur à nonnullis. 66. 13. *f.*283. 7. Antonio Auguſtino. 50.9. *f.*286.13.&c. Cluverio.39.15.*f.*287.17. Villanio.288.19. Nulla eſt memoria primæ illius erectionis. 66.13.*f.*288.20.22. Pluries loco mota, diſiecta , & poſita fuit ubi exiſtit . 289. 22. Auctoritate Hadriani VI. *f.*301.24.*f.*304. 2. Inde Pauli III. *f.*42. 22.*f.*67. 14.*f.*301. 25.*f.*304.2. Errores Coronelli circa illam. 158. 11. *f.* 161. 18. Non eſt propriè Edictum , ſed Sanctio. 281.3.*f.*367.2. Nec ab hujus veritate dependet identitas Rubiconis. 154. 2. 3.*f.*156. 8.*f.*272.2. Eſt genuina. 281.3.6.*f.*285.11.*f.*288.20.*f.*371.10.*f.*373. 15. Plures Scriptores illam integram referunt. 281.4. Sua commendatur antiquitate . 307.8.*f.*372.12.*f.*373. 15. Habet pro ſe 2. centenarias , & 2. biscentenarias res judicatas . 305. 3. 4. 5. Poſſet ex 4. capitibus in dubium revocari ; ſed ex iis probatur genuina . 307. 9. *f.*373. 15. Quoad *Subſtantiam*. 308. 10. &c. Quoad *Modum*. 316. 1. &c. Quoad *Identitatem* lapidis . 325. 18. Quoad *Elocutionem* . 331.1. &c. Decretum in ea contentum quandonam Romæ prodierit. 311.16.17. Qua auctoritate . 368. 3. 4. Omnes , nedum Cæſarem afficiebat . 133.10. &c. *f.*321.12. *f.*337. 15. Romanorum juſſu affixa fuerat apud Rubiconem. 316.1 .*f.*356.1.*f.*370.8. Neceſſario erat ibi affigenda . 321. 12. *f.* 324. 17. *f.*372. 13. Cæſar eam notam habuit . 336.

12.

Digitized by Google

12. 13. Non eſt inſcripta cenotaphio Militis. 327. 23. Benè ibi dicitur *Juſſu mandatuve*. 336. 12. 13.

Sapinia Tribus à Sapi dicta, una ex 35. Romanorum. 389. 2. Conjuncta Pupiniæ. 393. 11. Per eam tranſierunt Romani euntes contra Bojos. 390. 4. 6. *f.*392. 9. Sapinia tribus quandoque ſignificans Dieceſim Sarſinæ. 392. 9.

Sapis flumen Cæſenæ proximum. 19. 4. &c. *f.*376. 1. In regione 8. Italiæ. 395. 16. Incipit ubi Tiberis. 252. 7. *f.* 377. 2. Eſt Iſapis Strabonis. 35. 8. *f.*171. 37. *f.*264. 9. *f.*376. 1. 2. *f.*382. 13. Erat limes antiquæ Umbriæ. 388. 1. *f.*39 . 6. *f.*395. 16. Senones Galli debellati prope Sapim. 394. 13. &c. *f.*395. 16. Ubi & prælium conſertū inter Gallos, Bojos, & Romanos. 397. 18. Hi ter triumpharunt de victis ad Sapim. 396. 17. Sapis nomen dedit Tribui *Sapinię* Romanorum, & Bojorum. 3 9. 2. 3. *f.* 39 . 6. *f.* 393. 11. Quædam virorum Sanctorum quoad Sapim. 379. 6. &c. Hic piſces producit. 380. 10. Cæ ar adiens Rubiconem, an, & ubi Sapim tranſierit. 1 9. 30. &c. 329. 15. Qui olim faciebat portum auguſtalem Claſſis apud Ravennam. 194. 23. *f.* 382. 14. *f.* 384. 17. Ubi erat maximus pharus. 385. 20. Sapis olim fluebat ſub ponte S. Martini. 386. 22. Minores amnes illum augentes. 378. 5. Exercitus caſtrametati ad Sapim. 397. 20. &c. Prælia conſerta ſuper dicto ponte. 399. 24. *f.*403. 3. Eccleſiæ dirutæ à Sapi. 406. 9. 10. Pontes ab eo diſiecti. 402. 1. &c. 406. 8. Extantes nunc. 108. 27. *f.* 402. 2. &c. Inſcriptiones antiquę repertę apud Sapim. 407. 11. &c. Cæſena deſcribitur per Sapim. 262. 5. *f.*264. 9. *f.* 376. 1. Deputat ſuperintendentes Sapi. 211. 1. Canalis ex eo deducibilis ad Cæſenaticum. 178. 7.

Sarſina, olim Saſſina. 396. 17. Adhæret Sapi, eratque Colonia, & Municipium. 377. 3. Sita in antiqua Umbria. 388. 1. *f.* 391. 6. *f.*396. 17. Catena S. Vicinii Epiſcopi. 379. 6. Præſul Sarſinæ eſt Comes Bobij. 391. 7. Dictus quandoque Epiſcopus Sapinenſis, quandoque Bobenſis, & ejus Diæceſis Tribus Sapinia. 391. 8. 9. Pons Sarſinæ. 379. 6. *f.*402. 1. Inſcriptiones antiquæ. 380. 9. *f.*407. 11. &c. Romani ter de Saſſinatibus triumpharunt. 377. 3. *f.*396. 17.

Schildius, & ejus ſenſus de Rubicone. 38. 13.

Scotus Andreas in Piſatello Rubiconem agnoſcit. 49. 8.

Scriptores: illorum aſſertio ſtat pro ratione. 282. 6. Major eorum numerus prævalet minori. 285. 12. Uniformis ſenſus eſt magnifaciendus. 56. 20. *f.*87. 9. &c. Non ſupponendum eſt fuiſſe deceptos. 34. 5. Quod inſerunt ſuis operibus, nec impugnant, approbare cenſentur. 40. 17. *f.*306. 6.

Senatus conſulta quid eſſent. 368. 4. &c.

Senones Galli cæperunt Romam. 396. 16. Æſis limes inter eos, & Romanos. 11. 17. &c. *f.* 79. 15. Vincunt Romanos propè Aretium. 393. 2. Eorumque legatos occidunt. 395. 15. Miſſus Conſul contra illos. 394. 13. Profligati à Romanis. 11. 18. *f.*322. 14. *f.*393. 12. &c. Cæſena à Senonibus dicta Sena. 20. 5.

Sententiæ tres conformes omni liti finem imponunt. 306. 5.

Statuta Cæſenæ quam antiqua. 178. 6. *f.*230. 17. Statutariæ leges admittunt verba quoque impolita. 230. 17.

Strabo quo tempore vixerit. 202. 6. Loquitur de Cæſena, & Rubicone. 19. 4. *f.*35. 8. *f.*41. 19. *f.*46. 1. *f.*198. 20. *f.*202. 6. Strabonis Triangulum de Gallia Ciſalpina diverſum eſt à Polybiano. 252. 8.

Stylus, & modus loquendo V. *Elocutio*.

Subreptionis vitium gratiam infirmat. 166. 26.

T

TAbulæ geographicæ. V. *Geographi*.

Tacitum: quod fuit reticitum non præjudicat tacenti. 212. 4.

Tagliata locus, ubi olim fluebat Rubico ad Mare. 73. 3. &c. *f.*195. 14. *f.*196. 17.

Tamerlanes qualiter tranſierit fl. Vuolgam 12. 19. Vicit & caveæ incluſit Bajazetem &c. 236. 28.

Tiberis incipit ubi Sapis. 252. 7. *f.*377. 2. Dictus flavus ab Horatio. 80. 3. Quod torqueretur à Rubicone 267. 17.

Tibertus Darius de Rubicone loquens 18. 2. De Cæſena. 252. 5. *f.*264. 10.

Tigris flumen mutat nomen. 291. 6. Olim intrabat in ſinum Perſicum ſeorſim ab Euphrate. 194. 12. Nunc junctim. 195. 16.

Titulus. Enunciativa tituli quantum valeat. 165. 25. Attribuens alicui titulum, non eum approbat. 164. 23.

Titus Philippus. Ejus tabula Romandiolæ Mendoſa eſt. 167. 29. Errat circa Rubiconem,

Digitized by Google

nem, & alia flumina 168. 30. 31. Perperam dat Luſo nomen Rubiconis. 161. 17. ſ. 166. 27 &c.

Torſanus Rubiconem ponit in Agro Cæſenæ. Memorat Inſcriptionem Rubiconianam 42. 21. &c.

Triangulum Polybii de Gallia Ciſalpina, & plura de eo. 251. 5. vſque ad 14.

Tribus. Populi cultiores diviſi in Tribus. Romanæ 35. erant. 389. 2. &c. Aliquæ binomines erant: aliæ nomen mutaverunt. 392. 11. 12. Julia dicta in honorem Cæſaris. 593. 10. Sapinia à Sapi dicta. 390. 4. &c. De ipſarum Tribuum ſuffragiis. 393. 11.

Tyro novus miles debet ſcribi cum Y. 344. 2. &c. Tyrones in fronte Exercitus collocabantur. 393. 1.

V

V. pro O. ſolebat olim adhiberi. 334. 8. *Ve* pro *que*. ſeu &. 334. 8. 9. ſ. 367. 1. In dubio ſumitur pro copula. 367. 1.

Verba ſunt neceſſaria ut unus alium intelligat. 212. 4. Interdum verba non reſpondent factis. 22. 5.

Veritas. Nihil eſt, cui non valeat contradici. 304. 1. Nec quid tam incredibile, quod dicendo non valeat pro vero demonſtrari. 284. 10. Centenaria pro veritate reputatur. 315. 3.

Verona. Ibi eſt Coloſſeum integrum. 177. 4. Veronenſes claudentes flumen, ut nocerent Patavinis. 194. 12.

Ugo Mantaleonis, & venditio bonorum ejus. 241. 7.

Via Æmilia. 106. 25. A quo, & quando ſtrata. 324. 16.

Via Trajanalis in Romandi ola. 106. 25.

Vicinus. Quomodo ſit intelligenda vicinitas. 137. 16. Hæc admittit ſpatium diſtantiæ. 267. 16. 17. Propinquitas eſt ſuo termino referenda 33. 3.

Villanius Jacobus impugnator Riconis. 152. 4. De quo ſcripſit contra Scipionem Claramontium. At ejus liber fuit prohibitus. 22. 9. ſ. 89. 13. Carmina de hoc. 55. 18. Male confundit Aprusam cum Rubicone, & cum Aveſa. V. *Aprusa*. V. *Aveſa*. Fatetur antiquos ſuos conterraneos pro Rubicone intellexiſſe Piſatellum; ſed ipſe id negat. 61. 6. ſ. 160. 6. 15. V. *Ariminum*. Monitus ab Holſtenio de ſuo errore circa Rubiconem. 40. 18. ſ. 89. 11. Non acquievit. Alius libellus de ea re prodivit, ſub nomine Terentiani Ubicolæ. 41. 19. Vincentius Cæſenas ei reſpondit. 56. 19. ſ. 90. 14. Scriptores opinionem Villanis non ſunt ſecuti. 90. 13. ſ. 158. 12. Illius tabula de Rubicone diſcors eſt à Titana. 169. 33. &c. Villanius impugnat quoque Sanctionem Rubiconianam. 155. 4. ſ. 288. 19.

Vincentius Cæſenas ſcripſit contra Villanium pro Ricone. 56. 19. ſ. 90. 14. Retundit carptorem Sanctionis Rubiconianæ. 371. 11.

Umbria antiqua extenſa à Sapi ad Aeſim. 383. 1. Erant in ea Sarſina, & Ravenna. *Ibi*, & 391. 6. Nennon Tribus Sapinia. 391. 6.

Volaterranus: ejus ſenſus de Rubicone, ejuſque Sanctione. 27. 12.

Voluntas. Illius liberum exercitium cuique gratum eſt. 411. 19. &c.

Urbanus quidam inurbanè bibens. 224. 5.

Digitized by Google

ERRATA.	CORRIGE.
PAg. 9. lin. 5. omiſſe	commiſſæ
Pag. 16. lin. 27. Plines	Plinii
Pag. 18. lin. 31. ratione	rationes
Pag. 21. lin. 11. à Pruſſia	in Pruſſia
Pag. 48. lin. 29. Antonius	Antoninus
Pag. 53. lin. 9. eximit	exemit
Pag. 62. lin. 13. Piſciatello	Piſatello
Pag. 74. lin. 5. Flaminiam	Æmiliam
Pag. 80. lin. 25. Flaminiam	Æmiliam
Pag. 81. lin. 29. Flaminiæ	Æmiliæ
Pag. 93. lin. 2. negotii	negotiis
Pag. 97. lin. 17. ſinere	ſivère
Pag. 114. lin. 13. Patronii	Petronii
Pag. 117. lin. 5. ullocutus	allocutus'
Pag. 153. lin. 32. Piſalellus	Piſatellus
Pag. 161. lin. 11. advertit	adverterit
Pag. 162. lin. 8. declaretur	declararetur
Pag. 170. lin. 12. abvis	alius
Pag. 178. lin. 2. bini	binis
Pag. 181. lin. 1. alinde	ab inde
Pag. 190. lin. 19. officiat	officiat
Pag. 194. lin. 18. Vicentæ	Vicentiæ
Pag. 207. lin. 15. dividentem	neſtentem
Pag. 207. lin. 3 . itinerarium	itinerantium
Pag. 216. lin. 2. appellatur	appelletur
Pag. 229. lin. 15. Quemadmovum	Quemadmodum
Pag. 239. lin. 8. ficut	ſic &
Pag. 241. lin. 8. & non	non
Pag. 243. lin. 25. fuerunt	fuerint
Pag. 245. lin. 16. imperatoria	imperativa
Pag. 253. lin. 26. Polybianum	Polybianum
Pag. 254. lin. 31. colles,&per ſuccedentes	& colles ; per ſuccedentem
Pag. 261. lin. 12. quidam ut in ſe aſt , magnus	quidem ut in ſe : aſt magnus
Pag. 272. lin. 9. *Tenlitur*	*Tenditur*
Pag. 283. lin. 11. Tamen.	Verum
Pag. 283. lin. 36. *ſocii , qui nulla*	*O ſocii, qui mille*
Pag. 304. lin. 36. genutate	genuinitate
Pag. 305. lin. 30. efficaces	adjunctis
Pag. 312. lin. 36. inhibitio	inhibito
Pag. 337. lin. ult. nominatum	nominatim
Pag. 338. lin. ult. Vihii Galli	Vibii Galli
Pag. 345. lin. 29. Bellorum ſocii	Bellorum ô ſocii
Pag. 371. lin. 16. que nihil omnino	nihilque omnino
Pag. 373. lin. 26. ſenori	ſaniori
Pag. 373. lin. 21. multiplicum	multiplicium
Pag. 381. lin. 23. perm anet	permaneret
Pag. 397. lin. 34. Iſdemque	Iidemque
Pag. 397. lin. 36. Ildebrandinus	Ildebrandino
Pag. 401. lin. 7. extabat	extabant
Pag. 401. lin. 17. ſuſtituendus	ſubrogandus
Pag. 409. lin. 26. Rarumque	Rarum namque
Pag. 413. lin. 2. dicta ſunt	dicta ſint

Digitized by Google

005677087

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google